wherby they be not so sone infected o
for the most part good, to wit Citron
an, Cicory, Sorrell, and both their waters,
ns Benedictus, Angelica, & Barberries, one
or drunken, are all especiall good against thi
sitions, as may be seene by these following.

All famous Phisitions do for this sickn
the contagious places, and returne backe a
Plague, shall not be infected therewith, ere

2.7.06.

From the Library of
Professor Samuel Miller
in Memory of
Judge Samuel Miller Breckinridge
Presented by
Samuel Miller Breckinridge Long
to the Library of
Princeton Theological Seminary

SCB
1910

her men, for the which first of all these simples are
oes, Scabious, Pimpernell the great, Rue, Valeri-
campane, *Diptamus*, Gentian, Tormentill, *Cardu-*
hese things holden in the mouth, taken in powder,
lague, and they may be vsed in many other compo-

counsell, first, that men should spædily fly far from
ine with leysure: for he that is afarre off from the
as no man is slaine in the warres, that is not pre-
already said) that men ought to be loose bodied, &
leanneſſe. Therefore those that are aboue the age
with these common pils hereafter described. Also
r principall parts of the body be comforted & kept
oniack. In like manner also with Mithridate and
ery ten dayes a dragme in waight be taken with
ng within dores all the day after.
l take of this Treacle or Mithridate, that he haue
wards in fiue or sire howres. But amongst all
re mentioned pils beare the pricke & price, which
ilentiales Ruffi, *Communes*, *de Tribus*, and *sine Cura*,
d and commended so highly, that it hath neuer bin
killed of the Plague, which also any one may at al
any danger: for like as it is with a pot beginning
hrough scumming, euen so do these pils take away
is gathered together about the principall parts,
putrifaction. These pilles are made in this sort:

Take

each a scruple, *Gallæ Muscatæ* ten grains, make the
in fine Bolus is dissolued: with this maist thou also

Item, take Roses, Violets, Buglosse, and Burr
and white Saunders, of each one dragme, Ireos t
two dragmes, dissolued *Laudanum*, skant as muc
made vp into a pomander with Dragagant dissolu
Muske. There are also diuers pomanders prepare
first these three following are to be vsed in the tim

Take Roses a quarter of an ounce, red and w
Camfere one scruple, *Ambra* halfe a drag. Muske
pœls halfe a drag. Cinnamom, Mace, and Nutmeg
Laudanum one ounce, beate them very small, but d
then make thereof a pomander.

Another: Take Roses, Violets, and flowres of
Nutmegs, Spica of Indy, *Sandaraca* and Mastick
a scrup. red, white, & yellow Saunders, of each a
ranges, of each 4. ounces, water Lillies, & parched
Coral, & burnt Iuory, of each half a drag. scrupe of
Sealed earth a quarter of an ounce, pown all that
set them in the Sun in a close stopped pot, or on
afterwards take foure ounces of *Laudanum*, that is
pentine washed in Rosewater as much as is ne
manders. Item, take Roses, Cloues, Mace, Spica
ram, *Asarabacca* & *Stechas* of each halfe a scrup. red
sæd and pœls of Citrons and Cucubes, of each
Camfer, Frankinsence, Mastick, fine Bolus, a
hood one dragme, *Muscus* three graines, *Spec*

E Libris Isaac Foster, 10th 9th 72
Pret: 00: 02: 00:

WALDENSIA

id est,

CONSERVATIO VERAE ECCLESIAE,

Demonstrata

Ex confessionibus, cùm TABORITARVM, ante CC. ferè annos, tum BOHEMORVM, circa tempora Reformationis, scriptis.

Studio & operâ

BALTHASARIS LYDII M. F. PALATINI Ecclesiastæ apud Durdrechtanos.

ROTERODAMI
Apud Ioannem Leonardi Berewout 1616.

ILLVSTRIBVS, NOBILIBVS, POTENTIBVS Dominis, D.D. Ordinibus Hollandiæ & Weſt Friſiæ, aut eorum Delegatis, Dominis ſuis omni obſervantia Colendis.

COnſideratione digniſſima eſt, ILLVSTR. DOMINI, ſententia illa SERVATORIS Noſtri, Matth. XVI, qua promittit, *Eccleſiam ſe ſupra petram ſic ædificaturum, ut portæ inferorum non prævaleant contra illam:* nam hac ipſa ſignificatur, quod ſicut temporibus ELIÆ, DEVS ſibi ſervavit 7000. quæ genu ſuum non curvarant Baali, ita ſe ad finem uſque Mundi conſervaturũ reliquias gratiæ, & Teſtes Veritatis, tanquam lilia inter ſpinas, & grana pauca, inter multas paleas.

Iucundum vero eſt, videre, quomodo fidelis ille DEVS, hanc promiſſionem impleverit Eccleſiæ ſuæ conſervatione, IN & EXTRA papatum. IN papatu, dum *temporibus illius ignorantiæ diſſimulatis*, (*Act. 17. 30.*) inſuper nonnunquam excitavit quoſdam Doctores in ipſa

Rom. Eccleſia, qui fundamentum ſalutis, purè ſuis annunciarent, de quo teſtatur *Catalogus Teſt. veritatis*, nunquàm ſolidè ab adverſarijs refutatus, cum etiam, pontificijs ſuos in ignorantia detinentibus, infinita millia, hac ratione conſecuta ſunt, ut ambularent in ſimplicitate cordis ſui, *& in Sathanæ profũditates*, (*Apo. 2. 24.*) (quibus maximè à CHRISTO receditur) non deſcenderent. Ad quod beneficium, duo alia acceſſerunt, primò quod puriores ſæpe eſſent aures auditorum, quàm linguę Doctorũ, quod hodie etiã fit in papatu, neq; me hic audiri volo, rem teſtem do: ſecundo, quod majores noſtri (Deo pro ſua ſapientia rem ita diſponẽte,) morituri, ſubſtantiam Papiſmi abjurarunt, declarantes, (interrogati ab ijs, quorum hoc erat pontificium) *ſe non poſſe, niſi per mortem* CHRISTI *ſalvari, & in hac* SOLA *morte, fiduciam ſuam conſtituere, in nulla alia re fiduciam habere &c.* In qua ſententia, ad finem uſque vitæ perſeveravit IMPERATOR *Carolus V.* ut hiſtoriæ teſtantur: hunc fructum ex tot colloquiis de Religione, quibus interfuerat, conſecutus, ut ſervaret fundamentum Fidei.

Sed etiam EXTRA papatum *Deus* ſibi ſervavit Ec-

vit Eccleſiam, nihil dicam de Ampliſſimis *Africæ* Eccleſijs ſub Rege Æthyopum, quem ipſi *Beldugian*, quod ſignificat gemmam precioſam, aut gaudium ineſtimabile, vocant, unde noſtrũ *Pretejannes* corruptum eſt, quas fruſtra quidam pontificius conatus eſt docere, à Romana fide neque eſſe, nec fuiſſe alienas, contrarium evidenter docente *Nicol. Godingo* Ieſuita, libro *de Abaſſinorum rebus*, nuper Lugduni in Gallia edito: nihil etiam dicam, de Græcis aut ſimilibus latè diffuſis Eccleſijs, quæ Papam pro capite Eccleſiæ non agnoſcunt, neque palladiũ iſtud adorant, Purgatorium neſciunt, neque ad flammas illius trepidant, & in multis alijs à papatu ſeceſſionem faciunt. Ad WALDENSES venio, quorum doctrinam *Poplinerius* homo pontificius, (qui ab ipſo *Genebrardo*, vocatur Vir candidus, & qui purè ac ſimpliciter, ad hiſtoriæ veritatem, non ad cauſæ gratiam, cuncta narraverit) *In hiſt. Franc. l. 1. edit An. 1581. fol.* 7. b. parum differre dicit, ab ea, quam hodie proteſtantes profitentur. Adde quod Ieſuita *Campianus, ratione 3. de Nat. Eccleſiæ*, (ut alios prætereã) *Waldenſes, majores noſtros vocat*, quod in Hiſtoria Wald. Deo his meis laboribus be-

nedicente fusius probabo. De his *F. Reinerius Sachonus*, qui vixit teste Anton. Senens. in Biblioth. fratr. ord. prædic. Anno M. CCLIV. cap. IV. libri sui contra Waldenses, testatur:

Inter omnes sectas, quæ adhuc sunt vel fuerunt, non fuisse perniciosiorem Ecclesiæ, quàm Leonistarum (id est pauperum de Lugduno) *idque tribus de causis. Prima est, quia est diuturnior, aliqui enim dicunt quod duraverit à temporibus Sylvestri, aliqui à tempore Apostolorum. Secunda, quia generalior, ferè enim nulla est terra, in qua hæc secta non sit. Tertia, quia cū omnes aliæ sectæ, immanitate blasphemiarum in Deum, audientibus horrorem inducant, hæc scilicet Leonistarum, magnam habet speciem pietatis, eò quod coram hominibus justè vivāt, & bene omnia de Deo credant, & omnes Articulos, qui in Symbolo continentur, solummodo Romanam Ecclesiam blasphemant & clerum, cui multitudo Laicorum facilis est ad credendum.* Hæc ille.

Non est ergo quod Pontificij nos tam sarcasticè interrogent, (verbis *Tertul. de præscript. contra hæreticos*, abutentes) *Qui estis vos? unde venistis? ubi tam diu latuistis?* nam in *Waldensibus* & *Albigensibus*, oculos emissitios Pontificiorum non fugimus, immò aciem gladiorum papisticorum,

corum,pro Veritate morientes, hebetavimus. Tam ergò neceſſarium eſt , ut quod maxime, Confeſſiones Waldenſium , toti Orbi innoteſcere,eò magis,quia Ieſuitæ,Iohan. Mariana & Iacobus Gretzerus, & I.C. Henricus caniſius, ediderũt Scriptores illos,qui conati ſunt Waldenſes refutare, de ipſis cõfeſſionibus, Wald.altum eſt apud illos ſilentium.

Fortè dicent in ſuis Bibliothecis nihil eſſe Waldenſium,credo,in cæritum tabulas retulerunt, & æternis tenebris damnarunt ejuſmodi ſcripta. Hæc nos patiemur? ſedebimus? & qui veritatis patrocinium ſuſcepimus , cauſam adverſarijs,veri prævaricatores,trademus? Abſit, armis præluſere ipſi,nos Deo freti in gradu ſtabimus, & ipſis nos petentibus,repetemus,neq; arma unquam ſubmittemus , à Spartana femina edocti , *aut cum his,aut in his,* ῥιψάσπιδες nunquam erimus.Huic fini,nunc *Taboritarum* cum *Calixtinis* diſputationem, & confeſſiones quaſdas *Fr. Bohemorum*,qui propago ſunt Waldenſium,vulgamus,de ipſis & earum Confeſſionibus , in Hiſtoria Waldenſi , quam affectam habemus, pluribus cum bono Deo dicturi.

Quod autem Confeſſiones has attinet , au-

tores illarũ non ducunt diſertorũ apud Latinos familiam, ſed trita & obſoleta veſte *Illuſtr. Domination. veſtr.* ſalutant, ſeculum ſuum ſine fuco repræſentantes, à quo ſi quis calamiſtrata verba ſeſamo & papavere aſperſa expectat, næ ille cum ratione inſanit, interim nitor, & ſumma in excolendis his ſcriptis manus, magis videri poteſt temporibus, quàm ipſis autoribus defuiſſe.

Rectè monuit *Plutarchus*, Lib. de Audition. oportere copia, & vanitate dictionis remota ipſum perſequi fructum, imitarique non eas, quæ ſerta plectunt mulierculas, ſed apes. &c.

Ennium, *Pacuvium*, vomentes potius quàm ſcribentes Poëtas, ſicut ſacros vetuſtate lucos adoramus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantam habent ſpeciem, quantam Religionem, quid ni veritatem, & quę ad illam pertinent, quomodocunque ſcripta ſint, undique exquiramus?

Quædam etiam hulca reliquimus, quæ aliud ocium, & majus ingenium requirunt, ſed hæc non ita multa ſunt, ut ſtudioſum Antiquitatis Eccleſiaſt. à lectione horum tractatuum deterrere debeant, Leguntur Fragmenta autorum,

torum, qui non abstinuerunt à prætextatis verbis, cur deponemus è manibus Scriptores rerum Theologicarum, etsi verborum non stellẽt auro?

Fateor etiam in his confessionibus quædam esse, quibus prę figi debeat illud Sulmonensis poëtæ *Excusata suo tempore Lector habe.* nec puto quenquam tam rigidum confessionum forc censorem, ut de illis usurpet illud *Sedigiti:*

Vt contra si quis sentiat, nil sentiat.

Certè si Scriptores nostri, non vixerunt illo tempore, quo aquæ, quæ egrediebantur (*Ezechiel C.* XLVII) subter limen domus ad Orientem, in torrentem excreverant, qui pertransiri non poterat, saltem inter illos censendi sunt, quibus aqua pertingit usque ad genua. Et quis Thrax abjiciet eos, quibus aqua hæc vel talos aspersit, CHRISTO dicente, qui non est contra nos, pro nobis est? Semper itaque videndum, ne nimis tendatur funiculus in utramque partem. Ambulemus in latitudine charitatis, non declinantes à semita Veritatis, memores illius Emblematis, quod libris quibusdam Lovanij excusis præfigitur, ubi ad picturam manu tenentis anguillam adscriptum est. *Si stringas,*

erumpit; ſi laxes erepit.

Pluribus has confeſſiones non laudo, Vino vẽdibili, hedera ſuſpenſa nõ eſt opus, Scio quos alloquar, non deſunt in Illuſtr. coetu veſtro, quorum unus (laudem captanti eruditionis) ſit pro populo, & quibus placuiſſe, ſatis magnũ Theatrum ſit, & quibus non facultas, ſed ociũ deeſt, hæc ſub aſcia dedicandi, quorum ego informem ſtatuam, nunc exhibeo, fide bona, & germanè Romana, ſed ex formula veteri, *quomodo ſcivi, quomodo potui.*

Quid præſtiterim in hac editione, in præfatione ad Lectores, ediſſeram, ne Illuſtr. DD. VV. detinendo, peccem in publica commoda.

Vobis autem cum animi ſubjectione, quantum fieri poteſt maxima, hæc ipſa offero, cùm alijs de cauſis, tum ut ab Illuſtri veſtro nomine ſplendorem mutuentur, ſimulque hac occaſione grata mente agnoſcam & prædicem, beneficia *Dei* erga vos, & veſtra, quæ à vobis & Confœderatis accepiſſe ſe, grata magis quàm præſens fatebitur ætas, qui enim hominum mores ſunt, audita viſis laudamus libentius. Novam paterer ex copia difficultatem, ſi per ſingula ire vellem, quæ nemo dicendo æquare poſſet,

posſet,aut recenſere numerando, pauca tamen dicam modeſtiæ Veſtræ conſulens.

Vos inſtar Waldenſium,ut bella non provocaſtis, ita neque timuiſtis.Secunda vos foelices, adverſa magnos probarunt, ubique Deo vobis benedicente, gloria vos quaſi umbra comitata eſt , Statim atque aliquo infeſtum fœlicitatis veſtræ fulmen intenderetis , confectum omnibus negotium videbatur , & ut olim quantoſlibet valebat exercitus Maximianus in ripa , ita nunc,*Ordines armati*.Veniſtis , vidiſtis,& Deus pro vobis vicit.Sic Deus adfuit, religione nitẽtibus,libertatẽ tuentibus. Habuerunt Bohemi Ziskam ſuũ, *Vos fulmina Belli* , *Naſſovios* magnitudine cogitationum,celeritate bellandi, patientia periculorum(ut alia taceam)admirabiles, & magno illi Alexandro æmulos. Sed ad *Vos*, Illuſtr D.D.redeat oratio , Vos patres patriæ, Reipublicæ vindices, Reipublicæ reſtitutores, ad quos longinquæ conveniunt civitates , ut quæ armis aliàs diſcernerentur, jure terminentur.Atque hæc tam multa tam magna , Deus per vos brevi tempore perfecit,niſi quod ad tẽpus additis , quæ ocio veſtro detrahitis. Dixi pauciora quàm debui,quia à nemine magis laudamini

damini, quàm quibus minimè neceſſe eſt, neq; ij eſtis, qui his laudibus titillemini, ut quàm promptum ſit vos laudare, tam tutum ſit ſiluiſſe. Veruntamen cum quicquid mortale eſt, ſtare neſciat, & parvis veniant ſumma mala principijs, Deum veneror, autorem & *ſtatorem* veſtri nominis, ut cuſtodiat, ſervet, protegat hunc STATVM, ut miſericordia & Veritas obvient ſibi, juſtitia & pax oſculentur ſe mutuo, veritas de terra oriatur, & juſtitia de cœlo proſpiciat, in quo omine finio.

Durdrechti Anno M. DCXVI. VI. idus Martij.

Illuſtrium D D. V V.

Obſervantiſſimus

BALTHASAR LYDIVS M.F.

Ad lectorem.

BEnigne Lector, (sic te alloquor, neque enim alium desidero, etsi quæ hæc sunt tempora, oculos fascinãtes, & zoilos huic operi non defuturos, nullus dubitem) cum non opuscula quæ scripsimus, sed opera, quibus ex Fide Deo & proximo inservivimus, in Novissimo die considerat⁹us sit Dominus, semper mihi hunc scopum præfixi, ut in re utili, horas meas subcisivas, quæ mihi non nimis suppetunt, collocarem: Nam odiosa res est, difficiles habere nugas, Et stultus labor est, ineptiarum. Tandem amicis quibusdã, quotidiano convicio hoc efflagitantibus, de Waldensium fide & persecutionibus describendis cogitare coepi, de quo opere pertexendo serio cogito, & hoc ago. Interea in antecessum tanquam novi operis nunciationem hæc habe, quæ opponas Iesuitis, editione scriptorum, qui Waldẽses refutaré conati sunt, talum à sacra linea moventibus. Nuncquid à me præstitum sit, paucis accipe. Taboritarum confessionem ita edidi, ut non renata, sed nata nunc demum videri possit, Priorem editionem Magnus ille Iosephus Scaliger aliquando Augeæ stabulum vocabat, cui repurgandæ, non unus sufficeret Hercules. devoravi tamen hanc molestiam, & ut ursæ lambendo dicuntur formare suos catulos, ita ego legendo, relegendo, cum ipsis Scriptoribus, (quos quidem nanciscipotui) & quos autor citat, editionem priorem conferendo, recoxi, & februare aggressus sum scriptorem, qui plus habet in recessu, quàm prima fronte videatur. Adjeci præterea marginalia, indicem confeci, novum, sumptu nullo aut labore superscdi. In reliquis cõfessionibus minus desudandũ fuit, sed tamen ita in illarum editione versatus sum, ut laboris non poeniteat. Scripsi etiam Notas prolixas in omnes has confessiones, & Historiam Waldẽsium, cui inserui confessionem ipsorum Fidei, ut & Albigẽsium, quam vindicavi à variorum calumnijs, hæc duabus proximis Nundinis Deo favente tecum communicabo, Tu cucuimodi hæc erunt, ipse judicabis, Laus est publica.

De Verbis singulis, in consilium ire non potui, secutus tamen sum sapientum judicum rationem, qui quod perpetuo jure non possunt, arbitrario decidunt. Tot occurrebant monstra lectionum ut pro deposito & conclamato hunc scriptorem haberem, quoties exclamavi, eho

puer

puer aquam manibus, ſed expendẽs illud, Ægrotãti civi opẽ qui negat necat, ne homicidij reus anquirerer, redij ad volvendum hoc ſaxum, fretus favore tuo, quem Lector mihi debes (vide qua fiducia utar,) quia in difficilibus multis & intricatis locis ubi ὑπαλον hulcus ſuberat, nuſquam mihi, niſi in me ſpes fuit cum codex M. S aut editio alia deeſſet. Hæc cauſa fuit, cur multa profunda vulnera, ſuſpenſa manu tractaverim. Acceſſit ad malorum cumulum, cum maxime ferveret prelum, invaletudo mea. Noſti illud, Nam quis bene medelam impartiat, Quis febriens arroganti tactu, pulſum diſtinguet incolumem?

Quod ſi alius ſpecilegia poſt meſſem cogitat, haud equidem invidebo, ita huic autori volo, ſed niſi in holmo, is qui hoc conabitur dormiverit, ſpõdeo eum ſæpe exclamaturum, qui tibi vulnera fecit ſolus Achilleo tollere more poteſt *& cum Theſeo in ordinem reponente Hippolyti lacera membra,* hoc quidem eſt forma carens,

Et turpe & multo vulnere ambeſum undique
Quæ pars tui ſit dubito, ſed pars eſt tui:
Hic hic repone, non ſuo ab vacuo loco.

In notis, adhibebimus curas ſecundas. Interea ſtudioſe Lector, veniabilis ſit apud aures tuas, veritatis aſperitas. Macte hoc judicio, ut poſtius ſcripta legas, in quorum alto, latet vena, & quæ ætatem ferant, quàm eiuſmodi, quæ paululũ calamiſtro inuſta, ſplendent ſubtilitate, & evaneſcunt ſua vanitate. Quod reſtat Lectores, ſi in partem laboris venire volueritis, maximè vos Bohemi, Hiſtorias & confeſſiones veſtras, maximè Ioh. Lukawizij, & Iohannis Laſicij, aut meum communicando, aut ipſi edendo, aut quæ edita ſunt lingua veſtra, in latinam transferendo, bene de publico merebimini, ſin autem, in me ſolum hunc laborem devolvetis, precibus veſtris, & conſilio me juvate, ita fiet ut unus conſilium habeam & vires multorum.

IOHANNIS LVKAWITZ, *Waldenſis,*

CONFESSIO TABORITARVM, CONTRA ROKENZANAM & Papiſtas Pragenſes, ante duo fermè ſæcula conſcripta.

CAPVT I.

QVIA ANNO DOMINI 1431. currente, in convocatione generali regni Bohemiæ, electæ erant Perſonæ duodecim ex ſtatu Baronum, militum, clientum, civitatum, & communitatum de regno Bohemiæ, legi Dei adhærentium, quibus ab omnibus commiſſum erat de providendo bono ordine inter ſe & Sacerdotes partium utrarumq;, quæ poſtea perſonæ authoritate propria & omnium aliorum, eodem anno quo ſuprà, in feſto S. Georgij, nobis Sacerdotibus Taborienſibus parte ex una, & Magiſtris & Sacerdotibus Pragenſibus, parte ex adverſa, terminum pro audientia ſtatuerunt, ita, quod in vigilijs Sanctorum, Philippi & Iacobi Apoſtolorum, ad collegium Caroli utriq; ſumus conducti, & in præſentia dictarum perſonarum ſtabiliti, coram quibus quidē perſonis veluti

Tempus ſcriptionis.

Locus diſputationis.

luti auditoribus & coram multitudine Cleri aliorumque multorum sæcularium, primum & ante omnia M. IOANNES ROKENZANA nomine suo, cæterorumque magistrorũ & sacerdotũ Pragensium, quasdam culpas nobis obiecit, post quarum culparum obiectiones nos sacerdotes Taborienses antedicti, priusquam illis respondimus, ante omnia coram dictis auditoribus & multitudine Cleri, aliorumque multorum Sæcularium, causam nostram, quam Deo duce contra dictos Magistros & Sacerdotes Pragenses promovemus, declaramus, via & modo conscripto, quem ex mandato dictorum Dominorum auditorum, in ipsorum manus reposuimus, quam hic, quamvis non sit in forma, à sententia tamen ipsius minimè discrepantem, quanto succinctius & brevius poterimus, immediatè per ordinem describemus.

Divisio operis. CONTINEBIT autem scriptum præsens nostrum duas partes principales, in quarum prima describemus causam nostram, quã promovemus: ipsam lege Dei: ac sanctorum doctorum authoritatibus se in eadem veraciter fundantium, munientes, Et in secunda aggrediemur scripta MAGISTRI IOANNIS ROKENZANÆ & sibi adhærentium, quæ contra Catholicam nostram positionem explicationemque causæ nostræ spissè multiplicat, prius culpis nobis per eum obiectis respondentes.

PRO-

PROTESTATIO SVPER dictis & dicendis à nobis.

CAPVT II.

QVANTVM ergò ad primam partem, quia desideramus super omnia honorem Dei, profectum scilicet Ecclesiæ, & quod simus fidelia membra Domini nostri Iesu Christi, ideò ad cautelam & magnam securitatem, istam subscriptam præmittimus protestationem, quod in spe Domini nostri Iesu Christi, tenuimus, tenemus, & firmiter tenere desideramus, omnem credibilem veritatẽ, confitentes corde integro totam legem Christi tam firmiter veritatem existere, quod nullum Iota aut apex ipsius fallere potest, cuius singulos credimus articulos, ad illum intellectum, ad quem benedicta Trinitas præcepit illos credi. Credimus insuper domum suam, id est, veram suam sponsam, sanctam Ecclesiam fundatam tam firmiter super firmam Petram, quod portæ inferni non possunt adversus eã quomodolibet prævalere, subjicimusque in nostris dictis & dicendis, colla nostra doctrinæ Salvatoris nostri, ante cuius tribunal stabimus, de omnibus responsuri, sinceriter & fideliter eius optantes Discipuli esse, legique eius in omnibus & singulis obedire, prompti in spe ipsius mortis diræ, potius sustinere supplicium, quàm electivè aliquid dicere aut asserere, quod foret Christi suæque Ecclesiæ veræ sponsæ, sententijsque doctorum se veraciter in lege ipsius fundantium contrarium voluntati. Insuper protestamur, quod per

Protestatio.

defenſionem punctorum, in quibus à parte nobis adverſa impugnamur, & per noſtram pro eiſdem oppoſitionem, non intendimus derogare alicui ſcripturæ ſacræ, nec aliquem ſanctum doctorem, aut aliquam aliam perſonam confundere in ſententia fundata veraciter in eadem, ſed aſpicientes & conſiderantes multorum fidelium hominum pro his punctis vexationem, ac horrendam *hæreticationem*, ac *incinerationem*, multarumq; traditionum humanarum legem Chriſti impedientium, reſtringentium, ac onerantium æqualiter cum lege aut ultra legem *magnificationem*, & appretiationem, toto conatu noſtro egimus & adhuc agere intendimus, ut huiuſmodi pericula à cunctis Chriſti fidelibus declinentur, & quicquid humanum eſt legiq; divinæ adiectum pòſt, pro huiuſmodi habeatur, & quod divinum eſt, ab omnibus hominibus pro tali teneatur, ne Chriſtus cum ſuis Apoſtolis in legis ſuæ traditione, & eiuſdem obſervatione, tanquam inſufficiens reputetur, & ſi per quempiam, lege Dei, praxi Chriſti & Apoſtolica, & Eccleſiæ primitivæ concilijs doctoribusq; fundantibus veraciter ſe in eadem, verè docti fuerimus, quod in aliquo exceſſerimus contra fidem, aut contra bonos mores, aut ritus, quos primitivi Chriſtiani cum Apoſtolis ex doctrina Chriſti ſervaverunt, aut ex quavis circumſtantia deviare contigerit, parati ſumus obedire veritati, & permanere cum illa, ſcientes, quia veritas ſuper omnia vincit. Ex quo patet nos obſtinatos non eſſe in his quæ tenemus, ſed ſi quis nos devios à fide, modo iam dicto probare poterit, parati ſumus credere veritati.

SVP-

SVPPOSITIONES PRO omnibus per nos infrà dicendis.

CAPVT III.

QVA protestatione præsuppositа, quia omnem fidelem necesse est à Christo Iesu incipere, tanquam à primo principio per se noto, ideò ab illo incipientes, optantesq; humiliter, ut omnipotentis Dei magnificentia, huius nostri operis exordium protegat, medium dirigat, & eius finem ad suam & omnium sanctorum laudem & honorẽ perducat, istas præmittimus suppositiones, quarum prima est ista. Axiomata & principia Taboritarum.

SVPPOSITIO PRIMA. Christus Iesus est unus legislator optimus, Iac. 4. *Dominus noster & legifer noster*. Esa. 33. & *fundamentũ* totius sententiæ, quæ pertinet Christiano, 1. Cor. 3. *in quo pater sibi complacens, ipsum audire præcipit*. Matth. 17. estq; metrum & mensura infallibilis, penes quam attendi debet, quodcunque aliud illegitimum vel legale, quem securissimum est in omnibus fidem & vitam Christianam ac mores concernentibus imitari, ipsumq; primũ & maximè attẽdere. I Solus Christus audiendus est.

SVPPOSITIO SECVNDA. Lex Iesu Christi, quæ est lex Euangelica, excedens legem veterem & alias leges in brevitate, & Sacramentorum paucitate, ac modi implendi facilitate, se sola est sufficientissima, ad regimen Ecclesiæ militantis, ultra quam homo non indiget pro sua *viatione* ad patriam, addere aliquam novam legem, cùm illa perfectè executa, doceat rectissimè, quomodo omnis injusticia debeat à Republi- II Solum Euangelium, est sufficiens viatori.

ca exſtirpari, & quomodo offendens in legem debeat caſtigari, & quomodo quæque juſtitia Chriſtiani foveri debeat, & finaliter *præmiari*, in qua ſine poſſibilitate deceptionis & hoc habere poſſumus, quid debemus credere & ſperare, & quomodo debemus, tam noſmetipſos, quàm Rempublicam, informare, qualem decebat, nobis tradere Chriſtum Ieſum, & qualem nullus hominum præter eum potuit condere, quæ univerſaliter ſit coaptata omni homini, omni ſtatui & conditioni congruens, in omni loco & in omni tempore ſine omni exceptione ſervanda, quæ non ſufficientiſſimè in lege prædicta includatur.

III

Scripta Canonica, ſunt Norma fidei.

SVPPOSITIO TERTIA. Nomine fidei ſunt intelligendę veritates credendæ à fidelibus, primariè deſignatæ per ea, quæ ſcripta ſunt in canone Bibliæ, & veritates credendæ inevitabiliter, & directè deducibiles in easdem. Quicquid autem nec per eaſdem veritates ſpecificatum eſt, nec ex ijsdem inferri, ut præmittitur, poteſt, illud pro adiecto humanitus eſt habendum.

IV

Patres quatenus admittendi ſint.

SVPPOSITIO QVARTA Quamuis dicta Sanctorum doctorum poſt Apoſtolos non ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam ſunt acceptanda, tamen ſententiæ eorum ſuſcipiendæ ſunt hic à *viantibus* & admittendæ de quanto in ipſis Chriſtus loquitur, & de quanto verè & directè fundari poterunt in lege expreſſa Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſancti doctores aliquid dicant conditionaliter, aliquid opinativè ſive probabiliter, & aliud aſſerant ſupra opinionem, tanquam fidem, & aliud contentioſè & reprobativè, *hæreticantes* & condem-

condemnãtes ſe,& aliquando contingit eos æquivocare.

SVPPOSITIO QVINTA. Quamuis corpus Chriſti myſticum pro tempore legis veteris tamquam puella iuvenis, fuit ſignis ſenſibilibus multipliciter inſtruendum, creſcente autem Eccleſiæ ætate, pro tempore legis gratiæ, non eſt ad ſigna huiuſmodi taliter attendendum, veruntamen cùm Chriſtus ſigna quædam approbet, licitum eſt uti aliquibus Ceremonijs, quàm diu religio viatorum eſt imperfecta, cum moderamine tamen, dummodo in talib. caveatur nimia *appreciatio*, inutilis occupatio, eorundem multiplicatio, ad eas infundabilis obligatio, ſeu indiſſolubilis cum ijſdem diſpenſatio, & aliquid numinis ipſis aſcriptio, earum æquè cum lege vel vltra legem magnificatio, & cum illis Eccleſiæ ultra legem veterem oneratio, quam Chriſtus à ſignis huiuſmodi tempore legis gratiæ liberam eſſe ordinavit, cum nulla talia privata ſtatuta ſint licita, vel à populo obligatorie admittenda, niſi de quanto ſunt media facilitantia, ad obſervantiam legis Chriſti.

V

Ceremoniarum Novi Teſtam. Natura

VI

SVPPOSITIO SEXTA, aliqua humanitus adinventa ſunt, non propter efficientiam, ſed propter repræſentationem & ſignificationem tantùm, quæ longè aliter ſe habent, quàm ea, quæ ob eandem cauſam in lege ſcripta ſunt.

Traditiones quædam inventæ ad repræſentandum.

VII

SVPPOSITIO SEPTIMA. Sacerdotes omittentes ritus humanitus legi Chriſti pòſt adiectos, eandem reſtringentes, impedientes, diminuentes, ac onerantes, in hoc cæteris paribus non peccant.

Traditiones humanæ poſſunt neglibi,

SVPPOSITIO OCTAVA. In Euangelio Ieſu

Christi,plenius, *autoritatius* & moderatius omnis veritas à fidelibus credenda & practicanda,& præsertim materia sacramentorum est decisa, quàm in moderna Romana curia,in cuius fide,sensu, ritu & authoritate prætensa illis sacramentis impertinentibus, à multis hodie magnificantur & promoventur.Quin per sacri Euangelij diuinissimas veritates,quæ sunt multæ, lucidæ,& per se manifestæ, solidius omnes sententiæ confirmantur, fundantur *stabilius*,& utilius ruminantur.

De Sacramẽtis, audienda est S.scriptura,non Rom. Ecclesia.

DE SEPTEM SACRAmentis Ecclesiæ, quid in generali sentiamus.

CAPVT IIII.

ISTIS octo suppositionibus, ex dono sapientiæ docentis in monte octo beatitudines,pro fundamento dicendorum præmissis, accedentes ad Baptismum, Manuum impositionem, Cœnam dominicam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & Infirmorum unctionem, quæ vocantur communiter Sacramenta. Circa ea duo aduertimus,Primum, institutionem Christi, in quantum videlicet à Christo in sua puritate & substantia sunt instituta aut *exemplata*.

Diuisio huius capitis.

1

2

SECVNDVM,sensus ipsis extraneos & impertinentes, ac ritus circa illa humanitus adinuentos, oneroſos, ad *venandum pecunias applicatos*, ratione, quorum Christi plebecula privatur libertate legis Christi,& totaliter subijcitur voluntati & arbitrio Antichristi,

Antichriſti,& per quos modo doloſo ſubditi coguntur voluntatem Prælatorum exequi, quod ſi noluerint, variè torquebuntur,quorum tranſgreſſio prohdolor hodie plus penſatur, quàm transgreſſio mandatorum Dei,in tantum, quod his ſic introductis contradicens, tanquam manifeſtus hæreticus publicatur,& ſecundum illum duplicem reſpectum, doctores,quem circa dicta Sacramenta habuerunt,variè loquebantur, nunc ad unum reſpectum habentes, nunc ad alium, ut ſecunda parte huius patebit, de quibus quidem Sacramentis,& ſi qua alia ſunt in lege quæ eadem ratione deberent dici Sacramenta,ſicut aliquot ex his ſeptem,primùm & ante omnia in genere proteſtamur,quòd in forma & authoritate ſenſuque Chriſti,in fide ritu ac praxi primitivæ Eccleſiæ, cuius Rectores erant Apoſtoli,fuerunt & ſunt capacibus multùm utilia ac ſalubria antidota animarum, Non tamen ſic ſimpliciter neceſſaria, quin aliquando ſine ſuſceptione talium in ſigno ſenſibili,fiat ſalus,circa quorum quodlibet,ſentire ac firmiter tenere volumus,quòd ſacra ſcriptura & doctores ſancti fundantes ſe veraciter & directè in eadem,inſtitutivè & præceptivè *autorizant & oſtendent.*

Sacram. non ſunt abſolutè neceſſaria.

QVID IN SPECIALI DE quolibet divinorum Sacramentorum ſentiamus.

CAPVT V.

MAGIS autem circa prædicta Sacramenta nos ſpecificantes, particulariter de quo-

libet eorum quid teneamus omnibus & singulis hoc præsens nostrum scriptum legentibus, intentionem nostram per infra scripta *innotescimus*, cum applicatione fundamentorum & probationum, quas ad hæc ex fide scripturæ habemus, & testimonio antiquorum sanctorum doctorum veraciter se fundantium in eadem.

Pro notâm facimus.

DE SACRAMENTO BAptismi, quid sit, & ubi in fide scripturæ habeat fundamentum, quæ de ejus sint necessitate, & quæ non: & qualiter sacerdotes Thaborienses de ipso finaliter sentiant.

ET PRIMO, de Sacramẽto Baptismi, quod est primum Sacramentum, mediante quo Deus principaliter confert gratiam sacramentalem primam, spiritualiter generantem, cùm sit signum generationis spiritualis in Deo, istud ex fide scripturæ tenemus, & corde synceriter confitemur: Quod SACRAMENTVM Baptismi, est ablutio hominis per aquam facta ab alio, verba præscripta à Christo debitè proferente, significans efficaciter ablutionem animæ à peccato, quod expressum in Euangelio habet fundamentum: Nam Christus tam verbo quàm opere docuit in se credentes sic baptizari. Verbo, quando Apostolis dixit, Matth. vltimo; *Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti:* opere, quando baptizatus est à Ioanne in Iordane, Matth. 3.

QVÆ

QVÆ DE NECESSITATE Baptiſmi ſint, & quæ non.

DE eius neceſſitate ſeu ſubſtantia ſunt tria ſecundum *Thomam*, *tertia parte Summæ q.8. articulo primo*, & *M. Sententiarum in quarto, diſt.3.* & alios Doctores concorditer, *ſcilicet forma* à Chriſto præſcripta, quæ deſignat principalem cauſam Sacramenti: *Miniſter*, qui eſt cauſa inſtrumentalis, & *Ablutio* in aqua, quæ deſignat principalem Sacramenti effectum. Quæ ſint neceſſaria.

VTILIA autẽ circa ipſũ profitemur, orationem, abrenunciationem, pædagogorum fidelem curam & exhortationem. Quæ ſint utilia.

CÆTERA verò omnia, quę in ritu baptizandi, moderna obſervat Eccleſia, ſunt præter neceſſaria, ſeu non de neceſſitate aut ſubſtantia ad Sacramentum baptiſmi requiſita. A quibus multi capiunt occaſionem erroris & ſuperſtitionis, & ſecundum aliquos ut refert THOMAS SVPER DIST. 6.4. SENT, non aliquid efficientia, ſed ſolùm ſignificantia, quid efficiatur in Baptiſmo, in quorum confirmationem, antiqui poſuerunt metra, exprimentia ea, quæ non de ſubſtantia Sacramenti Baptiſmi ſunt, ſub his verbis. Quæ nõ ſint neceſſaria.

Sal, oleum, Chriſma, cereus, chriſmale, ſaliva
Flatus, virtutem baptiſmatis iſta figurant.
Hæc cum patrinis non iuvant eſſe, ſed ornant.

ISTA NOS omnia pẽſantes, omiſſis pluribus ritibus conſuetis circa Sacramentum baptiſmi, ad onus Eccleſiæ, extra fidem ſcripturæ, manifeſtè ſupra fideles ſubditos ab Antichriſto cumulatos, Sacramentum baptiſmi exercemus in aqua ſimplici,

ſecundum

ſecundum formam à Chriſto præſcriptam cum oratione, abrenunciatione, fidei interrogatione & exhortatione, ſcientes illa circa hoc eſſe utilia, honeſta, licita, & in fide ſcripturæ fundabilia, hoc publicè coram omnibus profitentes, quod Sacramentum baptiſmatis, obſervatis ijs, quæ ex fide ſcripturæ, ad eius requiruntur neceſſitatem, & circa ipſum ſunt utilia, exemplo Apoſtolorum & Eccleſiæ primitivæ in Chriſto, quam ipſi gubernabant, poteſt licitè, verè, & liberè, loco & tempore oportunis exerceri, ſine Exorciſmis & Patrinis, ſine Chriſmate & Oleo ab Epiſcopis prius cõſecratis, & ſine trina immerſione, in aqua à Sacerdote modo conſueto non benedicta, & ſine alijs ritibus conſuetis, à curia Romana inſtitutis, & quandoq; nimium *ſolenniſatis* & penſatis, &c.

DE SACRAMENTO MANUS impoſitionis, in fide ſcripturæ habente fundamentum.

CAPVT VI.

POST hæc accedimus ad Sacramentum manus impoſitionis, quod eſt ſignum ſpiritualis roboris, ex qua manuum impoſitione gratia fit à Deo. Dicitur enim communiter, quòd quia parvulus in Chriſto per baptiſmum genitus, eſt nimis debilis in virtute, ideò ſupra baptiſmum quo baptizantur homines, licitum eſt manuum impoſitionem Apoſtolicam ſuperaddi, *quia cum corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*, & hi ſunt actus diverſi, diverſas haben-

De manuum impoſitione.

habentes difficultates, ideò oportuit ad utrumq; ſpecialem dari gratiam vel gratiæ ſtatum, ideò ad primum inquiunt actum, inſtitutum eſt Sacramentum baptiſmi, & ad ſecundum actum fiebat manuum impoſitio, quia manuum impoſitio fiebat, ad ſignificandum & deſignandum aliquem copioſum effectum gratiæ factæ à Deo. * Nam illi quibus manus imponitur, quodammodo continuatur per quandam ſimilitudinem miniſtris, in quibus eſſe licitè poteſt. Quemadmodum cùm quis proximos in bono opere infirmari conſpiciens, eis tota virtute ſuccurreret, & exemplo ſuæ operationis illorum vitam roboraret, juxta illud Matth. 16. *Super ægros manus imponent & benè habebunt*. Quod Sacramentum expreſſè in lege Chriſti *exemplatur*. Scribitur enim Matth. 10. Quomodo Chriſtus complexans *parvulos & imponens manus ſuper illos, benedicebat eis*. Ecce hîc habes *exemplationem* manus impoſitionis in Chriſto, & Actus Apoſtolorum ſatis oſtendunt, manus impoſitionem *exemplatam* eſſe in Apoſtolis, ex quo ipſi Apoſtoli converſis ad fidem baptizatis, manus imponebant, ut acciperent Spiritum ſanctum videlicet Actuum 8. & 19. Cap.

* *Locus mendoſus, & depoſitus. Vide notas.*

NVLLVS ergò debet ambigere, quin Apoſtoli manuum impoſitionem à Chriſti *exemplatione* didicerint. Ex quo poſt ipſius aſcenſionem illam erga converſos ad fidem exercuerunt. De qua manuum impoſitione, illud catholicè tenemus, & corde ſynceriter confitemur, quod licet eius in Apoſtolis ſanctis habemus exemplum, nullibi tamen in ſcriptura adhuc invenimus de faciendo ipſam ex obligatione, præceptum: Intentione tamen & ritu Apoſtolico factam, cæteris paribus ſalu-

Nullum extat præceptum de manuum impoſitione.

salubrem esse,& utilem confitemur. Quod si cui placet, potest exemplo Apostolorum, imprecando baptizatis Spiritum sanctum, manus eis operatrices imponere, oves morbidas confirmando, recolens illud Lucæ 22. dictum Petro. *Et tu aliquando conversus, confirma fratres tuos*, cùm in signum huius Act. 8. legamus, quod Petrus confirmando, *imposuit eis manus.*

DE CHRISMATE, QVOD nunc vocant Sacramentum Confirmationis, carente scripturæ fundamento.

CAPVT VII.

De Chrismate.

INITIO autem Chrismatis prius ab Episcopo consecrati, quod ex oleo olivæ & balsamo conficitur, hominis viatoris baptizati in fronte, infigura crucis in hac forma verborum: *Consigno te, signo sanctæ crucis, confirmo te signo salutis, in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, Amen,* quam cum alapizatione & capitis veste linea circumplexione, & alijs ritibus, & sensu modò consuetis, nunc communiter vocant Sacramentum Confirmationis, non videtur nobis, quod sit instituta à Christo, nec ab eius Apostolis. Christus enim exemplar totius Ecclesiæ, non fuit in « persona sua taliter confirmatus, nec in baptismo « suo Chrisma huiusmodi, sed simpliciter aquam requisivit, ut Doctor scribit Euangelicus (*VViclephin tractatu de monte*, nec alicubi expressè in lege ipsam legitur tradidisse, & cùm, ut communiter inquiunt, in Confirmatione datur Spiritus

Spiritus ſanctus ad robur, ſed quia videmus quòd Spiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis ad robur *Actuum 2.* & alijs fidelibus *Actu. 3.* ſine materia huius Sacramenti iam uſitata, ergò non videtur inſtitutum à Chriſto. Apoſtoli etiam confirmabant ſola manuum impoſitione ſine omni prædicta materia videlicet *Actu. 8.* Ergo non videtur hoc Sacramentum ab Apoſtolis eſſe inſtitutũ. Hinc THOMAS loquens de inſtitutione huius Sacramẽti, de quibuſdam refert, quòd aliqui dixerunt, *hoc Sacramentum non eſſe inſtitutum à Chriſto nec ab Apoſtolis, ſed pòſt in proceſſu temporis in quodam Concilio,* & ad idẽ eſt PETRVS DE THARANTHO, qui ſupra quartũ Sententiarũ, tractãs, a quo Sacramentũ illud Confirmationis ſit inſtitutum, ſic ſcribit dequibuſdam: *Aliqui dixerunt, quod ab Eccleſia,* * *quæ primò legitur ipſius ritum ſolennem inſtituiſſe & præcepiſſe,* & ad hoc clariùs ſignificandum, in *Chronica : Flores temporum*, *Calixtus* quindecimus, anno *Domini* 218. *legitur*, inſtituiſſe, *Confirmationem fieri cum Chriſmate, quæ prius fiebat cum manuum Impoſitionæ ſine Chriſmate,* & adhuc in huius maiorem confirmationem *ſuper illo* 4. *Sententiarum diſtinct:* ſcribitur quòd *Confirmatio haberet ortum ab Apoſtolis*, quædam gloſſa ſic habet:

AQVIBVS *ſcilicet Apoſtolis etiam ortum habuit quantum ad manus impoſitionem, ſed quo ad Chriſmationem, ortum habuit ab inſtitutione Eccleſiæ:* Ecce quot teſtimonia lucida ad hoc, quod hoc Sacramentum Confirmationis modò inſtitutum, uſitatum, quantum ad Chriſmationem & cęteros ritus ſolennes humanitus & *infundabiliter*, quo ad fidem ſcripturæ introductos, non ſit à Chriſto, nec ab eius Apoſtolis inſtitutum, nec ab eis ortum

* Subaudi ſic confirmatio inſtituta.

Confirmatio cum chriſmate, non eſt à Chriſto.

tum habet nobis ſpecificatum & traditum notabiliter in ſcriptura, Et hoc eſt quod adhuc in maiorem huius confirmationem Doctor Euangelicus *in quarto tractatu ſui Trialogi* loquens de hoc Sacramento,præmittens,*quod nimis levis videtur eſſe hujus Sacramenti in actu Apoſtolorum, de quo ſcilicet Act. 8.habetur, inſtitutio*, facit plures perſuaſiones per hoc, quòd hoc Sacramentum, quo-ad talia, quæ dicta ſunt,ab Apoſtolis non proceſſit,quæ loco ſuo in ſecunda parte hujus, inſerentur.

DE SACRAMENTO DOminici corporis & ſanguinis ſeu Cœnæ dominicæ,ubi fundatur in fide ſcripturæ, & quid ſit.

CAPVT VIII.

De Sacramẽto cœnæ Dominicæ

IAM poſt Sacramentum Baptiſmi & manus impoſitionem,reſtat de tertio Sacramento,ſcilicet de Sacramento dominici corporis & ſanguinis ſeu Cœnæ dominicæ pertractandum,quia illa tria Sacramenta ſunt continua. Nam per gratiam Baptiſmi à peccato mundamur, per gratiam manus impoſitionis in bono ad pugnam roboramur. Ipſa autem gratia Sacramenti dominici corporis & ſanguinis, gratiam Baptiſmi & manus impoſitionis nutrit & augmentat,cùm Sacramẽtum dominici corporis & ſanguinis,ſit ſignum ex divina inſtitutione deputatum ad ſignificandum efficaciter

ficaciter ſpiritualem nutritionẽ hominis in Deo, qua aſſiſtente, vita ſpiritualis conſervatur, & qua deficiente deficit, dicente veritate Iohan.6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

QVOD Sacramentum cætera excellens multipliciter, ex alibi declaratis, expreſſum in Euangelio habet fundamentum, & vera fides eius ponitur Matth.26.Marc.14.& Luc 22.1.Cor.10.&.11. Capp. De quo iſtud ex fide ſcripturæ tenemus, & corde ſynceriter confitemur, quod panis, quem Chriſtus in ſua Cœna accipiens, ſuis ad manducandum dedit diſcipulis, & in eius digna perceptione per miniſterium fidelium Sacerdotum reliquit memoriam ſuæ paſſionis, eſt in natura ſua verus panis, qui pronomine *Hoc* demonſtratur. In hac propoſitione Sacramentali, *hoc eſt corpus meum*, & cum hoc verum corpus Chriſti de virgine ſumptum, & pro nobis traditum, non identicè, non de materiali identitate intelligendo, ſed ſacramentaliter, realiter, & verè, qui propter ſui habitudinem ad corpus Chriſti, in ſibi debita habendus eſt reverentia, & fideles illum venerantur, non ut eſt panis ſubſtantia, ſed de quanto ut præmittitur, eſt corpus Chriſti, cuius verum corpus, in eodẽ eſſe veraciter, ſacramentaliter, & ſpiritualiter eſt credendum. Non autẽ cum omnibus proprietatibus, tam eſſentialibus, quàm accidentalibus conſequentibus ipſum, idem corpus Chriſti in cœlo in dextera Dei ſedens, nec ad ſenſum ponentiũ corpus Chriſti taliter ibi eſſe, quòd ille modus præſupponeret, deſitionem ſubſtantiæ panis & converſionem ſubſtantialem ipſius in corpus Chriſti. Ad quod omnis fidelis in mente debet attende-

Contra Trãſubſtantiationem.

De Veneratione Sacramenti.

re, suspensa consideratione circa naturam materialis substantiæ Sacramenti, cum solicitudo fidelium verè adorando, genua flectendo & cogitando, esse debeat in imitatione Salvatoris nostri, & devotione ad eius corpus quod sursum est, & quod etiam modo prædicto, est in ipso venerabili Sacramento: & proportionabiliter de Sacramento calicis sentiendum esse. Qualiter autem nos habeamus circa celebritatem huius Sacramenti patebit infrà, cum de missæ officio materia differetur.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ, quid videlicet Pœnitentia sit, & quotuplex, & ubi in Euangelio habeat fundamentum.

CAPVT IX

De Pœnitentia.

IAM restat de *Sacramento Pœnitentiæ* pertractandum: unde quia viatores sæpe decidunt spiritualiter infirmati, ideò pœnitentia ad resuscitationem hominis & spiritualiter pro peccato delendo ordinatur, quæ homini lapso est necessaria. Quia sicut per peccatum fit recessus à Deo, sic per pœnitentiam est regressus ad eundem, & per consequens, est initium boni hominis pœnitentis, & propter hoc Christus & suus præcursor ambo suos sermones à pœnitentia inchoarunt, videlicet Matth. 3. & 4. Cap. Ita & Apostoli pœnitentiam docuerunt, quemadmodum patet

de Pe-

de Petro *Act. 2.* & sic expressum in Euangelio habet fundamentum, & pœnitentia, est forma qua contritus formaliter dicitur pœnitere, & sic videtur pœnitentia in mente consistere, aliæ verò, quæ vocantur partes pœnitentiæ, ut contritio, exterior oris confessio & satisfactio, sunt, *ut sic*, sibi accedentia, ipsam communiter complentia, & sic est multiplex pœnitentiæ * aggregata. Prima solùm est in animo & insensibilis, qua contritus Domino insensibiliter confitetur. Illa autem licet sit parvi pensa, est tamen virtute maxima, sine qua aliæ nihil valent.

* Fortè aggregatio.

Pœnitentia interna.

SECVNDA verò est aggregata ex illa, & expressione vocali singulariter facta Deo, vel cuicunq; indifferenter fideli, & sic tam Patres veteris legis, quàm Patres novi Testamenti communiter sunt confessi.

Confessio Deo aut fidelibus facta.

SED tertia est pœnitentia aggregata ex duabus prioribus & promulgatione secreta privato facta presbytero, & ad istam pœnitentiam magis attenditur propter lucrum.

Confessio coram Presbytero.

CONFESSIO AVRICVlaris privata non est simpliciter necessaria ad salutem.

CAPVT X.

VTRVM autem ista Pœnitentia tertia iam dicta, est de necessitate salutis, vel qua authoritate introducta fuerit, est dissensio apud multos: sed oportet credere IOANNI DE DEO in hac parte, qui in glossa ordinaria Decretorum dicit:

POST *multas opiniones, quas reprobat Innocentius tertius, hanc invenit, & pro eius confirmatione hanc legem statuit:*

Confessio auricularis.

OMNIS *utriusque sexus &c.* quæ in quinto Decretalium expressatur, & videtur, quòd foret Ecclesiæ utilius, ut de prædicta prima Pœnitentia & secunda cõtenderetur: Aliquibus tamẽ quos Deus ad hoc præordinavit, taliter cõfiteri est utile, cùm multi ex erubescentia de confitendo peccatum commissum, & expletione Pœnitentiæ in mente, cum timore aliâs confitendi, à peccato communiter se præservent.

Multi salvãtur, sine confessio auriculari,

SED non credat quis, quin sine tali confessione auriculari privata, stat hominem benè conteri & salvari, cùm Petrus iniunxit generalem Pœnitentiam & suffecit, videlicet act. 2. imò aliter omnes mortui à tempore ascensionis Christi, usque ad Innocentium tertiũ, forent damnati, quod nefas est credere. quin supponimus, quod sub ista lege Papali plures damnantur, quàm damnati fuerũt sine illa. Et sic ista obseruatio huius legis Papalis potest admitti, de quanto discretio confitentis & confessoris iudicat sibi ipsam proficere, non aũt ratione huius dictæ institutionis Papalis. Ex quibus patet quàm infundabiliter & temerariè istam cõfessionem auriculaṙ modernam audent quidã, plus quàm oportet, magnificare, docentes publicò & scribẽtes, quòd sit ex fide tenẽda sub pœna æternę dãnationis, cùm sciatur ex fide, quod si in Baptismo & Eucharistia, quę sunt Sacramẽta expressa in Euangelio, contingit Deum dare rem Sacramenti sine Sacramento sensibili, ut concors tenet Doctorum sententia. Ergò multò magis sine ista confessione, non sic fundabili. Assumptum patet de Ba-

de Baptiſmo * flaminis & ſanguinis, quæ ſæpè dãtur ſine Baptiſmo fluminis, & rem Sacramenti Euchariſtiæ ſæpe accipit quis ſine Sacramento ſenſibili. Ideò evidentius quis accipit abſolutionem criminis à Deo, ſine abſolutione ſenſibili Sacerdotis, & videtur contrarium rationi, quòd Deus neceſſitaretur dare poteſtatem ſuo inimico gravi & inſcio tractandi ſuum amicum, ſecundũ legem Antichriſti contrariè.

* *Malè legebatur, fluminis.*

NAM Romanus Pontifex, eſt ſæpe Deo contrarius & maximus Antichriſtus, & idem contingit ſecundum plus vel minus de alijs confeſſoribus, habentibus ſuas poteſtates à Romano Pontifice ſingulariter derivatas.

» Papa eſt maximus Antich.

* IDEM fieri ſecundum *Chryſoſtomi de opere imperfecto ſententiam*: Cogitationis peccatum contraria cogitatione diſſolvitur, Propheta dicente: Quæ dicitis in cordibus veſtris & cubilibus veſtris compungimini: & verborũ peccatum, verborum ſatisfactione deletur, qualiter Aaron cùm detraxiſſet Moyſi, vadens, verbis rogavit: & operis peccatum, rerum ſatisfactione detergitur, exemplo Zachæi, qui dixit: *Si quid defraudavi, reddo quadruplũ.* * Tunc Papa Latinus, deberet erubeſcere de iſta moderna pœnitentia ſine fundatione, cum non liceat mortalibus, etiam Apoſtolis, *difficultare legem* Domini, ultra quam ipſemet limitavit. Sapientia autem divina Hebræorum, & ſapientia Græcorum derident iſtam ſtultitiam Latinorum.

* *Locus ut videtur mutilus.*

* *Legè, quia* Luc. 19, 8.

ISTIS omnibus de Sacramento Pœnitentiæ præmiſſis, de ipſa pœnitentia ex fide ſcripturæ tenemus iſtud, & corde ſynceriter confitemur, quòd homini lapſo, pro peccato delendo eſt neceſſaria, iuxta id Lucæ cap. 13. *Si non pœnitentiam egeritis,*

omnes simul peribitis : Et quod ad medelam animarum, quæ spiritualiter infirmatæ deciderunt & decidunt, pœnitereque nolunt, præsupposita pœnitentia in animo simpliciter necessaria ad salutẽ, qua contritus Domino insensibiliter confitetur, & cum expressione quandoq; vocali singulariter sibi facta, vel cuicunque indifferenter fideli, à prudentioribus requirens consilia iuxta informationẽ BEATI IACOBI & praxin Ecclesæ primitivæ, adjunctis quondoq; salutaribus remedijs ieiuniorum, eleemosynarum, orationum aliorumque operum bonorum. Ad quæ omnia, tanquam ad eandem ex fide scripturæ utilia, sive necessaria, nos hortamur, sufficit, *prout quondã suffecit sine cõfessione auriculari, tantùm facta privato presbytero, iuxta formam & obligationem Innocentij & curiæ Romanæ modernæ, & sine forma usitata absolutionis & pœnitentiæ, in numero, pondere & mensura, secundum voluntatem confessoris iniunctione, quæ humanitus & infundabiliter, quo ad scripturam sunt introducta & non de necessitate pœnitentiæ requisita, non salutem animarum, sed plus & frequenter simoniam & cleri excellentiam promoventia.

Insensibilis interna confessio sufficit.

* *subaudi Pœnitentia*

DE SACRAMENTO ORdinis, Quid est, & unde cœperit originem, & quid de eo Catholicè sit sentiendum.

CAPVT. XI.

IAM restat tractandum de alijs duobus Sacramentis, unde quia Ecclesiam oportet habere duas

duas *maneras*, id est, duo genera hominum, generantium scilicet spiritualiter, & corporaliter, ideo sunt duo Sacramenta, ad partes huiusmodi pertractandas Primum est ordo, cuius sacramentū est ad Presbyteros procreandum, de quo præsens nunc erit sermo. De illo ergò ordine ex fide scripturæ tenemus, & corde synceriter confitemur, quod quantum ad propositum sufficit, vocatur potestas data à Deo homini idoneo, ministerio humano quodam quãdoq; concurrẽte, ad debitè, differẽter à Laicis id est sacramentaliter. Ecclesiæ ministrandum, cuius exordium in nova lege fuit à Christo. De cuius Sacramento istud confitemur: quòd non ex fide scripturæ, sed ex consuetudine habetur Ecclesiæ, quòd ordo à solis tantùm Episcopis cõferatur, intelligendo, Episcopum plus sacramentalis, essentialis authoritatis habere, ultra alios viros & simplices Sacerdotes. Circa cuius celebrationem utilia confitemur, orationem, ieiunium & diligentem de habilitate electi examinationẽ: literas autem testimoniales, manuum unctionem, zonam, *ambullæ* in manus dationem & alia, quæ circa hæc, præter expressam fidem scripturæ communiter obseruantur, confitemur non de substantia seu necessitate, ad ordinem requisita.

Quænam ad ordin. sufficiant.

forte ampullæ.

DE SACRAMENTO MATRIMONII, Quid videlicet est, ubi fundatur, & quid de eo Catholicè sit sentiendum & tenendum.

CAPVT XII.

IAM de Sacramento alio, videlicet matrimonio est tractandum, quod ordinatur ad Patres

De Matrimonio.

corporaliter generandum, quod licet non sit signum immediatum ad procreationem hominis naturalem, est tamen signum efficax, per quod notatur, sine peccato luxuriæ licere, in esse naturalis hominis, procreare. De quo istud ex fide scripturæ tenemus & corde sinceriter profitemur, quod matrimonium, est coniugum legitima copulatio, individuam vitæ consuetudinem retinens, qua secundum legem Dei, licet eis, filios sine crimine procreare.

De finitio Matrimonij.

ORDINAVIT enim Deus, quòd Adam & Eua, & per consequens cuncti duo coniuges de lege communi in procreatione corporali taliter copulétur. Vnde Matthæi decimo nono CHRISTVS sic determinat sententiam istam contra Scribas & Pharisæos, ab ipso quærentes, concludens: *Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet.*

QVOD matrimonium exercendum legitimè in personis idoneis & capacibus liberè profitemur, suadentes tamen, ut nubere volentibus, lascivia, temeritas, parentum inobedientia, cæteræq; *ordinationes præcludantur. Circa cuius celebrationem, utilia profitemur, orationem, ieiunium, & amborum debitam circa hoc instructionem & proclamationem, manuum autem complicationem, & earum stola circumpositionem, & alia, quæ circa hoc consuetudine humana, præter expressam scripturæ fidem communiter observantur, dicimus non de substantia seu necessitate, ad matrimonium requisita.

*Fortè Deor dinationes.

DE

DE INFIRMORVM VNctione, in fide ſcripturę habente fundamentum, ubi videlicet exemplatur, & quid de ea Catholicè ſentiendum.

CAPVT XIII.

De unctione infirmorum.

IAM reſtat ulterius tractandum de unctione infirmorum, quæ expreſsè legitur in lege Euangelica *exemplata* Mar. 6. & Iaco. 5. Quia ex quo beatus Iacobus dicit de iſta vnctione olei, quod à poſcentibus fiat infirmis, & Marcus dicit Apoſtolos ſic feciſſe, evidens eſt, quod vnctio infirmorum in Apoſtolis Chriſti eſt exemplata.

DE ISTA ergo infirmorum vnctione, iſtud ex fide tenemus, & corde ſinceriter profitemur, quod infirmi poſcentes, poſſunt licitè oleo vnctionis competenti, quod valeret ad corporis ſanitatẽ, ad intentionem & finem & effectum per Apoſtolos memoratum, inungi: intentioneque & ritu Apoſtolico vnctionem talem factam, ſalubrem fore & vtilem profitemur, ſcientes, quod tempore Chriſti & Apoſtolorum pro neceſſitate & corporis alleviatione in ſignum charitatis & pietatis ungebantur, non tantum infirmi, ſed ſani corpore, & non ſolùm ab Apoſtolis, verùm & ab alijs quibusvis indifferenter fidelibus, videlicet de Maria Magdalena Ioannes 12. quæ vnxit Ieſum, ex cuius vnctionis defectu, Chriſtus arguit Phariſæum, ſe, & eam iudicantem, Lucæ. 7

Vnctio ſanorum, ex Charitate

DE EXTREMA VNCTIONE infirmorũ modò usitata, quam ultimum dicunt esse Sacramentum, carente ut videtur, Scripturæ fundamento.

Moderna Vnctio ægrotum non est a Christo aut Apostol.

VNCTIO autem infirmi, in determinatis partibus cum oleo olivæ ab Episcopo prius consecrato & sæpe usq; ad corruptionem retento, ministrata à Sacerdote, verba cum ipsius intentione proferente, iuxta formam & sensum usitatæ Ecclesiæ, quam communiter vocant Sacramentum extremæ unctionis, ipsum in dicto Iacobi Apostoli fundare nitentes, non videtur instituta esse à Christo, nec ab eius Apostolis.

Testimonium Wiclephi

HINC doctor Euangelicus (*VVicleph*) *in suo Trialogo*, loquens de hac extrema unctione, dicit: *Sed ista videtur nimis levis in verbis prædictis Iacobi Apostoli fundatio Sacramenti, cum dici potest satis probabiliter, quòd iste scilicet Apostolus non specificat infirmitatem finalem, sed consolationem fiendam à presbytero, dum aliquis infirmatur. Et quia per viam naturæ oleum abundans in illis partibus valet ad corporis sanitatem, ideo talis meminit unctionis, non quòd illud oleum agat in animam, sed quod oratio effusa à Sacerdote devoto, mediat quandoque, ut Deus infirmanti animæ suffragetur, quia sista corpor alìs unctio foret Sacramentum, ut modò fingitur, Christi & cæteri Apostoli eius promulgationem & executionem debitam non tacerent.* Hæc ille

Testimon Thomæ Aquin.

EX QVO patere videtur quòd hæc unctio antedicta non videtur, à Christo, nec ab eius Apostolis instituta. Hinc est, quod *Thomas tertia parte Summæ suæ* de institutione huius Sacramenti loquens,

loquens, refert de quibuſdam, quod aliqui dicunt, *quod nec Chriſtus nec Apoſtoli ipſum inſtituerunt, ſed quod in ſucceſſu temporis in uno Concilio ſit inſtitutum.* Hinc (inquit) IACOBVS DE MISSA bonæ memoriæ in uno ſuo tractatu ſcribit, Quod Innocẽtius, qui viguit anno Domini 404. ſtatuit oleo ad uſus infirmorum conſecrato ab Epiſcopo, uti, non ſolùm presbyteris, ſed etiam omnibus Chriſtianis.

Fortè de Mixa vid. Notas,

In hiſtoria autem Satyrica capite 18. 4. parte 2. ſcribitur, Quòd tempore imperij *Iuſtini*, *Fœlix* natione Sabinus, conſtituit, ut infirmi ante tranſitum ungantur oleo ſancto, Ex quo veriſimiliter datur intelligi, quod nec Chriſtus, nec Apoſtoli illam dictam unctionem ſtatuerunt, cùm Chriſtus nullibi hoc Sacramentum exhibuit, vel ipſo eſt uſus, teſte *Thoma tertia parte Summæ, quæſtione vigeſima nona, articulo ſecundo, in reſponſione principali.* Ergò non videtur ipſum per ſe inſtituiſſe, nec etiam dici debet, quod eſſet ab Apoſtolis inſtitutum, cùm idem *Thomas ibidẽ quæſt 72. art. 9.* dicat *inſtituere novum Sacramentum pertinet ad poteſtatem excellentiæ, quæ competit ſoli Chriſto*, Nec. *Dionyſius in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia* tractans de Sacramentis, aliquam fecit mentionem de extrema unctione. *Nec eſt de neceſſitate huius Sacramenti, quòd oleum prius ab Epiſcopo conſecretur vel Chriſma ad confirmationem. Quia arguit *Thomas tertia parte Summæ q. articulo 3.* verè. (licet poſtea reſpondẽdo ad intentionem modernæ Eccleſiæ Romanæ declinet,) quod Baptiſmus in quo fit plena remiſſio peccatorũ, non eſt minoris efficaciæ, quàm hæc duo prędicta Sacramenta, ſed non eſt de neceſſitate Sacramenti Baptiſmatis, ut aqua benedicatur, videlicet in caſu neceſſitatis.

cujus ſit inſtituere Sacramentum.

**ante legebãtur.*

de extrema unct. videlicet inuenti.

" neceſſitatis. Ergò nec eſt de neceſſitate iſtorum
" ſacramentorum, ſcilicet confirmationis & extre-
" mæ unctionis, ut Oleum & Chriſma, ſint per E-
piſcopum benedicta.

IVSTVM DE OMNIBVS Sacramentis petitur inter nos, & partem nobis adverſam, fieri iudicium.

EX iſtis iam omnibus ſuprà ſcriptis, quilibet poteſt ſenſum & intentionem noſtram circa prædicta omnia ſeptem ſacramenta cognoſcere, quid particulariter de quolibet eorum teneamus & ſentiamus, iudicareq; poteſt, quod nõ ſumus, ut quidam æmuli nobis aſſcribunt, hoſtes & inimici dictorum ſacramentorum, in quantum â Chriſto ſunt inſtituta, ſed amatores. Quibus penſatis & cognitis, omnes & ſingulos hortamur, ut iuſtè iudicent inter nos & partem nobis adverſam, ſi contra fidem ſcripturæ peccamus, tenentes & confitentes de iſtis ſeptem ſacramentis, hoc quod de ipſis eſt ex fide ſcripturæ tenendum & confitendum, & non *authoritatizantes*, nec ſic, ut ipſi magnificantes omnem ſenſũ modò uſitatum, communiter, circa prædicta Sacramenta & ritus, circa adminiſtrationem eorum humanitus & *infundabiliter* extra fidem ſcripturæ manifeſtè, ſupra Chriſtum & eius Apoſtolos introductos.

DE OF-

DE OFFICIO MISSÆ, SEV Cœnæ Dominicæ, quid videlicet Missa propriè dicitur, & qualis fuit primis temporibus, & quæ de eius necessitate, & quæ non.

CAPVT XIIII.

IAM accedimus ad alium punctum, in quo à nobis adversantibus discrepamus, videlicet ad officium seu ritum Missæ, quæ circa commemorationem Cœnæ Dominicæ peragitur, quam moderni communiter vocant Missam. Nostram circa hoc exprimentes intentionem, ubi primò & ante omnia præsupponimus, quod nomine Missæ illud videlicet, quod *de conse. dist. 2. verùm in fine*, sub authoritate *Augustini* dicitur, Missa propriè est Eucharistæ consecratio. Reliqua verò quæ Sacerdos dicit, aut Clerus chori canit, nihil aliud, quàm laudes & gratiarum actiones sunt, aut certè obsecrationes fidelium & petitiones. De appelatione Missæ.

EX QVA suppositione elicitur, quod ritus missandi, continet in se duo quædam, quæ sunt de substantia seu necessitate ipsius, & sine quibus non fit Missa, ut sunt debita materia panis & vini, certa forma verborum, ordo sacerdotalis, intentio debita Sacramentum consecrandi; & fides debita de ipso Sacramento, & si qua alia sunt. Ad hoc, ex Christi institutione requisita, alia sunt accidentalia ipsi Missæ, seu cœnæ Dominicæ, quæ observatis his, quæ sunt de eius substantia & necessitate, salva fidei veritate, reverentia, & devotione debita Substantialia cœnæ Domini.

bita ex certis circumstantijs, sine peccato obmitti possunt,& illa sunt omnia alia,quæ Sacerdos dicit,aut Clerus chori canit. Præter illa, quæ dicta sunt, præsupponimus,(secundũ illud[a] BERNHERDI in suo rationali,&[b] GVILIELMI Episcopi VVilmadensis in suo rationali, & ARCHIDIACONI glossatoris decreti,de cõsecratione.dist.1.IACOBVS,super verbo, *Missæ celebrationem*, qui in unũ conveniẽtes scribunt,)quòd in primis Missa in vestibus cõmunibus,solùm cum forma verborum Sacramentaliũ,scilicet, hoc est Corpus meum,celebrata fuit,deinde additum fuit per Petrum seu Apostolos,Pater noster,& hoc inquiunt,significat officium diei Veneris circa altare quia incipitur à Pater noster à Sacerdote ministrante. Post hoc inquiunt fuerunt addita ab ipsis Apostolis lectio Euangelij & Epistolæ. Ad cuius, (inquiunt,) significationẽ die Sabbathi sancti, officium Missæ incipit à prophetijs sive lectionibus. Deinde inquit, successores eorum alij cantum & alia addiderunt, & hodie in rationali VVilhelmi prædicti,legitur:in Ecclesia Lateranensi Romæ in Missa non dicitur aliqua alia oratio, nisi oratio dominica,in signum quod (inquit,) in primitiva Ecclesia sic fiebat.

[a] Forte Bernholdi.
[b] Mimiatensis.

Missa quomodo olim celebrata.

NAM ut in CHRONICA ISIDORI minori ex testimonio *Hug. libro 2. de Sacramẽtis* parte octava legitur:Petrus Apostolus post ascensionem Domini tenuit sacerdotalem cathedram in partibus orientis annis quatuor, & primo anno primam Missam celebravit,dicendo tantummodo Pater noster,cum quibus concordat M.IACOBELLVS bonæ memoriæ, qui in dicto suo tractatu ita scribit,quòd olim *Sancti missando conficiebãt*

De Vestibus Missaticis

communiter

communiter, sine vestibus exteriorib. iã ad hoc consuetis, & consuetudine & adinventione hominum deputatis, & sine ritu longo, modò Sacerdotibus usitato, & in hoc non peccaverunt, cùm tunc maximè in omnibus agendis & præcipuè circa procurationem salutis animarum, circa confectionẽ & ministrationem sacramentorũ, Dei spiritu agebant, ubi ex antiquorum *de post*, deducit testimonijs, quod usus vestium taliũ exteriorũ, & iste modernus ritus longus circa missationem modò observatus post multa curricula annorum per Papas & homines iam longè ab imitatione Christi & eius Apostolorum declinantes, est excogitatus & institutus. Et pòst, præmittens B. Petri brevem missationem, sic concludit: *Ecce sanctus Petrus missationem & celebrationem suam circa diviniſſimum sacramentum sic curtè faciens, nolens plus addere, reliquit hic exemplum posteris tanquam apostolus principalis.* Hæc ille per totum. Istis præsuppositis tanquam veris, dicimus, quod iste ritus sacrificandi in signis & habitu, alijsq; à curia moderna Romana consuetis, quem quidem magistri Pragenses & Sacerdotes eis adhærentes, dicunt legitimum & debitũ, non est ille, vel talis, qui tempore Christi & Apostolorum eius in Ecclesia primitiva observabatur, cùm ex secunda suppositione illius materiæ, *prounc*, missa aliter perficiebatur, sed iste prædictus ritus magistrorum, est ritus curiæ modernæ Romanæ à multis pontificibus Romanis longè post apostolos, ab imitatione iam Christi ipsiusq; apostolorũ notabiliter declinantibus fabricatus, nullibi ut videtur, expressum scripturæ fundamentũ habens, & per consequens, quantum ad talia, ritus Apostolorum nõ est, nec ipsorũ sanctorũ discipulorum

lorum nec Ecclesiæ utilis, ut potest ex præmissis patere *& testimonio Hugonis li.2.de sacrã.part.9. & Doctoris Euangelici*, Cap.ultimo de *apostasia*, &*Chronicarum diversarum*, qui omnes brevem missationem B.Petri præmittentes, tangunt, qui postea Pontificum quæ & qualia in successu temporis ad illam addiderunt, & illum ritum missandi sic longum & onerosum comportaverunt. Propter quod nos, (qui pro lege liberrima Iesv Christi per se sufficienti ad regimen Ecclesiæ militantis, sine Ceremonijs legis veteris & ritibus humanis pòst adiectis, offensivis, diminutivis & impeditivis, legibus eiusdem nos exposuimus, scientes, quia securissimum est & optimum Magisterium, Ecclesiæ primitivæ, quam regebant Apostoli actus imitari, & approximari, sincerius Christo ac eius sanctis Apostolis, obseruareque ritus circa Cœnam Dominicam, quos Christus obseruavit, & Discipuli sui non mutaverunt, nec in quoddam aliud interpretati sunt, quosque Ecclesia primitiva Euangelio conversans ex doctrina Christi & eius Apostolorum obseruavit, declinantes à ritibus Pharisaicis, Christi legem liberam stringentibus ac onerantibus, ac sponsam suam eius spoliantibus libertate,) illum ritum missandi Romanum, quem quidam Magistri Pragenses & Sacerdotes eis adhærentes legitimum fore dicunt ac debitum licitè ac rationabiliter obmisimus, causis ex infra scriptis.

Cur Ritus Romanæ curiæ, a Taboritis omittantur.

Primvm, Quia ille dictus ritus Magistrorum, est legis Christi liberæ restrictivus ac impeditivus. Impedit enim promptitudinem fidelibus Sacramenta ubilibet ministrandi, nec cõgruit populo iam super crebra concione edocto, cùm multa

multa pars temporis inutiliter huius rei occupatione decurrit, ex quo populus redditur tædiosus, & indisponitur ad dignam Eucharistiæ sumptionem, & Sacerdotes oportet negligere magis utilia, propter quorum obmissionem timere deberent, ne eis obijciatur illud Salvatoris Matthei decimoquinto: *Quare vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram?*

SECVNDO, sunt ibi mendaces prosæ, legendæ & multa incerta, imò multus tumultuosus cantus in lege Dei non fundatus. Leguntur quoque ibi & canuntur multa in lingua peregrina, quod populus astans non intelligit, quod Dei mandatis obuiare videtur. *Quia ignorantes ignorabuntur, dicit Apostolus 1. Cor. 14. ubi dicitur: Si autem non fuerit interpres in Ecclesia taceat*, Sibi autem loquatur & Deo, Et est insania secundum Apostolum ibidem cùm Laici & Idiotæ non intelligentes nesciunt ad id quod non intelligunt, dicere Amen, qui melius quãdoque loquerentur quinque verba in sensu proprio, quàm decem millia sic murmurant barbarizantes.

II De prosis

De lingua peregrina

TERTIO. impossibile est secundum illum ritum quotidie missando passim legere legẽ secundum populi & temporis indigentiam, prout fiebat tempore *Dionysij* in Ecclesia primitiva, sed necesse est per totam hebdomadam dominicalem resumere epistolam & euangelium, cum rara sint missalia plures epistolas & Euangelia continentia, contra quod videtur præcipi in Euangelio Lu. 12. *quod prudens servus & fidelis debet dare in tempore tritici mensuram*, & matth. 13. *Omnis scriba doctus in regno cœlorum debet nova & vetera proferre*, secũdum quod necessitas populi exigit & * reliquit.

III Missa impedit lectionem S. Scriptæ.

* Fortè requirit.

IV Missa, fomentum est Pseudoprophetarum et indoctorum,

QVARTO, Per hunc ritum datur occasio pseudoprophetis & idiotis pro voluntate statum sanctorum occupare, qui ex pluralitate missarum extra ritum Ecclesiæ primitivæ nutriuntur & eleemosynis egenorum & substantiæ viduarum pascuntur, & sic secundum prophetiam Christi & Danielis faciunt stare *abominationem desolationis in loco Sancto*, ubi sine his ceremonijs facilius, nosceretur ex operibus iniquis, & non haberent tot media Simplices fallendi, nec tot occasiones Sacerdotium usurpandi, Quæ nocentissima occasio meritò est tollenda, exemplo Apostoli 2. Cor. 11. *Quod facio faciam, ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem ut in quo gloriantur, tales inveniantur, sicut & nos. Nam huiusmodi pseudo-Apostoli, operarij subdoli transfigurant se in Apostolos Christi.* Deficiente enim Euangelizatione, quam Christus instituit, ut notat *Doctor Euangelicus*, necesse fuit, quod signa generationis adulteræ propter commendationem eius blasphemandi per apostatas sunt inventa.

V varij abusus ex missa,

QVINTO. Hic ritus claudit reverentiam venerabilis sacramenti Eucharistiæ, & induxit abusum eiusdem sub una specie communicandi, & verum huius usum obscurant multiplicando missas. Ex quarum multiplicatione populus in sola visitatione sacramẽti quiescebat, & ad huc pro maiori parte quiescit in illa spem salutis ponens, mandatum de manducatione & bibitione eiusdẽ parvipendens, & sacerdotes sese & populum impediunt pro eodem tempore in diversis altaribus missantes. Quia nullus eorum, quæ dicenda sunt ibi ad populum, sine alterius retardatione potest pronunciare.

SED non docuit Spiritus veritatis in Ecclesia primitiva

primitiva,ubi unus ſacerdos conficiebat in omnium fidelium congregatione, ut elicitur ex Dionyſio,& alij præſentes in memoriã mortis Chriſti, quæ eſt unica & ſufficiens oblatio, Sacramentum Euchariſtiæ ab illo ſumebant.

SEXTO. Ille ritus tenet multitudinem ſignorum,quæ ſunt multis occaſio perfidiæ & ſuperſtitionum,& ſpiritualiter ibi ſunt laquei ſimplicibus Sacerdotibus,qui virtutem Dei more gentilium reponunt in characteribus & ſignis, quod videtur eſſe occultus contractus & diſpenſatio cum dæmonijs,eſt crimen nigromanticæ artis, iuſtè & rationabiliter à Sancta Eccleſia cõdemnatæ. Et in multitudine tot ſignorũ quæ dicunt multa bona ſignificare, Quæ cõmuniter quaſi omnibus carẽt, nihil aliud niſi mendacia videntur multiplicare, promittentes ſibi & populò victoriam de diabolo, quod tamen nunquam vel rarò evenit, imò omnino oppoſitũ contingit,ſicut olim falſi Prophetæ ad confirmandum ſua mendacia fecerunt ſibi ex conſilio diaboli falſa ſigna,ut melius eorũ mẽdacijs crederetur, videlicet de Zedechia, qui fecit ſibi cornua ferrea *& dixit ad Achab:Sic ventilabis Syriam & ſic Regem decepit.*

VI
Miſſa alit ſuperſtitiones.

SEPTIMO, ritus antè dictus includit Miſſas ad lucrum avarorum Sacerdotum de inordinato cultu Sanctorum, ſapientes idolatriam, cùm ibi Miſſæ de Sanctis diſtinguantur, ex quo communiter ſimplices ſacerdotes non alium circa hoc habent ſenſũ niſi quòd illæ Miſſæ celebrẽtur Sanctis contra divinum præceptum, quo dicitur *Luca 22. Hoc facite in meam commemorationem.* Scribit enim *Hugo* de Sacramẽtis *libro 2. parte octaua*,quòd celebratio Miſſæ in commemorationem

VII
Miſſa fovet Avaritiam et inordinatum cultum ſanctorum.

Christi agatur, sicut ipse præcepit Apostolis dicēs Hoc facite in *meam commemorationem*. Hæc ille.

ET ille ibidem, *parte nona* scribit, quod *Fœlix* primus instituit supra memorias martyrum Missas celebrari, & quod *Gelasius* constituit in Canone dici: *quorum solennitates hodie in conspectu maiestatis tuæ celebrantur. Domine Deus noster toto orbe terrarum, intra quorum nos consortium, &c.* Quos postea sanctos per orationes ibidem conscriptas, partim orant, & ex hinc & sententijs doctorum infundabiliter pro intercessione & suffragio docent simpliciter invocare, & cum multis, qui in Canone ponuntur *participium petere* præcipiunt, de quorum beatitudine certificari non possumus ex scriptura.

VIII.

Missa stabilit suffragia defunctorum.

OCTAVÒ, Hic titus includit incerta suffragia animarum & memoriam defunctorum, post annos ab incarnatione Domini 568. ibi insertam, quæ non prodest, sed obest multis, cùm faciat somniati & incerti purgatorij certificationem, & est occasio simoniæ & auaritæ sacerdotum, maioris libertatis peccandi, & falsæ spei. Hæc & plura alia fideles deberent excitare, ut excutiant hoc jugum grave, & nō curent de signis hypocritarum (dummodò fuerit conscientia pura) ob perfidiam spiritualem quorundam, qui nō credunt licitam esse missationem, absq; ritu prædicto, quamvis observentur ea, quæ de eius sunt substantia & necessitate, & etiam cùm nullus ex talibus videtur perfectus in populo, nec tali modo servantur, quæ in ea videntur utilia, quo instituta sunt, cùm est eorum nimia appreciatio, sunt velamen hypocritarum, qui aliâs notarentur non ex signis talibus, sed ex conversatione eorum vana, nec timere

debent

debent exinde de damnatione, ut dicit ſuppoſitio ſeptima, in principio recitata. Nec argumentum eorum valet, qui fortè imprudentes cauſas prædictas, eorũ rituũ obmiſſionis per nos expreſſorum blaſphemates iſtud dictũ noſtrũ inter cętera, quo dicimus, & ſecuriſſimum eſt, non obſervare ritus circa Cœnam dominicam, quos Chriſtus obſervavit & eius Apoſtoli, Diſcipuli ſui non immutaverunt, nec in quoddam aliud interpretati ſunt, arguere ſic ſolẽt: Si ſecuriſſimũ eſt nos obſervare ritus circa Cœnam dominicam, quos Chriſtus obſervavit, &c. Ergò nunc malè facimus de veſpere non miſſantes, & non diſcipulos ad præparandum Paſcha præmittentes, & agnum paſchalem præguſtantes, & ſic de alijs conditionibus adjacentibus, quas Chriſtus feria quinta magna circa cœnam ſuam obſervavit. Cùm in rudimentis veræ logicæ nutriti, benè noſcunt, quòd taliter arguentes, in verbis ſuis inculcant unam conditionalem falſam æquivalentem malæ conſcientiæ, ſcilicet iſtam: Si circa Cœnam dominicam ſecuriſſimum eſt nos obſervare ritus, quos Chriſtus obſervavit &c, tunc miſſare debemus de veſpere, & non niſi diſcipulos ad præparandum Paſcha in Hieruſalem præmittentes & agnum paſchalem prægulſtantes: Hæc enim conditionalis valet hanc malam conſequentiam. Ritus quos Chriſtus circa Cœnam ſuam obſervavit, nos ſecuriſſimum eſt obſervare. Ergò miſſare debemus de veſpere, & non niſi diſcipulos præmittentes, & agnum paſchalem prægulſtantes, &c.

Objectio

Reſponſio

ANTECEDENS enim verum eſt & indefinitè de ritibus, quos Chriſtus circa Cœnam ſuam obſervavit, quos ſecuriſſimum foret nobis

obſervare,& tamen conſequens eſt falſum, quòd ſine neceſſitatis articulo debeamus de veſpere miſſare,& non niſi præmittendo diſcipulos prius Cœnam carnalem, &c. Sed ſi adverſarius pro antecedente aſſumeret,ſi omnes ritus, quos Chriſtus circa dominicam Cœnam obſervavit,nos ſecuriſſimum eſt obſervare,tunc illa prædicta debemus obſervare,tunc conſequentia eſſet bona, ſed antecedens eſſet negandum, cùm multos ritus
" circa Cœnam ſuam obſervavit de veteri lege,
" quæ non oportet iam nos obſervare, & per conſequens argumentum taliter arguentium non procedit.

QVIBVS EX CAVSIS ORnatus depoſuimus-

CAPVT XV.

Cur Taboritæ ornamenta. In cœnæ adminiſtratione depoſuerint.

DEPOSVIMVS etiam ornamenta uſitata & conſuetudine humana ad ſacrificandum deputata, iſta de cauſa,ut libertatem miſſandi ſine talibus omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus declaremus,ſcientes, quòd illa ornamenta pro tempore legis gratiæ non ſunt in le-
" ge Dei expreſſa & inſtitutiva & aut præcep-
" tiva. Sed veriſimilius ab Imperatoribus & Pon-
" tificibus Romanis ſumpſerunt initium, qui ut teſtatur *Hugo de Sacra. lib. 2. Par. 4. Sanctarũ veſtium ritus partim à veteri Teſtamẽto ſumptus eſt, & partim à Patribus novi adiectus.* Hæc ille.quamuis pars in hoc nobis adverſa certitudinaliter oſtẽdere neſcit,quis Pontificum primus excogitaſſet illas,cùm quidam iſti,& illi alij hoc aſſcribant, veriſimile tamen videtur

videtur, ut quidam dicunt, quòd *Sylvester* recipiens à Constantino Imperialia ornamenta, primus hoc statuit, ut Sacerdotes similibus utantur circa missationem. Hinc Doctor Euangelicus *VVicleph* sæpè in suis scripturis vocat illas *vestes Cesareas*, de quibus licet parti nobis adversæ concedimus, quòd Sacerdotes Aaronici tempore legis veteris alia spirituali veste utebantur, *quando ministrabant in Sancta sanctorum, & alia quando egrediebantur ad populum, videlicet Exod. 28, & Ezech, 24.* Cap. Non tamen concedimus eis nec ex hoc per consequentiam trahi debet, quòd Sacerdotes sub tempore legis gratiæ ex hoc obligarentur ad aliquas tales exteriores vestes, spiritualiter ad sacrificium deputatas tum, cùm primò quia *Christus non processit de tribu Levi, sed de tribu Iuda, cui non fuit tale mandatum datum, & Apostolus ad Hebræos dicit: Translato sacrificio necesse est ut legis trãslatio fiat.* Tùm secundò quia illa præcesserunt in figura, cùm autem reś figurata melior esse debet, quàm figura, convenienter videtur esse dicendum, quòd illa vestimenta Aaron figurabant vestimenta spiritualia interiora, quibus spiritualiter Sacerdotes Euangelici ornari debent, & sic ornati in Ecclesia Domini ministrare, sicut latè declarat Apostolus, timotheo Episcopo legalia vestimenta sacerdotum ad speciales virtutes, quibus indui debent Euangelici Sacerdotes interpretando, sicut & ille magnus Origenes Omelia 6. super Leviticо loquens de indumentis Sacerdotum, ita scribit: *Quòd Apostoli meritò duas tunicas habere prohibentur, sed sufficit eis una, & hæc interior. Nam ista quæ foris est, & quæ desuper apparet, legis tunicam volunt unã. Namq; eis Iesus & ipsam interiorẽ habere permittit.* Hæc ille. Et idẽ

Vid. Notas.

Vestes Aaronicæ fuerunt Typicæ.

in alio loco loquens de eiſdem indumentis Sacerdotum Euangelicorum ita ſcribit, quæ ſunt & qualia & alio loco Propheta pronunciat & dicit *Sacerdotes tui induantur iuſtitia.* Sunt ergò omnia iſta indumenta iuſtitiæ. Et iterum: Paulus dicit: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & curam carnis ne feceritis ad concupiſcentiam.* Et iterum *Induite nos opera miſericordiæ, Ecce veſtimenta nobiliora.*

ISTA *ergò ſunt ornamenta, quibus ornatur Eccleſia.* Hæc ille per totum. Hinc eſt quod Chriſtus exiſtens in cœlo Sacerdos ſpiritualis omni veſtimento ſordido exutus, & veſtimentis gloriæ & honoris, decore ſcilicet fortitudine & virtute indutus, volens ſuos Euangelicos Sacerdotes indutos eſſe prædictis ſpiritualibus indumentis, ad exornandum ſuos Sacerdotes, ab illo prædicto Aaron præcepto Eccleſiam ſuam inſtituens, non eſt uſus aliqua ſpirituali veſte, ſed notanter ut IOHAN. 13. ſcribitur, *accepit veſtimenta ſua*, ſcilicet uſualia, quæ depoſuerat, ſecundum *Gorram*, quod non feciſſet, ſi *pro tunc* voluiſſet ſuos Sacerdotes habere obligatos ad utendum illa veſte Aaronica, vel alia ſpecialiter deputata, ad miniſterium Cœnæ dominicæ, ex quo non venit ſolvere legẽ, ſed adimplere, de quibus licet aliquando ſancti doctores, (tẽpore quorũ iã dicti ornatꝰ erãt introducti) de ipſis facerent mentionem, ipſos *myſticantes*, nullibi tamen in ſuis ſcripturis tradunt, quòd Chriſtus vel ſui Apoſtoli ad habendum tales ornatus circa Cœnæ dominicæ miniſteriũ, poſteros ſuos Sacerdotes ſub neceſſitate obligaſſent. Cùm ergò B. Petrus ut præmiſſum eſt, ita modeſtè ſine habitu iam uſitato, & ſine ritu tàm longo & infundabili ſuum miniſteriũ circa Sacramentũ Euchariſtiæ

chariſtiæ peragebat, & nolens multis ritibus legē Chriſti liberam ſtringentib.& impedientibus,Eccleſiam onerare,reliquit hoc in exemplum poſteris tanquam Apoſtolus principalis,quod & alij ſine dubio obſervant Apoſtoli *quando per domos fidelibus frangebant panes Act.2.* legitur. Non aliunde quàm à Chriſto ſapientes fundamentum,patet, quòd Sacerdotes moderni poſſunt licitè ſine ornamētis exteriorib.iam ad hoc conſuetudine humana conſuetis & ſine prædicto ritu tàm longo miſſare,& Sacramenta fidelibus miniſtrare:quia ſi Chriſtus,Apoſtoli & alij ſancti olim ex prioribus in Eccleſia primitiva ſic faciebant, & in hoc cæteris parib.non peccabant,ut latè probat M.IACOBELLVS bonæ memoriæ in tractatu ſuo antedicto,quare eadem ratione nunc Sacerdotes,eodem ſpiritu agitati,& eadem urgente charitate,idē non poſſunt facere in hoc cæteris paribus non peccando?Quin ſi idem ſpiritus moneret & evenirent eædem circunſtantiæ,qualitet ſine peccato nō eodem modo fieret,ſicut olim?Propter quod nos nō intendentes aliqua talia nova, quæ Chriſtus non docuit,nec Apoſtoli poſteris ad tenendum ſub neceſſitate tradiderunt, *autorizare*, magnificare,aut appretiare, obmiſimus ritum prædictū Magiſtrorum,quem dicunt fore legitimū ac debitum, & à peccato nituntur excuſare ex cauſis ſuperius iam expreſſis,legi Chriſti liberrimæ & ſufficientiſſimæ ac ritu Eccleſiæ primitivæ, quā ex doctrina Chriſti & eius Apoſtolorum ſervavit, quanto propius poſſumus approximantes.Hinc eſt, quòd in miſſa obſervamus ea & obſervare intendimus, quæ de eius ſunt ſubſtantia,& circa ipſum ſunt utilia,non proprio in hoc utentes capite, ſed imitantes in

hoc ritum B. DIONISI in quantũ promovet devotionem populi, in cantu moderato, & verè in vulgari electione sacrarum scripturarum, & in ædificatoria prædicatione parati circa hoc existentes & alia observare, quæ secundum legem Euangelicam ad finem principaliter dignæ communionis Sacramenti Eucharistæ ordinantur, aut quæ circa hoc ex doctrina Christi servaverunt Apostoli, & maximè, ut pax & charitas in populo augeatur, & memoria gratitudinis decentius habeatur, & vigilantius in modo conversandi Christus imitetur. In his omnibus ut speramus cæteris paribus non erramus.

DE SOMNIATO PVRGATORIO post hanc vitam & mendacijs Sacerdotum super illo seminatis.

CAPVT. XVI.

De purgatorio.

IAM restat circa alium punctum videlicet Purgatorium, nostram exprimere intentionem, quod aliqui ex magistris Pragensibus & Sacerdotibus eis adhærentibus pro fidei articulo summa cum diligentia promovent, publicè docentes, quòd post Christi in cœlum ascensionem animæ quædam spiritualiter eorum, qui salvandi sunt, non satisfacientes in hac vita pro peccatis, de corporibus exeuntes, pœnas corporales sustinentes sensibiles in eodem illo purgatorio post hanc vitam purgantur, de quo post purgationem exeunt, aliquæ prius, aliquæ posterius, aliquæ in die judicij, & aliæ nunc ante diem judicij,

dicij, quodque fideles in via hîc talibus propter vinculũ charitatis & ſpiritus poſſint & debeant ie-junijs & orationibus, eleemoſynis & ſanctis oblationibus piè ſuffragari.

SVPRA quo purgatorio pro ſuppletione ſuæ avaritiæ multi multa fingebant incerta, docentes quòd tales animæ aliquæ ad collum, aliquæ ad cingulum, aliæ per digitum torqueantur in dicto purgatorio, & quòd aliquando ad menſam ſedentes in ipſa ibidem convivantur, & ſpecialiter tunc, quando in anniverſario animarum largè Sacerdotibus eorum offerunt ſuperſtites, & quòd aliquando ſub menſa divitum fragmenta colligunt, per quæ omnia & alia circa hoc conficta mendacia, avaritia Sacerdotum crevit, & ſimonia exercebatur, & erecta erant clauſtra, ædificata ſumptuoſa templa, multiplicata ſuperflua Altaria, & *innumeroſa* Monachorum multitudo & Canonicorum, &c. ijs introducta, occaſio data diſſolutioni & verbi Dei *inadvertentiæ*, & populus in facultatibus & animabus multum eſt deceptus, quem in incerto ſperare faciebant, & multi fideles abſconditi propter hoc, quòd illud purgatorium profidè aſtruere noluerunt, ſunt condemnati & incinerati.

Fabulæ de purgatorio.

DE illo ergò Purgatorio locuturi, ſupponimus.

SVPPOSITIO PRIMA. Primò, quòd animę ſalvandorum ſunt ſuo tempore ſecundũ Dei ordinationem ab omnibus ſuis inquinamentis finaliter expurgandæ, patet ex illo Apocal. 21. *Non intrabit in illam aliquid coinquinatum.*

SVPPOSITIO. SECVNDA. Supponimus ſecundò, quòd fides ſcripturæ nobis exprimit certos & diverſos modos purgandi, quibus in vita

2. Varij modi purgationis in hac vita.

in vita præsenti *viantes*, à suis purgantut peccatis· Nunc pro sermonis Christi impletione Ioan. 16. *Iam vos mundi estis propter sermonẽ meum quem locutus sum vobis*, nunc per opera fidei & pietatis, Proverbiorum 15. *Per fidem & misericordiam purgantur peccata*, Nunc per eleemosynã, *Lucæ 11. Cap., Verumtamen quod superest date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis*, nunc per adversitatum tolerantiam Eccle. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Nunc per abundantiam charitatis Luc. 7, *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm.* Nunc per iniuriæ propriæ remissionem Matth. 6. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cœlestis peccata vestra.* Nunc per conversionem peccatoris ab eius via mala, Iacob. ultimo, Qui *conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animan eius à morte, & operit multitudinẽ peccatorũ*, nunc per pœnitentiam. Cùm laverit peccator in lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte, exẽplo David, qui dicebat: *lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.* Ecce quot certi modi purgandi viuentium ex fide scripturæ colliguntur, quibus in vita præsenti viventes purgantur à suis peccatis.

Tutissimum est, hic purgari.

SVPPOSITIO TERTIA. Supponimus tertiò quòd tutissimum & securissimum est, ut quilibet in præsenti sic vivat, ne post hanc vitam aliqua purgatione indigeat, Cùm secundum Gregorium 4. Dialogorum: *Melius est in hac vita mereri, quàm pòst optare incerta suffragia, & vita tutior est, ut bonum quod quisque pòst mortẽ suam sperat agi per alios, agat dũ ipse vivat per se, cùm beatius est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere.*

ISTIS

ISTIS præsuppositis tanquam veris dicimus, quod non videtur ex scriptura expressa legis Dei, & sanctorum Doctorum se in eadem veraciter & directè fundantium, concordi sententia deducibile, quòd fideles necessitarentur, ut articulum fidei credere & tenere talem ut præmittitur, locum Purgatorij post hanc vitam esse. Nec ipsum datum est privatum alicuius partis sacræ scripturæ, nec possumus ex fide edoceri de aliqua anima, quòd sit in tali Purgatorio & exire de illo, sicut de duabus vijs habemus expressum, & de aliquibus ex nomine, qui illas ambulaverunt. Ergò non est credendum illud nec tenendum pro fide in cuius confirmationem Augustinus in libro melli-loquiorum 3. par. & hypognosticon responsione quinta, scribit. *Primum enim locum fide Apostolica & divina authoritate regnum credimus esse cœlorum, ubi Baptizatus excipitur. Secundum gehennam, ubi omnis apostata vel à fide Christi alienus; æterna supplicia experietur. Tertium penitus ignoramus, imò nec esse in scripturis sanctis invenimus vel reperimus,* infrà satis copiosè exponens & declarãs hoc subdit: *Stridentis iudicis dextra & sinistra est regnum & Gehenna, vita & mors, & iusti & iniqui, in dextra igitur isti sunt constituti, in sinistra operarij iniquitatis, in regno requies baptizatorum, in Gehenna pœna incredulorum, vita ad lætitiam gloriæ, mors ad fletum & stridorẽ dentiũ. Iusti in regno Patris cum Christo, iniquè in igne æterno parato Diabolo & Angelis eius.* Hæc ille.

Augustini testimonium.

IDEM super illo, Neq; ebriosi regnum Dei possidebunt. ita scribit: *Nemo se decipiat fratres, Duo enim loca sunt, & tertius non est ullus, quia qui cum Christo regnare non meruit, cum Diabolo absq; ulla dubietate, peribit.* Hæc ille.

AD

Chrysost. AD hoc confirmandum Chrysostomus in opere imperfecto super Matth. 20. in principio sic ait: *Homo, Paterfamilias, Christus, cui cœlum & terra, quasi una domus est. Familia autem cœlestium & terrestrium, qui quasi tristissimam domum ædificant, id est, inferos, cœlum & terram ut super terram habitent certantes, in inferno victi, in cœlo victores, ut in medio constituti non tendamus ad eos descendere, qui sunt in inferno, sed ad eos ascendere, qui sunt in cœlo & ne fortè nescias, quid fugere, aut quid debeas sequi, utriusque dedit tibi quasi modicum gustum inter lumina & tenebras habitanti, noctem de inferno, lumen de cœlo, nox tibi referat de tenebris inferorum, lux tibi referat de splendore cœlesti.* Hæc ille.

ECCE istæ authoritates ad hoc expressè sonant, quòd tantum duo sunt certa loco post Christi in cœlum ascensionem animarum de corpore exutarum post hanc vitam, & tertius non est ullus, nec esse in scripturis reperitur. Cum quibus concordat M. IOANNES HVS SANCTÆ memoriæ in sermone: Dixit Martha ad Iesum, qui quãvis plura ibi de illo loco Purgatorij opinativè scribit, tangens modos, quibus melius vivi, dato quòd sint aliqui in tali Purgatorio possint mortuis suffragari, sequens in hoc Thomam & alios de hoc fine scripturæ expressæ authoritate loquentes, quid tamen finaliter de eo solus sentiat concluſivè manifestat, quando dici, tin tota sacra scriptura non docuit Dominus orare expressè pro mortuis, præter *lib um Machabeorum, qui non est de veteris Testamenti apud Iudæos Canone, Deniq;* (*subdit*) *neq; Prophetæ, neq; Christus cum suis Apostolis, nec Sancti eorum sequaces propinqui orare pro mortuis docuerunt explicitè, sed docuerunt valde sollicitè populum,*

em, ut vivens sine crimine foret sanctus. Hec ille.

CVM ergò nullibi in lege est de tali loco Purgatorij expressa mentio, nec Apostoli nobis aliquod expressum reliquerunt documentum, nec Ecclesia primitiva Euangelio conversans, cuius ipsi erant rectores aliquid nobis institutivè & præceptivè tradidit, sed *Pelagius Papa* primùm post annos 508. legitur tradidisse, ut in Missa defunctorum memoria habeatur, relinquitur quòd non ex scriptura expressa legis Dei videtur deducibile, quòd fideles necessitarentur, ut articulum fidei credere, tale post hanc vitam purgatorium esse.

DOCTORES IN MATERIA Purgatorij non concordant.

CAPVT XVII.

QVOD autem nec ex Doctorum sanctorum se in lege Dei expressa inevitabiliter fundamentum, concordi sententia sit deducibile, quòd fideles necessitarentur credere, vt articulum fidei tale Purgatorium, de quo sermo est, post hanc vitam esse, patet.

NAM aliqui Doctores videntur sonare ad hoc, quòd animæ talium salvandorum, si quæ hîc non satisfecerint pro peccatis post exitum de hac vita pro illo tempore, quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, sine corporibus non patiantur aliquas pœnas corporales sensibiles, sed quòd facta resurrectione in die judicij à defectibus, si qui remanserint

De purgatione Animarum, in die judicij.

ſerint ſignificatis per fœnum, lignum & ſtipulam, per ignem conflagrationis ſeu emundatorium extremi, judicij purgabuntur, & illi capiunt pro ſui fundamento illud dictum Apoſtoli. 1. Corinth. 3. Cap. *de ligno, fœno & ſtipula*, quod ad literam in die iudicij verificabitur, in cuius ſignum beatus Gregorius ſuper Ezechielem. Omelia, exponens illud Ezechielis: *Ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & ignis involvens & ſplendor in circuitu eius.* Concordat illud Petri dictum: *Adveniet dies Domini magnus*, & aliud dictum Pſalmiſtæ. Quæ ad literam de die judicij verificantur, cum prædicto verbo Apoſtoli ita ſcribens: *Tunc hominibus in ſuo terrore videbitur, eiq; ignis iudicij in reproborum vindicta famulabitur.* Hinc *etiam ſcriptum eſt: Dies Domini declinabit, quia in igne revelabitur.* Hinc *etiam Pſalmus ait: Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit, ignis in conſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida.* Hinc Petrus Apoſtolus dicit: *Adueniet dies Domini magnus ut fur, in quo cœli magno impetu tranſeant, Elementa verò ignis ardore ſolventur.* Hæc ille.

Gregorius magnus

Ex cuius Doctoris verbis patet, quòd ipſe exponit prædictum verbum Apoſtoli 1. Corinth. 3. de die judicii & igne conflagrationis, quando dies Domini veniet ut fur, in quo Elementa ignis ardore ſolventur. *Gloſſa etiam ordinaria* illum eundem textum Apoſtoli ad literam exponit de die iudicij & igne, qui revelabitur in ipſo, ut patet intuenti, ubi poſtea concludit dicens: *Et ſic hoc temporis intervallo, id eſt, durante die iudicij ſpiritus defunctorum qui ædificaverant lignum, fœnum, ſtipulam, huiuſmodi ignem dicuntur perpeti, quem alij non ſentiunt, qui huiuſmodi ædificia ſecum non portaverunt.*

Gloſſa ordin.

Hæ

VBI etiam eadem glossa ordinaria sic habet: *Duos ignes futuros legimus, Vnum æternum, quo æternaliter punientur reprobi. Alterum qui præcedet, quo exuretur facies mundi huius, qui emundabit eos, qui ædificant lignum, fœnum, stipulam. Qui autẽ aurum, argentum & lapides pretiosos de utroque igne securi sunt, non solùm de igne illo æterno, qui in æternum cruciaturus est impios, sed etiam de ilio emundaturo, quo purgabuntur quidã salvandi. Ignis enim extremi iudicij tam diu durabit, quoſq; purgati sunt, qui salvi erũt.* Hæc ibi.

PRO eodem est & ille peritus linguarum beatus *Hieronymus super Naum, Capite primo, in glossa,* Hieron. *quæ dicit: quàm diu pœnitentiam aget mundus, non fiet cõsummatio, sed postquam multiplicata iniquitate, & refrigescente charitate etiam ipsi electi tentabuntur, tunc Zelator Dominus veniet in ultionem, non quasi inimicus, sed ut ligno, stipula, fœnoque consumptis purum recipiat aurũ, & quicquid hostile atq; contrarium sibi invenerit, tollat, & in statum pristinum restituat & reducat.* Hæc ille.

AD idem est & *Remigius super illo eodem verbo Apostoli ita scribens: Igitur sicut aurum & argentum & lapides pretiosi igne probantur & non consumuntur, ita & in die iudicij, Qui habuerit bona opera & bonam prædicationem, licet per ignem transeat, tamen nullam pœnam neq; læsuram sustinebit. Qui autem habuerit levia peccata transeundo per ignem, expiabuntur. Quia consumentur ibi. sicut lignum, fœnum vel stipula ab igne, sed mundati & probati ascendent ad Dominum,* & sequitur. *Dies enim Domini declarabit, id est, dies iudicij & vindictæ Domini manifestabit omnia opera hominum. Quia in igne revelabitur ipsa die.* Hæc ille Remigius.

IDEM *super Danielem cap. 6. Thronus est flammæ ignis, ut peccatores tormentorum magnitudinẽ pertime-*

ſcant, & iuſti ſaluentur, ſic tamen quaſi per ignem, vota eius, ignis accenſus, de quo & alibi dicitur: Deus ignis conſumens eſt, ut ignem, fœnum, ſtipulam arſuram in die iudicij nouerimus. Et in Pſalmis legimus, Ignis ante ipſum præcedet & inflammabit omnes inimicos eius. Hæc ille, *Vnde B. Efferemus* pro ut ipſum allegat Remigius ibidem, dicit: tantus *terror invadet omnes in illa die & bonos & malos, cùm viderint infernum ardentem & Dominum Ieſum Chriſtum cum maieſtate & gloria venientem ad iudicium, ut ſi non iam immortales eſſent effecti, iterum morerentur.* Quo timore etiam levia peccata Sanctorum purgabuntur, *ſicut dicitur, videntes autem Angeli purgabuntur, id eſt electi.* Hæc ille.

Ephræm.

HAEC iſtæ Sanctorum authoritates ſunt pro illo, quod animæ talium ſalvandorum, ſi qui hic non ſatisfecerint pro peccatis ipſorum, facta generali reſurrectione in die iudicij à defectibus, qui remanſerunt, ſignificatis per lignum, fœnum & ſtipulam, per ignem emendatorium extremi iudicij purgabuntur, & ab alio igne ſomniato ſunt ſecuri. Qui capiunt pro ſui fundamento verba Apoſtoli dicta, Qui benè de virtute ſermonis verificabuntur ad illum ſenſum, quem prætacti exprimunt doctores, Nam iuxta illum eorũ ſenſum quicquid illa verba Apoſtoli exprimunt, hoc totum tunc implebitur, cum erit ultimi iudicij locus, ubi Deus iudicium conſtituet, eritque ibi quilibet ex omnibus, & ignis erit in quo, vel cum quo dies iudicij revelabitur, per quem omnes licet aliqui abſque ulla violatione, tranſibunt, & ideò ad confirmandum ſenſum Apoſtoli & præcedentium doctorum, ſe in eodem verè fundantium notanter veritas dicit Matth, 12. Omne verbum

verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij, quod Christus & Apostolus *2. Cor. 5.* non incongruè, quia Apostolus concorditer scribit, *omnes nos manifestari oportet, ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis sui, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Quod verbum Apostoli tractans AMBROSIVS, super Beati immaculati, lib. 2. scribit. Vides, *quia & Paulus assistet, ut ipse commemorat: cave ne lignum, cave ne stipulam ad iudicium Dei deferas tecum, quia ignis exurit, cave ne cum in uno vel duobus habeas, quod probetur, in pluribus operibus offeras, quod offendat.* Hæc ille. Ambrosius.

ET idem ibidem eodem libro ostendens, quòd omnes velut per ignem illum, de quo Apostolus 1. Corinth. 3. dicit, transibunt, ita scribit: *omnes oportet per ignem probari, quicunque ad paradisum desiderant redire. Non enim otiosè scriptum est, quod eiectis Adã & Eva de Paradiso, posuit Deus in exitu Paradisi gladium, ignem versatilem, Omnes oportet transire per flammas, sive ille* Ioannes *Euangelista sit, quem ita dilexit Dominus, ut de eo diceret ad Petrum: Si sic eum volo manere, quid ad te? tu me sequere. De morte eius aliquis dubitavit, de transitu per ignem dubitare non possumus, Quia in Paradyso est, nec separatur à Christo: sive ille sit Petrus, qui accepit claves regni cœlorum, qui supra mare ambulavit, oportet ut dicat, Transivimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium, sed Ioanni citò versabitur igneus gladius, quia non invenitur in eo iniquitas, quem dilexit æquitas, si quid in eo vitij humani fuit, charitas divina excoxit.* Hæc ille.

ECCE iste Doctor exprimit, qualiter etiam optimi per ignem de quo Apostolus mentionem facit, transibunt, Quod non potest esse verum de igne purgatorij Magistrorum, cùm secun-

dum eos ædificantes ſuper fundamentum, quod Chriſtus eſt, aurum, argentum & lapides pretioſos, illi non ingrediuntur purgatorium & per conſequens eædem animæ poſt exitũ de hac vita pro illo tempore, quod inter hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, non videntur ſine corporibus pœnas aliquas corporales ſenſibiles ſuſtinere, ſicut hoc *ſententiare* videtur ille magnus *Origenes* qui *Omel. 8. ſuper Levitico* tractans illud *Levitici 12. Mulier pariendo maſculum immunda erit ſeptẽ diebus, & infans octavo die circuncidetur, ſi verò pariet fœminam, immunda erit duabus hebdomadis*, ita ſcribit: *ſeptimana præſentis vitæ tempus videri poteſt. In ſeptimana namque dierũ conſummatus eſt mundus, in quo donec ſumus in carne poſiti ad liquidum puri eſſe non poſſumus, niſi octava venerit dies, id eſt, niſi futuri ſæculi tempus affuerit, in quo tamẽ die, qui maſculus eſt & viriliter egerit, ſtatim in ipſo advẽtu futuri ſæculi purgatur, & ſtatim munda efficitur mater, quæ genuit eum, purgatam namque vicijs carnem ex reſurrectione accipiet. Si verò nihil in ſe habuerit virile adverſus peccatũ, ſed remiſſus et effœminatus fuerit in actibus ſuis, cuius peccatum tale eſt quod non remittitur, neque in præſenti ſæculo neque in futuro, iſte tranſibit & unam alteram ſeptimanam in immundicie ſua, & tertia demum incipiente oboriri ſeptimana, purgabitur ab immundicia, quam fœmina pariendo contraxit.* Hæc ille.

Ex cvivs verbis planè oſtenditur, quòd illi qui habent viriles actus, ſtatim in mortis articulo in ipſo adventu futuri ſæculi efficiuntur mundi. Illi autem, qui remiſſi & effœminati fuerint in actibus ſuis habentes amorem diſperſum ad temporalia, non efficiuntur mundi niſi tertia incipiente aboriti ſeptimana, hoc eſt, in die iudicij.

Non

Non autem pro tempore quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositũ est, igne somniati Purgatorij expiantur, in cuius confirmationem *Hugo de Sacramentis lib. 2. par. 16.* de quibusdam refert dicens: Quidam *putant animas à corporalibus pœnis cruciari non posse, nisi per corpora & in corporibus manentes. Qua propter à corporibus exutas animas nullas alias pœnas sustinere credunt, nisi eas solùm quas intus conscientia accusatrix irrogat.* Hæc ille.

ET BENE conueniens videtur, quòd animę separatæ dictorum salvandorum ibi non patiantur sine corporibus aliquas pœnas sensibiles corporales. Nam omnes concorditer dicunt, quòd homo non est tantùm corpus, nec tantùm anima, sed ambo simul componunt unum hominem, qui verè simul merentur vel demerentur simul plenam gloriam in cœlo, vel damnationem portabunt in inferno. Quamvis Apostolus distinguat peccata, alia carnis, alia spiritus, tamen nisi anima corpori sit unita, talia peccata in actum deduci non possunt, etiam quamvis animæ plus quàm corpori tribuatur peccatum, ratione rationabilitatis ac liberi arbitrij, nihilominus corpus non excipitur à culpa, in quantum est occasio seu causa proxima, mediante qua anima peccare possit, cùm aggravet & obtenebret eam sua corruptione, ut non hoc *bonum, quod vult, agat, habens contrariam legem in membris captivantem eam in legem peccati*, & ideò sibi anima unita existens semper cum illo & per illud peccat, tanquam per immediatam causam & occasionem: contractam ex peccato, quod ex se sua pronitate & inclinatione aliud facere difficulter potest,

Iniquum est solas animas in purgatorio affligi.

nisi peccare & animam in peccatum inducere; cùm ergò illæ duæ dictæ naturæ simul peccent, & anima quicquid mali secum portet post sui separationem, hoc cum corpore acquisivit, dignum & conveniens videtur, ut simul puniantur, & per consequens non justum videtur, quod anima post separationem non hîc satisfaciens pro peccatis inter ignem somniati purgatorij, & facta purgatione ut fingitur, per vivorum suffragium ingrediatur æternam requiem, corpore secum sæpe tantũ peccante, omnino impunito remanente. Nam si elementa minus coinquinata, ignis calore pro die iudicij solventur, ut dicit PETRVS IN CANONICA sua, multò magis corpus peccans, eorum qui salvandi sunt, & non hîc satisfecerunt pro peccatis, purgari oportet, & per consequens videtur, quòd quæ purgatio dabitur animæ, dabitur & corpori, quòd cum ea peccavit, & hæc ex dicto prædicto Apostoli, & testimonio sanctorum doctorum præmissorum se in eisdem verbis verè fundantium, fient non in somniato purgatorio magistrorum, sed in die judicij per ignem emundatorium ipsius, vel aliter secundũ Dei ordinationem, & sic patet, quod utræque prædictæ naturæ simul fuerunt culpabiles, vel immunes, & in quo simul deliquerunt, in hoc simul torquebuntur & una propter hoc non torquebitur, alia impunita remanente, potest id ex scripturis confirmari.

SCRIBITVR enim *Sap. 11. Per quæ quis peccat per hæc & torquetur*, Ex qua scriptura patet, quod cum quo quis peccat, vel per quod peccat, vel gratia cuius peccat, cum illo & per illud & gratia illius, torquetur. Quia sicut *Sapientiæ 14. scribitur*:

bitur: Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. Hoc ratione causæ vel occasionis datæ, oportet contingere, cùm peccatum per aliud fit, & quia multæ causæ vel occasiones peccandi sunt, aliquæ remotiores, aliæ propinquiores, ut sunt idola, divitiæ, & aliæ res temporales, hominis corpus proprium, ac ipsius membra, de quibus omnibus ex fide scripturæ tenendum est, quod peccatores simul & cum illis, cum quibus, vel mediantibus quibus, vel gratia quorum peccare dicuntur, torquebuntur. De Idolis enim & his, qui faciunt ea, scriptum est, Sap. ubi suprà *per manus quod fit Idolum maledictum est & ipsum, & qui fecit illud,* cùm ex prius dictis simili modo utrumq; odit, & ideò sæpè in scripturis legitur, qualiter Deus Idolatras cum eorum Idolis contrivisse narratur. Scribitur enim *3. Regũ, 13* quomodo vir Dei Ieroboam, stante supra altare & thus iaciente, exclamavit contra idolatricum altare in sermone Domini, & ait, *altare, altare hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur domui David, Iosias nomine & immolabit super te Sacerdotes excelsorum qui nunc in te. thura succendunt, & ossa hominum incendent super te.* quando autẽ natus est ille Rex totum hoc adimplevit, ut patet *4. Reg. 23.* Sic & de pecunijs quæ erant occasio peccati, Simonis Magi dictum est: *Pecuniæ tuæ tecum sint in perditionẽ,* sic & ACHAN, quia peccavit occasione concupiscentiæ anathematisatarum rerum, ideò cum omnibus illis interijt, & omnia quæ eius erant consumpta sunt, *Ios. 7.* Similiter & Sodomitæ & alij in circuitu & cum civitatibus destructi sunt, quia fuerunt eis occasio peccandi. Sic intelligendum est de alijs hominibus, qui aliquando fuerunt alijs cau-

ſa data peccandi,ideò neceſſum eſt ex prius dictis quòd & cum illis puniantur, & per conſequens, cum quot quis peccavit , cum tot & propter tot neceſſum eſt pati,& ex quo ita eſt,quod homo propter illas remotiores cauſas,ſeu occaſiones datas peccandi & cum illis puniendus eſt, multò evidentius eſt tenendum, quod cum corpus cum ſuis proprijs membris ſunt immediata, & proxima occaſio peccati hominis , neceſſum eſt, ut qui ſecutus fuerit ipſius deſideria , quod ſimul cum eo torqueatur. Hinc eſt quod Apoſtolus ſciens,quomodo peccatum virtutem ſuam ſumit ex membris hominis , *Roman.6.* ſuadet dicens: *Neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato,ſed exhibeatis vos Deo tanquam ex mortuis viventes,& membra veſtra arma iuſticiæ Deo* , ibi perhibetur illa proxima occaſio peccandi, ex qua peccatum virtutem ſuam ſumit, quia nunc exhibuerũt membra ſua ſervire iniquitati. Poſtea Apoſtolus hortatur tales ad pœnitentiam, quando modicum infrà dicit: *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeatis membra veſtra,iuſticiæ,in ſanctificationem,* Quod ſi qui non fecerint pœnitentiam Deo, quòd membra ſua ſic ad peccandum exhibuerunt,tunc ſpiritualis vindicta ſuper eadem veniet membra , ut *Eſaiæ tertio* prædicatur , pro *eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion* , & ſequitur : *decalvabit Dominus verticem filiarum Sion , & crinem eorum nudabit, auferet calciamentorum ornatum* , ubi manifeſtè oſtenditur, quòd homo in quolibet membro ſpiritualiter ſecundum quod peccavit,punietur, ubi benè complebitur Scriptura ,quæ dicta eſt Sapientiæ , per quæ quis peccavit, per hæc & torquetur , in cuius con-

ius confirmationem beatus *Gregorius in Omelia de divite epulone scribit*, Quid autem est, *quòd dives in tormentis positus linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is, qui convivando de loquacitate peccaverat per retributionis iustitiam in lingua atrocius ardebat.* Abundare *enim in conuivijs loquacitas solet. Multa etiam lingua sua superba locutus ist, ubi peccatum, ibi & pœna, & plurimum lingua peccavit, amplius modò torquetur.* Hæc ille.

EX quibus authoritatibus Scripturę & B. GREGORIO precedẽte patet, quod justicia divina visitat peccata nostra, secundum quod acta sunt sub mensura debita, & cùm in vita nostra, ita cum corpore unus sit homo, sive bonum sive malum simul facientes, ideò non videtur fundabile, quod anima peccans cum corpore patiatur centum, vel circa annos in purgatorio, sine corpore, pœnas graviores, quàm aliquis in vita sufferre posset, (ut fingitur,) deserviens illud cum corpore & per corpus & facta per unionem suffragia, ut dicitur, ipsum expiatur, ingrediatur æternam requiem, corpore secum peccante, omninò impunito remanente. Ideò non inconuenienter dicit Apostolus, ut prædictum est, quod *nos omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria coporis, prout gessit, sive bonum sive malum*, nec incongruè idem Apostolus 1. *Thess. ultimo* scribit: *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in adventu Domini nostri* IESV *Christi servetur*, Vbi quia specialis querela potest venire in corpus, cùm quædam sint peccata carnis specialis in animam, cuius peccata sunt malæ cogitationes, &c. ideò singulariter exprimit illa,

& distinctè optans, ut in adventu Domini, in quo omnes querelæ de omnibus aderunt, quodlibet illorum sine querela inveniatur. Et si quis quæsierit, ubi tunc animæ talium salvandorum, qui non hîc satis fecerunt pro peccatis, sint pro tempore inter talium mortem & resurrectionem ultimam, ad hoc potest responderi, quod de corpore exeuntes, sunt cum Christo, corporum resurrectionem expectantes, ut ad æternam & perpetuam beatitudinem pariter cum Christo immutentur.

Quæstio de Animabus à corporibus separatis.

SCRIBIT enim *beatus Augustinus de dogmatibus fidei*, Ante passionem Domini, *omnes Sanctorum animæ in inferno sub debito prævaricationis Adam tenebantur, authoritate Domini: Per indebitam eius mortem, de servili conditione liberantur. Post ascensionem Domini ad cœlos, omnes Sanctorum animæ cũ* CHRISTO *sunt, & exeuntes de corpore ad* CHRISTVM *vadunt, expectantes resurrectionem corporum, ut ad æternam & perpetuam beatitudinem pariter cum Christo immutentur, sicut peccatorum animæ in inferno subtimore repositæ, etiam expectant resurrectionem sui corporis, ut cum ipso ad pœnam convertantur æternam.* Hæc ille,

Cap. 109.

IN Enchiridio autem (& habetur transumptivè c. 132. *tẽpus*) ita scribit, *tẽpus quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæque digna est vel requie vel ærumna, Pro eo quod sortita est in carne cùm viveret.* Hæc ille.

[ABDITIS] glossa super illa, sic habet: Ex *his verbis videtur quod Augustinus dubitat, quo animæ defunctorum recedant*, & benè dicitur dubitare, Quia rarus vel nullus invenitur taliũ divinorum cõscius secreto-

:cretorum. *Nam Origenes Omel. 2. super Num. mysticando mansiones filiorum Israel*, de *Ægypto peregrinantium* in terram promissionis, ita *scribit:*

SED *& anima cùm de Ægypto vitæ huius proficiitur, ut tendat ad terram promissionis, pergit necessariò er quasdam vias & certas quasque conficit mansiones. Quarum credo Propheta memor dicebat: Hæc meditatus um & effudi in me animam meam, quoniam degrediar n locum tabernaculi, admirabilis usque ad domum Dei, tæ sunt mansiones & ista tabernacula de quibus in alio oco dicit: Quàm amabilia sunt tabernacula tua Domie virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini, & infrà modicum concludit dicens: Istæ ergò unt mansiones, quibus iter è terris agitur ad cœlum, & quis ita invenitur idoneus & divinorum conscius secreorum, qui possit itineris istius & ascensionis animæ describere mansiones, & uniuscuiusq; loci vel labores explicare vel requies.* Hæc ille.

PETRVS *autem ad Clementem lib. 1. itinerarij tãgit*, quod animæ talium salvandorum in bonis lætisque regionibus, tunc servantur, quando sic scribit: *Eorum verò, qui non ad integrum potuerunt explere normam iusticiæ, sed aliquas in sua carne maliciæ reliquias habuere, corpora quidem resoluuntur, animæ verò servãtur in bonis lætisq; regionibus, ut in resurrectione mortuorum, cùm corpora sua receperint, ipsa iam resolutione purgata, pro, his, quæ benè gesserunt, æterna hæreditate potiantur.* Hæc ille.

CHRYSOSTOMVS *autem de opere imperfecto, Omel. 28.* exprimit, quod animæ post ascensionem Domini ante diem iudicij suum ultimum finem non adeunt ita scripsit:

VNDE *manifestum est, Quoniam ipse post ascensionem animæ in regionem quandam abducuntur,*

non

non ad huc habentes tempus revertendi, ſed terribilem illum diem expectant. Hæc ille. Ex quorum doctorum ſcriptis patet, quod ipſi non affirmant animas ſalvandorum, ſi qui hîc non ſatis fecerint pro peccatis poſt exitum ſuum à corpore, intrare locum purgatorij ſomniati, nec ſtatim eas cœlum ingredi dicunt.

SED hæc occulta ſunt, qualiter cum dictis animabus ibi agatur, & quòd in lætis bonisque regionibus ſunt cum Chriſto, abditis receptaculis tamen continentur, & quoniam hæc occulta ſunt, ideò non invenitur quis idoneus, qui manſiones talium valeat explicare, & per conſequens neſciunt, quid de illis certitudinaliter debeant affirmare.

ALIA PARS DOctorum.

QVOD TANTVM PRÆſens vita, pœnitentiæ & ſatiſfactioni, ſit deſtinata.

CAPVT XVIII.

DOCTORES etiam ſonant ad hoc, quod hîc eſt locus merendi pœnitentiæ & ſatisfactionis, cùm præmium in beatitudine attenditur penes gradum gratiæ, in quo præſens vita finitur & pro illo eſt primo HIERONYMVS ſuper illo verbo Euangelij: Homo quidam erat qui habebat villicum, ita ſcribens: Poſt *amiſſionem itaq; villicationis, ſe non poſſe fodere, villicus aſſeruit, quia poſt finitam vitam præſentem nullus confeſſionis, nec pœnitentiæ locus iam eſſe poterit, mendicandi*

verè

rò fructus nullus tunc erit. Quia fatuæ virgines quæ prudentibus oleum petierunt sine fructu redierunt. Fodendi ergò tunc non erit fortitudo, mendicandi erit confusio. Quia post mortem nec fructuosam pœnitentiam de malis agere licebit, nec in semetipsos docere alicui testas erit. Cùm ergò in præsenti vivimus, in futurum bis providere debemus, ut secundum Apostolum dum mpus habemus, operemur bonum, ad omnes, maximè tem ad domesticos. Hæc ille.

PRO eodem est CYPRIANVS *Epistola decima, cùm nc recessum fuerit, nullus iam pœnitentiæ locus, nulls satisfactionis effectus, hîc vita amittitur aut tenetur. ic saluti æternæ Dei cultu & fructu fidei providetur.* læc ille.

ET *Hilarius: peccatum quod in hac vita non corritur, eius venia frustrà postulatur.* Hæc ille.

AMBROSIVS *in libro de bono mortis. Qui im hîc accipit remissionem peccatorem, illic non erit. on erit enim, qui ad vitam æternam non potuerit pernire, Quia vita æterna remissio peccatorum est, ideoq; cit: remitte mihi, ut refrigerer, prius quam abeam, amplius non ero.* Hæc ille.

ECCE istæ authoritates Sanctorum sunt ad oc, quod hîc est tempus merendi, & pœnitentiæ u satisfactionis, in quo electi, qui ædificant ıpra fundamentum, quod est Christus, lignum, enum vel stipulam, punientur & purgabuntur, ; isti doctores pro sui fundamento capiunt etım illa verba Apostoli 1.Cor.3. de ligno, fœo, stipula, quæ etiam de virtute sermonis verifiantur de die & igne præsentis vitæ. Hinc est, uod glossa ordinaria exponens illum textum Apostoli primo ad literam de die iudicij & igne ius, ut in præcedenti capite ostensum est,

exponit

Dies domini etiam pro presenti vita accipitur.

exponit etiam secundò ad sensum mysticum de die & igne præsenti, quando sic dicit, vel *ita dici potest, ut de die præsenti & igne præsenti accipiatur. Nã hic etiam dies Domini est, dum iudicium incipit à domo Dei, id est, à salvandis incipit pœna, quæ consummabitur in reprobis, ideò enim puniuntur hîc electi, ut ibi non puniantur, in quo die est etiam ignis tribulationis, quo utitur amor spiritualium rerum, dum homines contristantur de omissis, unde dicitur, tribulationem carnis habebũt huiusmodi. Quod enim sine alliciente amore non habent, sine urente dolore non perdunt, cuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini, id est, dies præsentis tribulationis declarabit. Quia in igne tribulationis revelabitur. Eandem enim tribulationum ignem vocat,* & uniuscuiusq; opus, quale fuerit, sanum vel *solubile, ignis præsentis iudicij probabit. & hoc igne, illius opus non exuretur, quia non ea dilexit, quorũ amissione crucietur. Exuritur autẽ illius opus, qui hæc temporalia dilexit, quia sine dolore nõ pereũt, quæ cũ amore possessa sũt.* Hæc ibi.

ET ad idem est *Augustinus in Enchiridio cap. 68.* (cuius sententiam & glossa ordinaria, ibi, sextò inserit) qui sic scribit:

SED *quia hæc Apostolica magnificentissima & aptissima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscurè dictum est, de his, qui edificant supra fundamentum, (quod est Christus,) non aurum, non argentum, vel lapides pretiosos, sed lignum fœnum, & stipulã, (de his dictũ est, quòd per ignem salvi erunt, quoniam fundamentum merito nõ peribunt,) sic est intelligendum, ut his manifestis non inveniatur esse contrarium, ligna quippe & fœnũ & stipula non absurdè accipi possunt, rerum sæcularium, quãvis licitè concessarum, tales cupiditates, ut amitti sine amini dolore non possint.*

CVM *autem iste dolor urit, si Christus in corde fun-*

damen-

amenti habet locũ, id est, ut nihil ei anteponatur, & ma-
t homo, qui tali dolore uritur, rebus, quas ille diligit ma-
is carere, quàm Christo, per ignẽ salvus erit. Si autem
uiusmodi res tẽporales & seculares tẽpore tentationis ma-
uerit tenere, quàm Christũ, eum in fundamẽto nõ prius
abuit, quia hæc priori loco habuit, cùm in ædificio non sit
liquid prius fundamẽto. Ignis enim de quo eo loco locutus
t Apostolus, debet intelligi talis, ut ambo per eũ trã-
eant, id est, & qui ædificant super hoc fundamento aurũ
& argentum, & lapides pretiosos, & qui ædificant ligna.
œnum, & stipulam.

CVM enim dixisset hoc, adiunxit: *Vniuscuiusque*
pus, quale sit, ignis probabit, & cuius opus permanserit,
uod superædificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus ex-
stum fuerit, damnũ patietur, ipse autem salvus erit, sic
amen, quasi per ignem.

Non ergò unius eorũ, sed utriusq; opus ignis probabit.
Est quidẽ ignis tentatio tribulationis, de quo alio loco ad
erte scriptũ est. Vasa figuli probat ignis, & homines iustos
entatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit,
uod Apostolus dicit, si accidat fidelibus, scilicet cogitan-
i, quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est, ædificanti
uper Christum, fundamentum, aurum, argentum, lapi-
desq; pretiosos: Alteri autem cogitanti ea, quæ sunt mun-
di, quomodo placeat uxori, id est, ædificanti super idẽ fun-
damentum, lignum, fœnum, & stipulam. Illius enim opus
non exuretur, quia non ea diligit, quorum amissione cru-
cietur, exuretur autem huius opus, quoniam sine dolore
non pereunt, quæ cum amore possessa sunt, sed quoniam
alterutra conditione proposita, eis potiùs carere maluit
quàm Christo, nec timore talia amittendi, deserit Christũ,
quamvis doleat, dum amittit, salvus est quidem, sic tamen
quasi per ignem, quia urit eum dolor rerum, quas dilexit,
amissarum, sed non subuertit, neq; consumit fundamenti

stabilitas

ſtabilitate atque incorruptione munitum. Hæc ille.

ECCE plana & benè fundabilis expoſitio textus Apoſtoli, exprimens, quòd ſalvandi qui ædificant ſupra fundamentum, quod eſt Chriſtus, lignum, fœnum, vel ſtipulam, ſatisfaciunt & purgantur ab illis in præſenti vita per ignem tribulationis, quorum vitiatur amor * ſpiritualium rerum, dum homines contriſtãtur de amiſſis. Et ad hoc videntur ſonare multæ ſcripturæ quẽlibet exhortantes ut ſit diligens, quatenus modò in ſecunda ſuppoſitione huius materiæ expreſſum, quam diu vivit in hac vita à peccatis expurgetur, non *ſuppodiatus* ſuper futura ſomniata & incerta purgatione, ſicut hæc perſuadet beatus *Gregorius 4. Dialog. capite quadrageſimo primo*, ex ſcriptura multiplici, primo *Ioannis 5. cap*, Qui audierit *verbum meum, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam.* Et per illud *Ioan. 9, Me oportet operari opus eius dum dies eſt, venit nox quando nemo operari poteſt*, & per illud *Apoc. 14. Hic eſt patientia ſanctorum*, qui *cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu Chriſti, & audivi vocem de cœlo, dicẽtẽ mihi: Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit Spiritus: ut requieſcãt* à laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos, et per illud *Eccl. 19. Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia erit apud inferos, quô tu properas*, & per illud *Eccleſ. 11. Si ceciderit lignum ad Auſtrum aut Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*, & per illud *Eccleſ. 14. Ante mortem benefac, & ante obitum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos invenire cibum.*

* Lege terrenarum.

TERTIA

TERTIA PARS.
doctorum.

DE PVRGATORIO ANIMARUM post hanc vitam

CAPVT XIX.

DOCTORES etiam aliqui prout Mag. Pragenſes quidam hos intelligunt, ſonant pro loco Purgatorij eorum, in quo ut ſomniant animæ eorum qui ſalvandi ſunt, non ſatisfacientes in hac vita pro peccatis, de corporib. exeuntes, pœnas ſuſtinentes ſenſibiles, igne ipſius purgẽtur, de quo poſt purgationem aliquæ exeunt prius, aliquæ poſterius, aliquæ in die iudicij, quibus fideles hîc in via debeant ieiunijs & orationibus eleemoſynis & ſanctis oblationibus ſuffragari. & illi pro ſui fundamento etiam nituntur capere, illa prædicta verba Apoſtoli, *de ligno, fœno, ſtipula*, in quibus ſecundum quorundam Magiſtrorum expoſitionem Apoſtolus primò tangit unicum fundamentũ omniũ ſalvandorum, ſcilicet Ieſũ Chriſtum Dominũ noſtrum, ſecundo tangit eorundẽ ſupra prædictum fundamentum fundatorum opera duplicia, bona ſcilicet & defectuoſa, bona intelligens per aurum, argentum, & lapides pretioſos, defectuoſa autem per lignum, fœnum & ſtipulam. Tertiò inquiunt, tangit Apoſtolus, quòd talia utraq; opera modo cõmuni, non prius niſi in morte declarantur, quia nunc neſcit homo an amore, an odio dignus ſit. Die verò mor-

tis veniente quid puniendum,quid verò remunerandum ſit,videbitur. Quartò inquiunt, oſtendit Apoſtolus,quod cuiuslibet opus , quale ſit ignis Purgatorij,qui poſt mortem revelabitur,probabit: bonum ut ſibi placitum & conveniens acceptando,probando,& non cremando,defectuoſum verò ut ſibi diſplicens , exurendo & purgando, & ultimò inquiunt , concludit Apoſtolus , quod ſic purgatus, ſuo tempore per ſuffragia vivorum ſalvus erit,quaſi per ignem. Sed dato,quod aliqui Doctores ſic ſentiant , ut Magiſtri Pragenſes eos in hoc ſequentes ſicut prædictum eſt,illa verba Apoſtoli interpretantur , tamen ſi benè advertantur præfata verba Apoſtoli , non videtur,quod poſſint de virtute ſermonis ad ſenſum prædictum Magiſtrorum verificari, ut patebit latius in ſecunda parte huius ſcripti.

Ex iam dictis patet,quod Doctores in materia Purgatorij non concordant , ſed in differentia multiplici laborant,imò ut infrà dicetur,aliqui eorum in uno loco videntur pro eo ſonare , & in alio loco aliter de ipſo ſcribunt,homines de eo in dubio relinquentes , & per conſequens ex doctorum ſanctorum ſe in lege Dei expreſſa inevitabiliter fundantium,concordi ſententia,non eſt deducibile,quod fideles neceſſitarentur credere,ut articulum fidei,talem locum Purgatorij poſt hanc vitam eſſe,qualem Magiſtri prædicti pro fide prædicant & aſtruunt,quod ſic probandum.

Ista omnia antedicta benè peſantes & advertentes ex fide ſcripturæ & ſententijs ſanctorum Doctorum ſe in eadem veraciter fundantium, non negamus animas ſalvandorum ſuper fun-

fundamentum, quod est CHRISTVS, fœnum, signum, vel stipulam ædificantium in vita præsenti per ignem tribulationis, & alios modos in secunda suppositione istius materiæ expressos, vel in mortis articulo statim in adventu futuri sæculi, vel si quid purgandum in eis post hanc vitam remanserit, per ignem emundatorium extremi iudicij, vel aliter secundum Dei ordinationem ab omnibus suis inquinamentis finaliter purgandas, hortantes quemlibet, ut in præsenti sic vivat, ut statim in mortis articulo in adventu futuri sæculi purgatus, alia postea purgatione non indigeat, cùm ex tertia suppositione huius materiæ, melius est in vita mereri, quàm pòst, optare incerta suffragia, & via tutior est ut bonum, quod quis post mortem suam sperat, agi per alios, agat dum vivit ipse per se. Somniatum enim locum Purgatorium Magistrorum prædictum, attendentes circa hoc varietatem Doctorum, & non videntes aliquam scripturam expressam nos ad tenendum ipsum pro fidei articulo sub æterna damnatione obligantem, & considerantes homines ex hoc continuè in peius proficere, ipsum astruere & promovere pro fidei articulo non laudemus, & per consequens quàmdiu de ipso ex scriptura certificati non fuerimus, non videbitur nobis, quod fideles hîc in via debeamus adhortari, ut talibus, quos somniant in tali Purgatorio existere ieiunijs & orationibus eleemosynis, & sanctis oblationibus debeant suffragari publicè profitentes, quòd ex quo Magistri non possunt docere ex aliqua propositione sacræ scripturæ inevitabiliter, quòd post hanc viam sit aliquis talis locus sic purgandi, nec ipsum

dictum est primarium significatum alicuius partis sacræ scripturæ.

RELINQVITVR, quòd insecurè Magistri illud tale Purgatorum promovent, & per consequens infundabiliter vexant necessitantes eos ad hoc, ut hîc in via talibus ieiunijs & orationibus, eleemosynis, & sanctis oblationibus suffragentur, cùm ut ex prædictis patet, illæ animæ salvandorum, qui hîc non satisfecerunt, post exitum de hac vita, pro tempore, quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositũ est, non videntur sine corporibus pœnas aliquas corporales sensibiles sustinere.

HINC beatus Hieronymus scribit & ponitur transumptivè 13. q. 2. *in præsenti sæculo scimus, sive orationibus, sive consilijs, invicẽ posse nos adiuvare: Cùm aũt ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Samuel, nec Noë rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus suum.* Hæc ille.

AD idem est & *August. in Psal. 48.* Super illo verbo: *invocabunt nomina eorũ in terris ipsorum Quid est hoc? tollunt panem & merum ad sepulchra, & invocabunt ibi nomina mortuorum. Putas quantum invocatum est nomẽ, illius divitis, postea quando inebriaverunt se homines in memoria illius, nec descendebat una gutta super linguam ipsius ardentem, ventri suo serviunt homines non spiritibus mortuorum, non pervenit ad spiritum mortuorum, nisi quod secum vivi fecerunt. Si autem vivi secum non fecerint, ad mortuos nihil pervenit.* Hæc ille.

PRO eodem est & Chrysostomus. De opere perfecto morali, 20. qui sic dicit: *Vniuscuiusque finis* est *in ianuis, & si senex aliquis fuerit, & si iuvenis, non est hinc abeuntis misericordiam emere, Nam nequi*

deprecatur

deprecantes potiri venia, & Abraham si deprecator fuerit, & si Noha & Iob, & si Daniel, donec igitur tempus habemus, tendamus ad vera, ut nobis ipsis liberam pœnitentiam congregemus, misericordiam copiosam, transponamus universa in cœlum & in tempore decenti, & in quo maximè eis indigebimus, omnibus fruamur. Hæc ille. *Et idem morali 74.* scribit: *Si enim nunc non egerimus bona, scilicet cùm abierimus, de reliquo nihil possibile est fructificare.* Hæc ille. *Et secundum Hilarium* superius allegatum: *Peccatum, quod in hac vita non corrigitur, eius venia frustra postulatur.*

Ex quorum Doctorum dictis elici potest, quòd perficere ex opere aliquo, est solùm in via existētis, sed homines post mortem iam non sunt propriè & simpliciter viatores. Ergò non videtur, quod mortui de suffragijs alicuius viatoris iuvari possint. & cùm ex verbis Apostoli, *necesse est unumquemque portare onus suum, & omnes nos necesse sit manifestari ante tribunal, Christi ubi recipiat unusquisque propria corporis, qua gessit sive bonum sive malum,* & etiam *Apocal. 14. Opera morientium sequuntur illos,* Et secundum *Gregorium*: Qualis *quisque in morte inventus fuerit, talis in die iudicij præsentabitur*, sequi videtur, quòd ex his, quæ post mortem geruntur, quando extra corpus erunt, nihil eis accrescere poterit ex alicuius operibus: quamvis THOMAS in 3. part summæ suæ, has autho ritates ad sensum confictum modernæ Romanæ curiæ exponat. Cùm autem eius expositio careat authoritate sacræ scripturæ, ideò secundum dictum beati Hieronymi eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Necessarium enim esset primum locum talis Purgatorij stabilire, si dictæ eius glossæ, dictis scripturis taliter poterint ada-

ptari,nihilominus tamen si quis poterit ex scriptura sacra expressa,& sententijs sanctorum Doctorum se in eadem veraciter fundantium, illud prædictum Purgatorium ostendere vel probare, vel si Deus ex occultis suis iudicijs vult aliquem post hanc vitã,sic vel aliter purgare, parati sumus,sicut & semper ante fuimus gaudenter audire, & non quovis modo contradicere,quod tamen usque huc nobis minimè est ostensum.

DE INVOCATIONE Sanctorum in cœlo,& quæ mala occasione promotionis ipsius in populo oriuntur.

CAPVT. XX.

De invocatione Sanctorum.

IAM RESTAT circa alium punctum,in quo à nobis adversantibus discrepamus, videlicet invocatione Sanctorum nostram enodare intentionẽ,quam quidam ex Magistris Pragensibus pro fidei articulo magna cum diligentia prædicant publicè promoventes, quòd Sancti exuti corpore,sunt a nobis viatoribus, modo quo communiter Sacerdotes & alij populares ex eorum instructione consueverunt ipsis injungentes ieiunia, orationes,incensa,oblationes, &c. pro suffragio & intercessione necessariò invocandi. Per quam invocationem & ipsius in populo authorisationem & magnificationem populus ex eo carnaliter & erroneè de Deo,& Sanctis sentire videbitur, ut in parte hujus secunda specificabitur.

Quod

QVOD detestandum & summopere fugiendum est, de qua Sanctorum invocatione locuturi, primo & ante omnia supponimus, *quid nominis, invocationis*, illud videlicet, quòd exēplū de his qui filij sunt, legitur capitulo per venerabilem. In novella per IOANNEM ANDRÆ *scribitur*, Invocare est ipsius desiderium ex tota anima & mente ad solum Deum in oratione per vocem emittere. Hæc ille. *Et illud Doctoris Euangelici in Epistola : Corde creditur ad iustitiam. Invocare est creatorem secundum charitatem vocare in animo Deum suum, & isto modo Christus invocavit Patrem suum quotidiè, nec dubium est, quin si quis sic invocat pro suo tempore, erit salvus.* Hæc ille. *Et illud Dictionarij: Invocatio nihil aliud est quàm instans & diligens vocatio, oratio & supplicatio. Et habet fieri erga illum, à quo auxilium expectatur, sicut est Deus, qui procul dubio semper est in necessitatibus invocandus, Psal. In tribulatione mea invocavi Dominum. Ideò Ionæ in periculo existenti dictum est: Quid tu sopore deprimeris, surge & invoca Dominum tuum.* Hæc ille. I

Definitio Invocationis.

II

SVPPONIMVS *secundò, quòd homo Christus est unus mediator Dei & hominū 1. Tim. 2. & advocatus apud Patrem, propitiatioque pro peccatis nostris, 1. Ioan. 2. Accedens per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis Heb. 7. & ostium, per quod si quis introierit, salvabitur, Ioan. 10. Et nemo venit ad Patrem nisi per eum Ioan. 14. Qui facit pro quocunq; quis petierit Patrem in nomine suo. Ibidem. Et dat omnibus affluenter. Iac. 1. imò priusquàm moneatur quodammodo se ingerens, stat ad ostium & pulsat ut ei aperiatur, Apoc. 3.*

Christus est unicus Mediator.

III

SVPPONIMVS tertiò, quòd Sancti non sunt nobis relicti ad cultum, sed ad imitationem,

sicut ad hoc significandum Petrvs non permisit se à *Cornelio* adorari, *Act. 10*: & *Ioanne Angelus Apocalultimo.* & *Apostol dixit : Imitatores mei estote fratres sicut & ego Christi*, 1. Cor. 11. *observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Phil. 3.* Et pro illo est Aug. in de vera religione, sic, scribens: *Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum. Quia si piè vixerunt, non sic habentur, ut tales quærant honores. Sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante lætantur, meriti sui nos esse consortes. Honorandi sunt ergò, propter imitationem, non adorandi propter religionem.* Hæc ille.

Sancti imitandi, non invocandi sunt.

Istis præsuppositis dicimus, quòd nullus homo alius à Christo, corpore exutus, est certus & verus mediator Dei & hominum, aut advocatus, vel interpellator pro peccatoribus apud Patrem, pro illa interpellatione à viatoribus necessariò invocandus, quia secundum Apostolum *ad Heb. 7.* Christus ad hoc iureiurando Sacerdotium *suscepit ut interpellet*, & oret pro humano genere, quod per suam mortem reconciliavit, & est unicus & solus mediator Dei & hominum, aut advocatus seu interpellator pro peccatoribus in cœlo apud Patrem, ita sufficiens, quòd nullum, Patrem in suo nomine petentem, negligit, nec orans repellitur, sed *pro sua reverentia pro his, pro quibus oravit, exauditur, Heb. 5. Quia accedens per semet ipsum ad Deum semper vivens ad interpellandum pro nobis est, sanctus, innocens, impollutus, segregatus, à peccatoribus excelsior cœlis factus & filius primogenitus Patris, Heb. 7.* Qui unicus ex omnibus, hominibusr ibi existentibus habet ius & authoritatem alios sanctificandi orandiq; seu interpellandi pro eis, sicut hoc patere potest ex authoritati-

tatibus ſcripturæ in ſecunda ſuppoſitione huius ıateriæ allegatis,& authoritatibus ſanctorum doctorum hîc inferius immediatè ſubſcriptis.

SCRIBIT enim primò *Auguſt. in* Pſal.64. de Chriſto:*Tu Sacerdos, tu victima,tu oblator, tu oblatio ɔſe Sacerdos eſt,qui nunc ingreſſus interiora veli, ſolus ɔi exiſtens,qui carnem guſtaverunt, interpellat pro nobis.In cuius rei figura in illo primo populo,& in illo priɔo templo, unus Sacerdos ſolus intrabat in Sancta ſanctorum. Populus omnis foràs ſtabat, & ille, qui ſolus ıgrediebatur interiora veli,offerebat ſacrificium, popuɔ foris ſtante.* Hæc ille.

IDEM in *Pſal.45.ſuper verbo:Deus refugium noſtrum & virtus,multæ ſunt tribulationes,ſed in omnib. ribulationibus ad Dominum confugiendum eſt,ſive ſit ribulatio in familiari re,ſive ſit in ſalute corporis, ſive le periculo chariſſimorum,ſive de aliqua read huius vitæ ıſtentaculum neceſſaria, imò aliud refugium non debet ɔſſe Chriſtiano,quàm ſalvator eius,quàm Deus eius,quò ɔũ confugerit fortis ſit.* Hæc ille.*Idẽ Pſal.110.ſuper verɔo:Tu es Sacerdos in æternum,ſcribit: Quid agit, qui eſt ın dextera Dei,interpellans pro nobis tanquam Sacerdos, ıntrans in in teriora veli,in Sancta ſanctorum, in ſecreta cœlorum,ille ſolus non habens peccatũ,& ille facile mundans à peccatis.* Hæc ille. *Idem ſuper Ioan Omel 22.ſuper* illo verbo:*fugit in montem ipſe ſolus,* ſic ſcribit: *Primogenitus,à mortuis aſcendit ſupra omnes cœlos, & interpellat pro nobis,interea illo ſurſum poſito ſolo Sacerdote magno,qui intravit in interiora veli,foris populo cõſtituto,Hunc enim Sacerdos ille in lege veteri, quòd hoc ſemel in anno faciebat,ſignificabat.&c* Hæc ille.*Idem in Pſal.9.ſuper verbo, miſerere mei Deus, vide humilitatem de inimicis,* ſic ſcribit:*Quare non dixit, miſerere noſtri Domini, vid ehumilitatem noſtrã, ab inimi-*

cis noſtris tanquã multi pauperes clament, ſed tanquam unus, miſerere mei Domine, an *quia unus interpellat pro* ſanctis, qui prius pro nobis pauper factus, cùm eſſet dives. Iſtæ omnes authoritates B. Auguſt. ad hoc ſonare videntur, quod Chriſtus ſolus in cœlo exiſtens de numero eorum, qui carnem geſtaverunt, interpellat pro nobis, & quod hoc rectè figuratum fuit in illo Sacerdote magno, qui ſolus intrans in Sancta ſanctorum offerebat ſacrificium pro populo, de quo habetur Levit. 16. Et non ſolùm Aug de Chriſto hoc ſentẽtiat, ſed & alij cõmuniter hũc textũ prædictũ de Sacerdote magno poſtillãtes, hoc videntur inculcare: unde Orig. Omel. 9. ſup Levi. tractãs eũdẽ textum inter cætera applicãs hiſtoriã ad Chriſtum ſcribit: *Si cõſiderẽ verum Pontificem meum, Dominum Ieſũ Chriſtũ, quomodo in carne quidẽ poſitus per totum annũ erat cum populo, annũ illũ de quo ipſe dicit: Euangelizare pauperib. miſit me, & vocare annum Domini acceptum & diẽ remiſſionis, adverte quomodo ſemel in iſto anno in die repropitiationis, intrat in Sãcta ſãctorũ, hoc eſt cum impleta diſpenſatione penetrat cœlos, & intrat ad Patrẽ, ut eũ propitiũ humano generi faciat, ac exoret pro omnib. credẽtib. in ſe. Hãc repropitiationẽ eius, qua hominib. repropiciat Patrem, ſciens Ioannes Apoſtol. dicit: Hoc dico filioli, ut nõ pecemus, quod & ſi peccaverimus advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum, iuſtum, & ipſe eſt repropitiatio pro peccatis noſtris. Sed & Paul. cùm dicit de Chriſto: Quem Deus poſuit propitiationem in ſanguine eius per fidem: & ideò dies propitiationis manet nobis, uſq; quo occidat ſol, id eſt, uſq; quo finem mundus accipiat, ſtamus enim nos præ foribus, operientes Pontificem noſtrũ, commorantem intra Sanctuarium, id eſt, apud Patrẽ, & orantẽ pro peccatis eorum, qui ſe expectant.* Hæc ille.

pro

ro eodem est & *Beda*, qui super illo *Lucæ: Zachari-
secundum consuetudinẽ sacrificij sorte exijt, ut incẽsum
neret*, ita scribit: *Incensum in Sancta sanctorum à Pon-
fice deferri expectante foris templum omni populo, deci-
a die decimi mensis est iussum, & hanc diem expiationis
ve propiciationis vocabant, cuius diei mysterium Apo-
olus ad Hebreos pandens: Iesum ostendit Pontificem es-
verum, qui in sanguine proprio secreta cœli subijt, ut
opitium nobis faceret Patrem, & interpellaret pro pec-
tis eorũ, qui adhuc pra forib. orantes expectant.* Hæc
le.

AMBROSIVS *super eodem textu ita scribit: Hic
item ille summus Sacerdos, qui adhuc sorte queri-
r, quia verus adhuc ignoratur; qui enim sorte eligi-
r, humano iudicio non comprehenditur. Ille ergò que-
batur verus in æternum Sacerdos, qui non hostiarum
uore, sed proprio, Deum Patrem generi reconciliaret hu-
ano, & tunc quidem vices erant, nunc autem est per-
tuitas.* Hæc ille.

PRO eodem est *Hugo super Lucam*, qui mysti-
ins introitum Zachariæ in templum Domini, ita
ribit: *Per ingressum* Zachariæ in Sancta sanctorum
gnificatur ingressus Christi in cœlum. Si-
ut enim summus Sacerdos intravit in Sancta
nctorum, ut interpellaret pro populo foris stan-
;, sic Christus impletis omnibus intravit in cœ-
im, ut interpellet pro nobis Patrem, adhuc stan-
bus foris, unde ad Heb. 9. Non in manufacta
ncta intravit Iesus exemplaria verorum, sed in
ɔsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei *pro no-
is*, Hæc ille.

EX quibus authoritatibus benè pensatis po-
est quilibet cognoscere, quòd solus Christus in-
er eos qui carnem gestaverunt existens, in patria,

est

est certus & verus mediator Dei & hominum, aut advocatus seu interpellator pro peccatoribus apud Patrẽ & sufficiens ut pro omni usque in finẽ mundi accipiat, imò si aliquid à Trinitate concedi debeat per orationem alicuius, solum Christum Iesum oportet mediare, ut potest cognosci ex authoritatibus Sanctorum infra scriptis.

SCRIBIT enim *Gregorius libro 22. moralium*, tractans illud *Iobi 31. Quis mihi tribuat adiutorem, ut ipse desiderium meum audiat*, Isto modo, *B. vir post quam tot virtutum suarum sublimia narravit gesta, sciens quod suis meritis ad summa pervenire nequeat, adiutorem quærit, & quem nimirum, nisi unigenitum Dei filium contemplatur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem adiuvit.* Infra. *hunc ergò B. Iob per totius Ecclesiæ significationem loquens, mediatorem requirit, Quod cùm dixisset, quis mihi tribuat adiutorē à parte subdit, ut desiderium meum ipse audiat. Sciebat quippe quod ad liberationis æterne requiem humane preces, nisi per advocatum suum audiri non possent. De quo per Ioannem Apostolum dicitur: Si quis peccavit advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam totius mundi, de quo Paulus Apostolus dicit: Christus Iesus qui mortuus est pro nobis, imò & resurrexit, qui est in dextra Dei, qui etiam interpellat pro nobis, & infra proposítum, subdit. Aditor ergò quæritur, ut desiderium exaudiatur, quia pro nobis nisi interpellatio mediatoris intercederet, ab aure Dei procul dubio nostrarum precum voces silerent.* Hæc ille.

ECCE quod iste sanctus dicit, quòd humanæ preces non nisi per advocatum Iesum Christum, audiri

diri non possunt, & quia nisi interpellatio eius o nobis intercederet ab aure Dei, procul du- o nostrarum vocum preces silerent. Pro eodem : & *Remigius super illo ad Eph. 2. Quin per ipsum bemus accessum*, &c. qui ita scribit: *Per ipsum* ac- dimus ad Deum patrem, quia ipse est mediator ster, pro eo quod homo Deus, & per illum pre- s nostras ad Deum dirigimus, & per illum intro- icimur in conspectũ eius, sicut ipse dicit: Nemo nit ad patrem, nisi *per me*. Hæc illæ. *idẽ supra Heb. 7 cedens per semetipsum ad Deum, semper vivens ad in- pellandum pro nobis*, ita scribit, *nos qui puri* homi- es sumus, per illum accedimus ad Deum Patrem, ia mediator noster existens Dei vultui assistit o nobis, dirigens per illum preces nostras ad atrem, unde sacerdotes Ecclesiæ altari assistẽtes icunt: Suscipe domine pater preces populi tui er dominum nostrum Iesum Christum filium um, & quia semper vivit, semper interpellat pro obis Hæc ille. *Glossa* ibidem, secundum aliam li- ram, *potest salvare*, quos? accedentes ad Deum, on per aliũ, sed per seipsum, secundum quod ipse it: Nemo venit ad patrem, nisi *per me*, Hæc ibi.

PRO eodem est *& Chrysost. super illo, Io. 16.* & n *illa die me non rogabitis quicquam, qui* sic scribit, d est, non indigebitis mediatore ad interpellan- lum, sed sufficit nomen meum, quod invocantes mnia accipietis. Hæc ille. Istæ autoritates omnes ad hoc sonant, quod humanæ preces nõ sortiuntur effectum nisi per advocatum Iesum. Hinc adhuc ad maiorẽ confirmationem horũ. *Doctor Euangeli- us in suo trialogo* scribit, *Certum est* ex fide, quod o- portet mediatorẽ dei et hominum Iesum Christũ si aliquid à Trinitate concedi debeat, per orationẽ

cuius

cuiuscunque mediare, cũ ex fide à quocunq; catholico cõcedi debeat, quod humanũ genus perpetuo damnaretur, si non Samaritanus iste curã eius gessisset, ut notat Euangeliũ Lu. 10. & hinc *inquit multi probabiliter existimant, quod foret expediens Christum inter homines simpliciter adorari, quia ipse est mediator & intercessor optimus, paratissimus, quò ad utrumq; extremum, & benignissimus ratione charitatis & misericordiæ infinitæ. Stultus ergò foret, qui alium intercessorẽ requireret, Christus.* n. semp vivens apud Patrẽ ad interpellandũ pro nobis est paratissimus, illapsus in mentem, cuiuslibet viatoris, qui ipsum dilexit, *unde non oportet ad captandum eius colloquium sanctos alios mediare, cùm sit benignior & pronior ad iuvandum, quàm aliquis eorum. & moveret, quod mens viatoris ex multitudine quos orat beatorum dispergitur, cùm affectio à Christo laxatur, eò quod tantùm sit finita, & per consequens remittitur, cùm sit in plures sic dispersa, & multis, inquit, videtur, quando oratio singulariter directa fuerit ad illam personam mediam pro adiutorio spirituali, tunc plus profecit & Ecclesia crevit, quàm facit modò multis intercessoribus adinventis.* Hæc ille.

I Ex cuius eximij Doctoris verbis patent plura. Primò, quòd nisi per mediatorem Christũ nihil impetratur à Deo.

II SECVNDO, quod secundum probabilem existimationem plurimum expediens est, Christum simpliciter inter homines adorari, quia est mediator & interceſſor optimus benignissimusque quoad utrumque extremum.

III TERTIO, quòd non oportet ad captandum eius colloquium, Sanctos alios mediare, cum est pronior ad iuvandum, quàm aliquis eorum, & est ad

t ad hæc à Deo constitutus, ut per eum inter-
ssio transeat, qui magis est misericors, quàm a-
, melius noscens omnes indigentias hominum
iàm alij: & cui maior cura est de genere huma-
o, quàm alijs, quia pro quibus iustum est interce-
re, pro illis ipse sanguinem suum fudit, quo-
m nunquam obliviscitur, habens eos descri-
os in manibus suis, & pectore. III

QVARTO tangit, quod stultus foret ex hoc,
ii alium intercessorem quæreret, & relicto isto
rto & vero, incertos requireret. V

QVINTO tangit, quod quondam in Ecclesia
imitiva singulariter oratio directa fuit, ad illam VI
rsonam mediam pro adiutorio spirituali.

ET SEXTO, quando sic fuit, quod pro tunc
us profecit & crevit Ecclesia, quàm facit modò
ultis intercessionibus adinventis, quæ sunt qua-
nubes sine aqua, solem iustitiæ Christum ve-
im intercessorem, eclipsantes, & veram spem:
unã autẽ spem, pluviam spiritualis adiutorij ex-
ectantibus, relinquentes. Ista Christi intercess-
o & interpellatio, de qua iam longus sermo præ-
ssit, sic debet promoveri & magnificari, quasi
rta & vera & à Deo ordinata, quem Apostoli
locis commemorant, qui cum sit iustus, vo-
s existentibus impotentibus & insufficienti-
us, ex se ipse est propitius, tam activè, quàm pas-
vè, pro peccatis nostris. Nam ipse seipsum obtu-
t pro redemptione nostra, & fuit hostia, per
iam est propiciatio facta. 1. Ioh. 5. *Misit filium*
um propiciationem pro peccatis nostris, & sic re-
iedium contra peccatum, ne cadamus in despe-
tionem, est, confugere ad Christum, patro-
um causarum nostrarum, qui iugiter tuetur
causam

cauſam noſtram interpellando Patrem pro nobis, quem nedum advocatum habemus, ſed & iudicem. *Quia omne iudicium dedit pater filio, Io. 5.* & per conſequens magna ſpes pœnitentibus eſt, quod advocatus noſter factus eſt iudex noſter. Iſta eſt fides fundata in Chriſto, tanquam firma petra, in qua cœtus Apoſtolorum ſemper rectè ſtetit, donec homo peccati non accepit poteſtatem, & novas Sanctorum non introduxit interceſſiones, quam omnes Sancti alij à Chriſto corpore exuti hîc exiſtentes tenuerunt, & hodie confitentur, quod non aliunde niſi per oblationem & interceſſionem ipſius ſunt ſalvati, & ad regna pervenerunt cœleſtia, quando dicunt illud *Apoc. 5. Dignus es Domine Deus accipere librum & ſolvere ſignacula eius & aperire eum quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes*, Ecce adhuc in terra reſonat eorum humilitas & gratitudo, quando recognoſcunt ſe in ſanguine ipſius, illuc ingreſſos, & quicquid boni habent totum per ipſum ſe habere confitentur, quod & de omnibus hîc exiſtentibus tenent, quod ſcilicet non adipiſcuntur aliquod bonum, niſi per ipſum optimum mediatorem & interceſſorem.

SANCTI CORPORE DEfuncti, non ſunt veri Advocati aut ſanctificatores noſtri.

CAPVT, XXI.

CVM ergò Christus solus & unicus in cœlo existens, de numero eorum, qui carnem gestaverunt, sit certus & verus advocatus & interpellator, habens ius & autoritatem sanctificandi alios pro alijsque orandi & interpellandi & nullus alius ab ipso est, qui ab officio à Deo sibi dato, alios possit sanctificare, & pro eis interpellare, qui necessariò pro ista interpellatione esset invocandus & orandus, relinquitur quod sancti corpore exuti, alij à Christo, qui carnem gestaverunt, non sunt certi & veri advocati, intercessores aut interpellatores dicendi, quos viantes debeant pro tali intercessione necessariò invocare. Prima pars patet ex sententia prædictarum autoritatum sanctorũ Doctorum, in cap. præcedenti adductarum, veraciter se in lege fundantium. Secunda autẽ pars patet primo ex isto, quia ex nulla proportione S. scripturæ sequitur inevitabiliter, quod sancti corpore exuti alij à Christo, qui carnẽ gestaverunt, sint certi & veri advocati, & intercessores, & interpellatores, quos viantes debeant pro tali intercessione necessariò invocare. Nec ipsum datum, est primarium significatum alicuius partis S. scripturæ, quod aliquis sanctorum hìc existens, unquã orasset alium sanctum mortuum, corpore exutum, sed semper & ubique lex nova sive vetus, ubi aliquid loquitur de oratione, ipsã docens, semper docet seu præcipit, ut solus Deus oretur, sicut hoc confirmat Christus *Matt. 4. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies.* Si enim adoratio vel oratio saltem propriè dicta, aliquo iure alteri competeret, non diceret Christus: *Et illi soli servies.* Ergò Sancti corpore exuti & alij à Christo non sunt certi & veri advocati, intercessores, vel interpel-

terpellatores dicẽdi, quos viãtes debeãt pro tali intercessione necessariò invocare, q̃ fuit probandũ.

SECVNDO hoc idem patet ex isto. Si Sancti corpore exuti, alij à Christo, de numero eorum, qui carnem gestaverunt, essent certi & veri advocati & intercessores aut interpellatores dicendi, quos viantes debeant pro illo necessario invocare, tunc ex fide scripturæ deberet ostendi, quod ipsi sint medium à Deo ordinatum & sufficiens, ad hoc quantum est ex parte Dei & hominum indigentium, ut semper sint parati audire preces nostras, habentes ad hoc sufficientiam pietatis, ut omnibus suis oratoribus possint sine defectu propitiari, & quod habeant cognitionem concernentem medium, id est, quod æqualiter participat de utroque extremorũ, scientes quid hîc & alibi sit necessarium, & quod Deus velit pro parte sua, ut sic pro illis intercedant, sed quia hoc non videtur dicendum, cum secundum Apostolum 1. Timot. 2, unus est mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui passus est pro salute omnium, cuius testimonium confirmatum est temporibus suis, quia à tempore veteris testamẽti confirmatum est per Prophetas, eius adventum prænuntiantes, & pro tempore novi testamenti, post ipsius & Apostolorum prædicationem, miraculis confirmatum. Et illud medium nemo esse potest, nisi fuerit Deus & homo, sicut patet ex authoritatibus infra scriptis. Scribit enim Augustinus lib. 10. confess. cap. 42. Mediator inter Deum & hominem, oportebat, ut aliquid haberet simile Deo, aliquid simile hominibus, ne in utroque hominibus similis, longe esset a Deo, aut in utroque Deo similis, longe esset ab hominibus,

minibus,& ita mediator non esset. Hæc ille. Pro eodem est & idem Augustin Psalmo 133. super illa verba: *Psallite nomini eius, quoniam suauis est. Et Remigius super eodem verbo Apostoli: Mediator Dei & hominum. Homo Christus Iesus.* Quorum hîc verba ponere brevitatis causa omisimus. Ex iam dictis potest cognosci, quod Apostoli Christi, non se nec alios puros homines exutos à corpore, mediatores Dei & hominum, aut advocatos aut interpellatores pro peccatoribus apud Patrem vocaverunt, sed Christum Iesum, ut patet ex authoritatibus scripturæ, & sanctorum Doctorum sententijs, se in fide scripturæ veraciter fundantium, iam suprà allegatis. Et hoc tenentes non ex hoc erunt hæretici nec schismatici, sicut in huius rei signum & confirmationem præcedentium, notanter apparere potuit ex ista authoritate. B. Augustini infrà scripta. Scribit enim sermone primo super Epistola Iohannis, super illo verbo, 1. *Ioh. 2, Advocatum habemus* hoc modo iste vir iustus *& magnus, qui de pectore Domini mysteriorũ secreta bibebat, Ille qui de pectore Domini diuinitatem eructavit. In principio erat verbum, &c. Christum advocatum posuit, non se, & maluit se ponere in numero peccatorum, ut haberet advocatum Christum, quã ponere se advocatum pro Christo. i. loco Christi,* & infra subdit *hoc qui tenuit hæresin non fecit.* Inde n. schisma factum est, cùm dicunt homines, nos iusti sumus, cùm dicunt homines, nos sanctificamus immundos, nos instificamus impios, nos petimus, nos impetramus, Ioannes autẽ dixit: Etsi quis peccaverit, advocatum habemus Christum Iesũ iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, hæc ille. In quibus verbis B. Au-

guſt.volens oſtendere unum eſſe & ſufficientem advocatum Chriſtum Ieſum,pro omnibus qui egent gratia Dei,commendat Ioannem Apoſtolũ ex eo,quod exiſtens vir iuſtus & magnus, & cui Deus multa præ alijs revelavit, ab humilitate nõ excidit,ſed ex illa,in numero ſe ponens peccatorũ, non ſe,ſed Chriſtum pro ſe alijs advocatum confitetur,& in hoc quod dicit, cum de pectore Domini myſteriorũ ſecreta biberat,dat intelligẽdũ,quod Ioh.benè intellexit officiũ Chriſti,in quo Deus ipſum conſtituerat ad ſenſum prius expoſitum,quod ipſe & alij tunc ſpiritu Ieſu abundantes habuerunt,credẽtes & tenẽtes, quod *omnes peccaverunt,& omnes egent gratia Dei* &,quod niſi unus ex omnibus eſt,qui omnes ſanctificat, & illi, qui ſanctificantur locum ſanctificantis tenere non poſſunt. Chriſtum aũt ſemper confiteri debẽt.*Sempiternum habere ſacerdotium,& ſaluare in perpetuum poſſe,paratum ſemper ad interpellãdum pro his, qui per eũ ſanctificãtur*,& ideò Ioãnes noluit nomẽ advocati vel interpellatoris induere: Cum enim ſciret ſanctos omnes hoc credere & tenere, quod per orationem & oblationẽ Chriſti ſunt ſaluati, non eſt poſſibile, quod pervenientes illuc per ipſum* ſuum quod eos nõ concernit,ſibi uſurpent officium,ex ſuperbia.Hoc facere non poſſunt,nec ex officio,quia ſciunt eſſe alterius, nec ex neceſſitate,quia Chriſtus pontifex futurorum bonorum melius ſupplet indigentias omniũ,quàm omnes alij Sancti,ſanctificãs quẽlibet in ſe credẽtem, & impetrans cuilibet neceſſarium ſibi quo indiget,& per conſequens non eſt poſſibile, quod ex aliqua arrogantia ſancti uſurpent ſibi officium Domini ſui,ſed eandem humilitatem quam hîc habue-

* id eſt, ipſius.

habuerunt,habent, & gratitudinem eius beneficij,quod videlicet mediante eius interceſſione illuc pervenerunt,ſemper oſtendunt. Ex quo Ioannes Apoſtolus ex teſtimonio Auguſt.prædicto,ex humilitate & verà cognitione declinavit, ſe ponere advocatum pro Chriſto,datur intelligi,quod iſta via interceſſionis ſanctorum, quam Magiſtri promovent,non proceſſit ex humilitate & vera cognitione Chriſti, unici,certi,& veri advocati, ſed ex cæca ſuperbia. Et ex illo per conſequens videtur ſequi,quod qui auſus fuit ſe ponere advocatum pro alijs,aut jus omne alijs Sanctis ut advocati neceſſariò invocandi ſint pro peccatoribus, tradidit,cæcus & ſuperbus fuit,non habens veram cognitionem de uno, certo & vero advocato Chriſto,quod Ioannes Apoſtolus non fecit,ex dicto teſtimonio Auguſt. Vlterius ex verbis præmiſſis Auguſtini elicitur,quod qui tenet vel tenuit,unum eſſe certum & ſufficientem advocatum Chriſtum,ille non tenet nec tenuit hæreſim, nec ſchiſma fecit aut facit: ſed *ab inde* veniunt & venerunt ſchiſmata, quando aliqui tenuerunt aut tenent plures eſſe advocatos, aut mediatores, inter Deum & homines, & quando officium unius certi & veri advocati Chriſti ſibi uſurpantes dicunt,nos iuſti ſumus,nos ſãctificamus immundos,nos iuſtificamus impios,nos petimus, nos impetramus per hoc occaſionem ſchiſmatis præſtiterunt,ut illi Chriſtum & alij Sanctos reſpiciant,& illi unum ſanctum quem æſtimant ſanctiorem & alij alium attendant. Qua ex re poſtmodum variæ Sectæ in fide ſuccreverunt, & variæ religiones introductæ ſunt,ex hoc, cùm ſpirituales ſic infideliter ſuas & aliorũ magnificarunt orationes.

CIRCA INVOCATIONEM Sanctorum finalis noſtra intentio.

CAPVT. XXII.

ISTA omnia nos penſantes & advertentes, & præſertim ex ſuppoſitione prima huius materiæ percipientes ex communi ſententia Doctorum, quod invocatio ſive oratio, ſaltem propriè dicta, eſt cultus ſoli Deo exhibendus, & non videntes expreſſam ſcripturam legis ſub æterna damnatione obligantem, ad tenendum pro fidei articulo, quod Sancti exuti corpore à fidelibus hîc viantibus, pro ſuffragio & interceſſione neceſſariò ſunt orandi aut invocandi modo, quod communiter Sacerdotes & alij ſpirituales ex eorum inſtructione conſueverunt, nec videntes Apoſtolos nobis aliquod de hoc expreſſum tradidiſſe vel reliquiſſe documentum, nec exemplum ad hoc habentes alicuius Sancti, in nova lege vel veteri canonizati, qui ſic in oratione Sanctos in cœlis exiſtentes invocet, vel Eccleſiam primitivam Euangelio converſantem, cuius rectores fuerunt Apoſtoli, aliquid de tali invocatione præcepiſſe aut inſtitutiſſe, cùm Gregorius primus primùm legitur inſtituiſſe, fieri invocationes, notantesque populum in his in magna ſuperſtitione & periſidia laborare continvo, ea intentione Sanctos non oramus nec invocamus, nec ſuffragia eorum ab ipſis poſtulamus, ne cultum ſoli Deo debitum ipſis impendamus, quamvis, ſicut docet eos ſecunda ſuppoſitio noſtra huius materiæ, dicamus honorandos & imitandos. Suffragia autem Sanctorum non negamus, quibus pro

Suffragia Sanctorum quatenus fiant petenda.

capacitate

capacitate ſuffragantur hominibus, in Eccleſia militante, nec ea aſſerimus à Deo nullatenus poſtulanda, exemplo David, qui, ut canit Eccleſia, orabat Deum dicens: *Participem me fac Deus omnium timentium te & cuſtodientium mandata tua*, & Deum ſpiritualiter diciimus invocandum, ut orationes ſanctorum inter nos ſuſcitet, quibus ſancti hîc exiſtentes orabant Deum, iuxta illud Eccl. 36. Suſcita precationes quas locuti ſũt in nomine tuo Prophetæ priores. Scimus.n. quod ſancti, qui ſunt in Eccleſia triumphante, affectum habent bonum ad nos, in quantum nobis unum cum ipſis exiſtentibus, nos ſine illis & ipſi ſine nobis, conſumatam non conſequuntur beatitudinẽ, cum ipſi uſq; ad ultimam reſurrectionem non habeant ex parte illa cõſummatam beatitudinẽ, cùm careant corporibus ſuis, quibus habitis gloria in eis erit conſumata, nec etiam ea parte illa adhuc habent conſummatam gloriam, quando nõdum omnes ſunt ſimul, qui ſalvandi ſunt, unũ enim corpus eſt, quod iuſtificari expectatur & quod reſurgere dicitur in iudicio. Licet enim ſint multa membra, unum tamen corpus, quibus illuc omnibus ſimul exiſtentibus cuilibet exaugebitur lætitia, quando quilibet lætitiæ & meriti alterius particeps fiat, ut compleatur, quod veritas dicit, Ioh. 4. *Videte regiones, quia albæ iam ſunt ad meſſem, & qui metit, mercedem accipit, & qui congregat fructum in vitam æternã, ut & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit*, iſtius confirmationem & probationem, ulterius ſi quis vult habere, legat *Origenem Omel. 7. ſuper* Levit. ubi tractans illud Chriſti verbum quò dicit: *Amen dico vobis, quia non bibam de germine vitis huius, donec illud bibam*

vobiſcum novum in regno patris mei, Sententiat non ſolùm de Sanctis, ſed & de Chriſto capite, quia nondum conſummatam habent beatitudinem, fundans in illo verbo Apoſtoli ad Hebræos 11. Qui cùm enumeraſſet omnes ſanctos patres, qui per fidem iuſtificati ſunt, addit poſt omnia etiam hoc, *Sed iſti, inquit, omnes teſtimonium habentes per fidem, nondum aſſecuti ſunt repromiſſionem, Deo pro nobis aliud providente, ut ne ſine nobis perfectionem conſequantur.* Quantum ergò hoc bonum ſancti de corpore exuti deſiderant, tantum bonum nobis affectant. Quod ſi eis aliquid ſpiritualiter de nobis aliquando revelatum ſit, hoc neque negamus neq; affirmamus, Dei diſpenſationi committentes. Penes hoc & de eorum ſuffragijs tenemus, quod pro capacitate & diſpenſatione hominum hîc exiſtentium ipſis poſſunt ſuffragari & ſuffragantur: Exempla enim eorum qui attenderet, ſcriptaque intelligeret, ad bonum ei ſuffragarentur. Cogitans etiam de eorum felici ſtatu, quem poſt præſentes miſerias adepti ſunt, poſſet in bono tantum roborari & accendi, quod nihil poſſet eũ à veritate & juſticia retrahere aut ſeparare. De quib. ſuffragijs ſanctorum *Orig. Omel. 3. ſup Ioſuæ tractans illud Num. 12.* Quomodo Moſes hæreditatẽ terræ diſtribuit trãs Iordanem duab. ſummis Tribub. pactũ iniens cũ illis, ut relictis mulierib, & infantib. ſuis in illa terra trãs Iordanem, ipſi cũ fratribus ſuis pugnẽt, uſq; quo etiam ipſi hæreditatem conſequantur, ita ſcribit:

VIDE *mihi, hodie laboranti in agone vitæ huius, & habenti certamem adverſus inimicos, id eſt, contrarias poteſtates, quomodo in auxilium veniunt illi, qui ante adventum Domini noſtri Ieſu Chriſti in lege juſtificati ſunt.*

sunt. Vide, quomodo Esaias mihi auxilium præstat, cum me sermonibus suæ lectionis illuminat. Vide accinctam, & expeditum venientem Ieremiam ad auxilium nostrũ & voluminis sui iaculis hostes accerrimos, & cordis mei tenebras effugantem. Accingitur & Daniel ad auxilium nostrum, cùm nos de Christi præsentia à regno, & de Antichristi futura fraude instruit & præmonet, Adest & Exechiel, sacramenta nobis cœlestia in quadriformibus rotarum circulis signans, & rotam conludens in rota. Ducit & Ose bissenas prophetici agminis turmas, & procedunt omnes succincti lumbos in veritate, quam prædicant ad auxilium fratrum suorum, ut eorum voluminibus instructi, diabolicas non ignoremus astutias. Hæc ille. Ista sũt suffragia sanctorum certa, quæ nos non negamus, pro quibus non tantùm magistri sollicitantur, nec tantùm ad illa populum hortantur, quantum ad suffragia eorum incerta & de novo frabricata, quæ non possunt veraciter doceri ex scriptura. Ideò in quantum eam partem, ex qua non transit nobis ad illos suffragium, ibidem Origenes subdit: Infantes autem & mulieres non exeunt ad prælium nostrum, nec mirum, Infans enim dicitur, qui non loquitur. Quid ergò juvare me potuit, qui nihil locutus est, cuius nihil invenio quod legam, cuius sermo me non instruit, Mulieres verò dicit Apostolus infirmum vas esse, vide & consequenter, infirmum vas ad conflictum non venit, ne confringatur & pereat. Sic namq; de Dominò Iesu Christo in Euangelio dicitur: Quia calamum quassatum non confringet Quia ergò mulieres à viris suis domi doceri jubentur, & magis in discipulorum, quàm docentium persona ponuntur ad auxilium meum non venit, qui me docere

non poteſt, & eius nihil invenio,quòd imitari debeam vel tenere.Hæc ille. Ex cuius verbis patet, quàm infundabiliter Magiſtri cum multis,qui in Canone ponuntur,participium ſe habere petunt, & eorum poſtulant ſuffragium, de quorum beatitudine certificari nõ poſſumus ex ſcriptura,& quorum nihil invenimus,quod legimus aut imitari debeamus.

DISCVSSIO ET EXAMINATIO ſcriptorum M. Ioannis Rokenzanæ,qui nomine ſuo & aliorum ſibi adhærentium, contra nos comportavit,& ad ipſa noſtra reſponſio.

Hic incipit ſecunda Pars.

CAPVT. XXIII.

Tranſitio.

PRÆMISSA Catholica declaratione cauſæ noſtræ,& eiuſdem legi Dei ſanctorũ & Doctorum ſententijs ſe in eadem veraciter fundantium munitione , iam ad ſecundum principale manus mittimus , in quo iuxta præmiſſa in principio reſtat nobis aggredi ſcriptum Magiſtri Ioannis Rokenzanæ , & ſibi adhærentium quæ contra noſtram Catholicam poſitionem explanationemque cauſæ noſtræ ſpiſſè videntu multiplicare,culpis cum hoc nobis per eum obiectis ſatisfacientes , & ad ipſas reſpondentes

Ordo ſecundi libri.

Quia autem ſummariè præfatus M. Ioannes in toto ſuo ſcripto tria puncta movet , prim

enin

nim culpas tunc coram toto auditorio nobis obiectas replicat, Secundò, cum quamlibet earum probare debeat, & lege Domini, sanctorumque Doctorum sententijs se in eadem veraciter fundantium ostendere, quod in omni eo, de quo nos reprehendit, excedamus contra fidem & bonos mores antiquorũ rituũ, quos primi Christiani cũ Apostolis ex doctrina Christi servaverunt, hoc minime facit, sed leviter & ut ita dicamus taliter qualiter punctis causæ nostræ respondet, & puncta sua quæ contra nos promovet fundare nititur, quasnam authoritates scripturarum sacrarum in unũ involuerimus, satis dispendiosa prolixitate comportando, putans, non tantùm prudenti utilitate, quantum tumultuosæ multitudinis verbositate proficere, & undecunque sibi succurrendo etiam ex impertinentibus adiunctis, fabulis quoq; & somnijs incertis fidem cupiens simplicibus *adgignere*, crediturum. Tertiò denique in nos, quo adhoc innocentes, graves calumnias fulminat, blasphemias nobis imponit, ac nominibus pravis nos baptizat, truncationẽ, falsificationemque authoritatum sanctorum falsè & injustè asscribendo. Fortassis ideò hoc agens, ut aliorum criminatione ipse iustus possit esse atque aliorũ maculis purus remanere. Sed cùm opus præcipuũ virtutis sit, vera dicere & hos, qui virtutem impugnant posse revincere, & eorum latibula corã alijs patenter aperire, ideò ut ipsius vibrantis dextrum brachium emarceat, & obstruaturos in nos loquentis iniurias, pro honore Dei & suæ Euangelicæ veritatis, præsupposita nostra in principio nostri scripti præmissa protestatione, Dei adiuti contra illum præsidio, scripta eius

ta eius, quibus videtur contra noſtra poſita militare aggrediemur, iuxta ponentes eius ſcripta, debitas reſponſiones annectemus, ex quibus inefficax labor eius poterit detegi, iniuria quam nobis facit, aperiri, & veritas purior, in cauſa noſtra contenta, eliquaciſſimis ſanctorum dictis amplius confirmari.

DE FVNDAMENTO quod Rokenzana habet pro ſuis ſcriptis.

CAPVT. XXIIII.

Rokenzana nititur Traditionibus Eccleſiæ.

PRIMO convenit examinare fundamentum M. Ioannis Rokenzanæ, ſuper quo totius ipſius ſtat operis ædificium, & conſiſtit fundamentum, quod coram toto auditorio, loco & tempore, quo ſuprà, pro omnibus ſuis in poſt dicendis vel ſcribendis, ſub modo ſuppoſitionis præmiſit, in ſententia ſic dicens: quod Eccleſia ſponſa Chriſti non ſolùm regi debet authoritate ſacræ ſcripturæ, ſed traditione Eccleſiæ univerſalis, & partialibus ſtatutis provincialibus, fundans hoc in dicto *Auguſtini lib. 3. de fide Chriſtiana*, quod ponitur diſtinctione undecima capitulo, *Catholica*. Poſt hoc deſcendit ad quatuor Doctores principales, HIERONIMVM, AVGVSTINVM, AMBROSIVM, GREGORIVM & ad alios, qui ſunt præditi ingenio, exercitati ſtudio, humiles iudicio, & immunes ab affectato vitio, dicens: eos propius & attentius exponere & interpretari ſacram ſcripturam, præcipuè ubi in idem conſentiunt, quàm mille alios modernos expoſi-

expoſitores & tractatores ambitione ſæculi, & veneno Eccleſiæ ac ſimoniaca hæreſi infectos, quos dicit non ſolum modernis expoſitoribus, ſed & Romanis Pontificibus in ſacrarum ſcripturarum expoſitionibus præponi, probans ex illo, quod ponitur *20. diſtinct. Cap. Cardinales*, ſuadēs pro regula habendum & tenendum, quod ubi aliquis Doctorum videtur variam ſententiam, vel oppoſitam & adverſam ponere, quod in his, in quibus concordat cum primævis Doctoribus ſanctis, antiquisque concilijs generalibus legi Dei non obuijs, praxiq; & obſervatione univerſalis Eccleſiæ, magis eſt ſibi credendum, quàm de oppoſito loquentibus: adijciens, quod inter Synodos ſeu conſilia, quæ magnæ ſunt authoritatis, in Eccleſia huiuſmodi regula eſt ſervanda, ut quotieſcunque in geſtis conciliorum diſcors ſententia invenitur, illius concilij magis teneatur ſententia, cuius antiquior & potior extat authoritas, quæ ponitur *50. diſtinct.* ſub authoritate *Iſidori ad Damaſum Papam*, Cap. *Domino ſancto* Ex quibus poteſt quilibet intelligere quod principium & fundamentum ſit omnium, quæ M. Ioannes Rockenzana contra nos promovet, & ubi dum difficultas circa veritatem occurrit, ponat ultimatam reſolutionem, quia in dictis quatuor Doctoribus in idem conſentientibus & conciliis generalibus prædictis, ad quos, & ad dicta concilia ſi in fide orta fuerit diſſenſio, ultimo dicit eſſe recurrendum.

FVNDA.

FVNDAMENTVM, quod ſacerdotes Taborienſes pro ſua cauſa, & omnibus emergentijs ſibi capiunt.

CAPVT XXV.

NOs autem via regia & certiſſima & ſecura cupientes incedere, qua ambulantes non confunduntur in æternum, principium & fundamentum noſtræ cauſæ, & omnium per nos dicendorum vel ſcriptorum, ac ultimatam omnium difficultatum circa veritatem emergentium reſolutionem, ponimus legem Dei, praxin Chriſti & Apoſtolicam, Eccleſiæ primitivæ Concilia Doctoresq; fundantes ſe veraciter in eadem, ſcientes ex prima noſtra ſuppoſitione, Chriſtum eſſe fundamentum totius ſententiæ, quæ pertinet Chriſtiano, cùm ſit primum principium per ſe notum, à quo *fontaliter* accipimus fidem noſtram, & ſcientes ex ſecunda noſtra ſuppoſitione legem ipſius eſſe ſolam ſufficientem ad regimen Eccleſiæ militantis, ultra quam homo non indiget pro ſua viatione ad patriam, addere aliquam novam legem, quæ in ſummo gradu debet eſſe authoritatis, utilitatis, & reverentiæ, ut patet ex conditione ſui legiferi. Defectus enim cuiuslibet legis redundat in conditorem, quod foret blaſphemiam Doctori legis noſtræ imponere, & hîc, quæ dicuntur, ex ipſo capi oportet: Nam oportet fidelem credere Deum eſſe, & pro ſua Eccleſia providere iuxta illud ad Hebreos 11. capite: Accedentem ad Deum

Taboritæ ſola S Scriptura aſſuntur.

ad Deum oportet credere. Quia est, & inquirentibus se remunerator existit. Qui autem credit in Deum, credit, quòd est summè potens, summè sapiens, & benevolus, nec foret remunerator inquirentibus se, nisi provideret suæ Ecclesiæ de lege, quæ est maximè necessaria ad regendum. Quia si Imperatores & capitanei civitatum & communitatum sibi constituunt leges, multò magis iste Imperator universitatis citatæ, instituit legem naturæ, qua gubernatur universitas citata. Et sic rex regum dedit regimen suæ Ecclesiæ, legem scripturæ vel mandatorum. Tertiò idem abbas dedit pusillo suo gregi, scilicet Apostolis, legem consiliorum, & sic cuilibet Hierarchiæ Ecclesiasticæ legem sufficientem, aliter deficeret sponsæ suæ ex impotentia, ex ignorantia vel invidia in maximè necessarijs in regimine, quod non est concedendum. Vlterius descendendo oportet capere leniori fide, quo ad demonstrationem, sed æquè certa, quo ad defensionem, quod lex codicum Ecclesiæ vocata vulgariter scriptura, est lex, quam Deus dedit suæ Ecclesiæ, et hoc oportet fideles capere ab experientia, credendo quod ille homo, qui conversatus fuit cum duodecim Apostolis, scilicet Dominus Iesus Christus consummavit cursum vitæ præsentis, secundum formam, qua Euangelium illud refert. Hoc autem oportet fidelem credere, quum oportet secundum universalem notiam Ecclesiæ, qua noscit, quod aliqua sit lex data à Deo, cognoscere, quis sit ille, aliter Magister Ecclesiæ, docens priorem conclusionem, & non descendens ad particularem, quæ foret principium proximum operandi, deficeret sponsæ suæ culpa-

culpabiliter in neceſſarijs , quod eſſe non poteſt. Ideò neceſſe eſt fideles ad Euangelium Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti deſcendere, à quo capitur ſcripturæ vel legis Dei authoritas , ſicut à capite derivantur ſenſus & motus ad membra ſuppoſita. Et ſic oportet corpus Eccleſiæ capere doctrinam à capite,& unum membrum ad aliud derivare,communicativè. Et iſta videtur eſſe ſententia Apoſtoli *Roman: 10. Fides inqut ex auditu, Auditus autem per verbum Chriſti.* Nam tota fides quæ creditur,ſeminata in matre Eccleſia , quo ad ſingula eius membra,ſecundum incitamentum ſenſibile facta eſt per ſonum partium Eccleſiæ, prædicantium verbum Chriſti , qui in monte & ſæpe alibi aperuit os ſuum vocaliter,& fecit Spiritum ſanctum in die Petecoſtes ſonare vehementer , ſic quod ſonus diſperſus in omnem terram per membra Eccleſiæ eſt quaſi materiale & originale in fide Eccleſiæ, & ſenſus , eſt quaſi formale, ex quibus aggregatur una Eccleſia ſub natura rerum ſperandarum , ſive autem individuatior ſono,ſive colore,vel quocunque alio ſigno viſibili,manet ſemper una fides,unde irrationabile fuiſſet , cum Chriſtus debuit dare legem ſcripturæ ſuæ Eccleſiæ , niſi ipſemet dictaſſet eam in cordibus ſcribarum humilium , excitans eos ad formam ſcribendi & oſtendendi, quam ipſe elegerat , quam ſciens Apoſtolus in ſummo gradu authoritatis , utilitatis , & reverentiæ conſiſtere, 2. Timoth. 3. ipſam commendat dicens: *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum , ad arguendum , ad corripiendum , ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Hoc autem non oportet

ſic

sic credere de alijs, cùm de alijs non sic debet capi, in quantum videlicet iste, vel ille sic asserit, est sic verum, sed in quantum aliquis author secundarius scripturæ sic movetur à Deo ad taliter promulgandum est ipsa summè autentica, quoad Deum Et per istud possunt tolli leges, quæ videntur sonare, quod omnes epistolæ Decretales sunt paris authoritatis cum Euangelio. Hoc est verum, si sit scriptura sacra per eas explicata, sed non, quia quicunque Christianus hoc dicit, sed quia hoc Deus dicit, imò nec dicta Sanctorum scripturæ sunt tàm autentica, quia illi hoc dixerunt, sed quia Deus instruxit eos sic dicere, & hoc est, quod Apostolus securius de authoritate Christi dicit: *Licet nos vel Angelus aliud Evangelizaverit vobis, præterquàm Euangelizamus, anathema sit*, & subdit causam: *Notum vobis facio fratres, Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Iesu Christi.* Ex iam dictis sequitur, quod dicta sanctorum Doctorum post Apostolos non sunt acceptanda ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum, quamvis sententiæ eorum sunt suscipiendæ & admittendæ, de quanto CHRISTVS in ipsis loquitur, & de quanto verè & directè fundari poterunt in lege expressa Domini nostri Iesu Christi, ut nostra quarta in principio huius scripti cavit suppositio, hæc est communis sanctorum Doctorum sententia. Hinc est quod sciens hoc B. Augustin. quod scripturis Canonicis tractatorum literæ deserviunt, in prologo *libri. 3. de Trinitate*, & ponitur *dist. 9. Noli.* (ita scribit) *Noli meis literis quasi Canonicis scripturis deservire,*

De Epistolis Decretalibus

sed in illis, & quæ nõ credebas, cũ inveneris, incunctãter crede: In istis autẽ quod certũ nõ habueris, nisi certũ intellexeris, noli firme tenere. Hæc ille.

Et *idem ad Hieronymum epist.* 8. eadem distinct. Ego solis, (ita scribit) *Ego solis eis libris scriptorum* qui iam Canonici appellantur didici hunc timorem, honoremque referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere, aut si aliquid in eis offendero, quod contrarium videatur veritati, nihil aliud existimo, quàm vel mendosum esse codicem, vel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, vel me minimè intellexisse nõ ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate, quantave doctrina polleãt, non iam verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia ita mihi per alios authores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero nõ abhorreat, persuadere potuerunt. Hæc ille.

Et pro eodem est idem Augustinus ad Vincentium in eadem distinct. *Noli frater.* Et *de unico Baptismo lib. 2. eadem distinct. Quis nesciat.* Et idem in *libro, de videndo Deum*, scribit: *Nec mihi sic credas, quemadmodum Ambrosio, De cuius libris tanta illa testimonia posui, aut si nobis ambobus æqua lance putas esse credendum, nullo nos Euangelio comparabis, aut scripta nostra scripturis canonicis coæquabis, profectò si rectè in iudicando sapis longè nos infrà vides ab illa authoritate distare, & me quidem longius si utrique nostrum quantum libet credas, utrosq; illi excellentiæ compares nequaquam.* Hæc ille.

Pro illo est & Hieronym. in Psal. 68. super verbo: Qui *fuerunt* in ea. Non qui *sunt*, ut exceptis Apostolis, quodcunque pòst aliud dicitur, abscondatur, non habeat pòst authoritatem. Quamvis

vis ergò sanctus sit aliquis vel disertus, post Apostolos non habeat authoritatem. Hæc ille.

AD idem est & *Origen. Omelia 5. super Leviticō* tractans illud, quod præceptum est, *vt sacrificium qua die offertur, edatur, & altera die. Sed quod superfuerit de carnibus sacrificij, usque in diem tertiū, vt non edatur, sed igne crematur*, ita scribit: Ego prout sensus mei capacitas habet, in hoc biduo puto duo testamenta posse intelligi, in quibus liceat omne verbum quod ad Deum pertinet, (hoc est enim sacrificium) requiri & discuti, atq; ex ipsis omnē rerum scientiam capi. Si quid autem superfuerit, quod non divina scriptura decernat, nullam aliam tertiam scripturam debere ad authoritatem scientiæ suscipi, quia hæc dies tertia nominatur, sed igni tradamus quod supereſt, id est. DEO servemus. Neque enim in præsenti vita Deus nos scire omnia voluit, maximè cùm & illud Apostolus dicat: Quia ex parte scimus & ex parte prophetamus, cùm autem venerit, quod perfectum est, destruentur illa, quæ ex parte sunt. Iste est ergò ignis, cui, quæ in tertium diem superfuerunt, servare debemus, & non temeritate præsumpta assumamus nobis cunctorum scientiam, ut meritò nobis dicatur ab eodem Apostolo, *nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Ne fortè ergò non fiat acceptum sacrificium nostrū, & hoc ipsū quod ex divinis scripturis cupimus scientiam capere & vertatur nobis in peccatum, servamus eas mensuras, quas nobis. per legis latorem lex spiritualis enunciat. Hæc ille.

ET *idem* pro eodem *Omel*, *prima in Hier.* scribit, nihil ut verbis meis credatur exposco, nisi

teſtes idoneos do. *Neceſſe eſt nobis ſcripturas ſanctas in teſtimonium vocare. Senſus quippe noſtri & enarrationes, ſine his teſtibus non habent fidem, & melius, illud quod dictum eſt: in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, magis pertinet ad interpretantis probationem, quàm ad quorumcunque hominum numerum, ut firmum verbum intellectus mei, accipiens duos teſtes de novo & veteri Teſtamento, accipiens tres teſtes de Euangelio, de Propheta, de Apoſtolo, ſic enim ſtabit omne verbum.* Hæc ille.

Ex omnibus iſtis authoritatibus Doctorum ſequitur, quod ſcriptura ſacra eſt fidei regula, ex qua benè intellecta omnis probatio efficax capi debet, & ad quem omnis controverſia in fide, vel moribus finaliter reſolvi debet, tanquam in primum & univerſaliſſimum doctrinæ & ſcientiæ fidei principium, præter quam nulla alia ſcriptura ad authoritatem debet ſuſcipi, nec contra illam admittenda eſt authoritas, vel hominis cuiuſcunque, vel conſtitutio, nec conſuetudo, nec obſervatio valet. Et quia vita practica Iesv Christi & ſuorum Apoſtolorum, aliorumque ſequacium ſuorum in lege Canonizatorum propinquiſſimè, veriſſimè, ſecuriſſimè, & potentiſſimè exponit & interpretatur, quantum ſufficit ad humani generis ſalutem. Primæ partes patent ex authoritatibus antedictis. Vltima autem pars patet ex hoc, quia opera Chriſti præſertim miraculoſa evidentiſſimè probant & exponunt fidem tam veteris, quàm novæ legis, propter quod dixit, *Ioannis decimo capite*, Salvator: *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.* Et infrà: *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi*

mihi, credere, si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite. Et pro illo est *Augustin. de doctrina Christiana Libro quarto:* Quantacunque granditate dictionis, maius est pondus, vita docentis. Et Doctor Nicolaus de Lyra in moralibus: Plus probant facta quàm verba. Et Seneca epistola 20. ad Lucillum dicit: *Verba rebus probanda potiùs, quàm res verbis*, cuius rationem evidentem assignans Doctor Euangelicus in libro sui Pastoralis, capite 19. scribit dilucidè, quòd vita Pastoris movet & afficit efficacius, quàm nuda & simplex prædicatio per sermonem. Quod inquit, declarat *Anselmus* ista similitudine satis apta & convenienti: Egrotus quærens à Medico diligenter, quæ herba est contra talem morbum salubrior, Medicus autem notus laborare eodem morbo commendat verbaliter dictam herbam. Sed dimittens eam in ore accipere, assumit statim & avidè quidem aliam herbam comedendo, num quid credimus infirmum & adversa conflictantem valetudine istius Medici plus moveri opere quàm sermone, statim quidem concludens ipsũ agere virtute talis herbæ, ut ipsemet ægrotus eguit assentiens, quia non foret immemor salutis propriæ, credit plus suo operi quàm sermoni.

FVNDAMENTVM MAgistri Ioannis Rokenzanæ, quod ponit suorum scriptorum, est insufficiens.

CAPVT XXVI.

EX IAM dictis colligitur, quod fundamentum Magistri Ioannis Rokenzanæ, si intendit authoritativas probationes, debere fieri per Doctores & Concilia prædicta, & omnium difficultatum circa veritatem fidei emergentium, debere fieri ultimatam resolutionem in eisdem, videtur esse insufficiens, cùm post concilium increatum, & concilium quod Christus cum Apostolis suis celebravit, quando convocando discipulos suos, & exponendo eis fidem, dedit eis privilegia & multiplices potestates, fateamur quatuor Apostolorum concilia tenere principatum, qui in suis nullo modo erraverunt decretis.

De concilijs

De concilijs autem post dotationem Ecclesiæ celebratis, non videtur nobis, quod pari illis qualitate incedant, cùm ex decretis & Chronicis nonnullis expertis appareat, generalia concilia statuisse aut decrevisse nonnulla, quæ in lege Dei non sunt fundata, imò ut ibi invenitur, nonnunquam unum concilium præcedentis concilij sententiam retractavit, aut certè ipsi in decernendo contradixit, unde evidenter constat concilia erravisse. Nam inter duos mutuò contradicentes, necesse est alterum dicere & asserere falsum, & sic errare, in cuius signum *Isidorus in libro Conciliorum scribit, quomodo Patres finito concilio debent orare, ut* DEVS *eorum ignorantiæ parcat, & errori indulgeat, si forte eos ignorantia traxerit in errorem, aut præceps forsan voluntas impulerit iustitiam declinare, ut si quid offensionis in hac celebritate concilij attraxerint, condonare & remissibile facere dignetur*, quod non faceret, si concilia impossibile esset posse errare.

DOCTO-

DOCTORES etiam aliquid scribunt conditionaliter, aliquid opinativè sive probabiliter, & aliud asserunt supra opinionem, tanquàm fidem, & aliud contentiosè & reprobativè, hæreticantes & condemnantes se, & aliquando contingit eos æquivocare, ut nostra quarta in principio recitata, dicit suppositio. Et ergò argumentum nude captum à testimonio eorum non est sufficiens, quia omnes illi possunt decipi atque decipere, & sic contra Deum definire. Nam si non semper quæ per Prophetam dicuntur, quasi à Deo dicta suscipiuntur secundum *Origenem Omel. 16. super Numeros*, probantem hoc primùm de Iona, quomodo non invenitur in sermonibus Dei, quibus ad deum locutus est, dictũ, quia adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, sed Ionas sic dixit, quòd sermo iste, qui dictus & non factus, ad IONA, potiùs quàm à Deo, prolatus esse videretur.

SECUNDO hoc probatur de Gath, qualiter non invenitur in tribus comminationibus, quibus comminabatur David Deum dixisse de morte trium dierum, in verbis autem Gath positum est, non in mandatis Domini.

TERTIO de Moyse hoc idem probat, qui libellum repudij propria autoritate mandavit, quòd Dominus in Euangelilo evidenti distinctione secernit. *Quartò probat hoc idem de Apostolo, qui dicit: Quibusdam Dominus dicit & non ego. & de alijs. Hoc autem ego dico, non Dominus. Sic inquit & in cæteris Prophetis, aliqua quidem Dominus locutus est, & non Propheta, aliqua verò Propheta & non Dominus.* Insuper Prophetæ & viri sancti, & approbati in suis dictis & factis semper secu- Vide notas.

ri & certi non fuerunt, qui quamvis Spiritu ſancto erant inſpirati, non quemlibet tamen nec in qualibet cauſa Spiritus S. regebat eos, nec ſic erat eis communis, ut ſemper eorum ſequatur voluntatem, & omnia quæ eis videbantur, confirmet, ſed quando & ad aliquid inſtigabat eos, hoc in eis confirmabat vel votis vel deſideriis eorum condeſcendebat, ut impleatur illud, quod Apoſtolus Petrus dixit, *non voluntate humana aliquando allata eſt prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei homines*, & ideò quæ animo affirmabant uno tempore alio tempore melius perſuaſi, retractaverunt, ut patet de Propheta Nathan ſuper David, in ædificatione templi Domini, in Eſaia ſuper morte regis Ezechiæ. De beato Petro, in correptione à Paulo ſuper communicatione cum converſis ex gentibus, & de beato Paulo in pluribus. Si ergò hoc contingebat, Prophetis & viris ſanctis & approbatis in dictis ſuis & factis, quantò magis hoc verum de Doctoribus quantumcunq; ſint ſancti, ut ſæpe docet Auguſtinus, videlicet nona diſtin. in decreto. Hinc de B. Auguſtino legitur, quod in multis dicta ſua retractavit, & expoſuit aliter & melius declaravit, & per conſequens inſufficiens eſt dictum illorum, qui dicunt authoritativas probationes debere fieri per doctores & concilia citra authoritates ſcripturæ, & omnium difficultatũ circa veritatem emergentium, ultimatam fieri reſolutionem, in eiſdem, etiamſi ſint antiquiſſimi, cùm & principalia concilia de quibus 15. diſt. non ſint tantæ autoritatis, ſicut concilia Apoſtolorum in ſcriptura canonica *expreſſata*, quibus, licet contradicere in his,

quæ

quæ tradiderunt aut *sententiaverunt* contra fidem, quorum unum est dotatio cleri per Constantinum facta, quæ in concilio Niceno autorizata est, & doctores principales in unũ consentientes eam susceperunt, & sic contradixerunt nostri 4. articuli, praxi & approbationi. Quicquid tamen in dictis conciliis vel in alijs quibuscunque, aut dictis antiquis doctorum, vel recentibus decretum vel statutum est, fuit vel erit, ritè & verè fundabile in lege Domini suscipiendum & admittendum est, fatemur & his non contradicendum quoquo modo, in quorum confirmationem doctor *Euangelicus in libro de Apostasia cap. 10. scribit, quod ad genus evidentiæ probabilis seu topicæ reducuntur argumenta topica, à testimonio humano, videlicet in probationib. politicis & argumentis captis à testimonijs Doctorum etiam quantumcunq; sanctorum, citra authoritates scripturæ, ut sæpe docet August. sicut patet 9. dist. unde argumentum nudè captum à testimonio talium doctorum, & multò magis à testimonio Romanæ Ecclesiæ, non sufficit per se hæreticare quicquam, quia omnes illi possunt decipi atque decipere, ac sic contra Deum definire, ac successor catholicare, quod prædecessor hæreticavit & è contrà. Ideò oportet, recurrere ad fontem veritatis, scripturam sacram, & docere, quod illa sententia hæretica sit sibi contraria, & postea finxere mores hæretici.* Hæc ille.

Dotatio per Constantinum facta.

ET idẽ doctor in *suo dialogo*, docens præponderare veritatem, consuetudini vel cuicunque dicto Doctorum, ita scribit: *Cum aũt ex fide omnes sancti citra Christum, ut Ioan. cõfitetur, multipliciter peccaverũt, patet, quod omnes citra Christũ habuerunt valde antiquam consuetudinem ad peccandum, ideo si Christi autoritas est præstantior quàm consuetudo eorũ, quis fide-*

lis non credit autoritati Domini, consuetudine eorum prætermissa, cùm ex fide capimus, quod nullus sanctorum, quantuncunque sanctitate præpolleat, in dicto vel consuetudine est credendus, nisi de quanto illud consonat cũ Christo, qui est prima veritas, & per consequẽs habita à Christo vivaciori evidentia ad credendũ contrarium, istud est ex illa fortiori evidentia dimittendum, infrà: Ideò ad reprimendam præsumtionem superbam piè rogant quòd non credatur eis in isto, quia ipsi vel mendaces hoc asserunt, sed quia est lex Domini Iesu Christi, ut dicit Augustinus: Si Christus hîc assenserit, Væ illi qui non credit: & ut advocatio ista pro lege Christi sit clarior, homines promulgantes istam sententiam, non quærunt lucrum humanum vel humanam amicitiam, sed contrarium patiuntur, & sic amor Dei & legis suæ cum honore sibi rependendo præponderari debet à fidelibus in hoc actu: & Dominus modum discernendi inter fidem & opinionem subdit, & principium in isto puncto & aliis debet esse fidelibus, quod discretè discernant inter fidem & opinionem, sic quòd nihil accipiant tanquam fidem, nisi ex veritate dictum fuerit. Ideò Canonizationes & quæcunque operationes Papales, vel assertiones Sanctorũ, dant opinionem illis, in quibus est evidentia, citra fidem, ut fides est, quod Petrus & Paulus cùm cæteris Sanctis multipliciter peccaverunt, & opinio est, quod posteriores Canonizati à Romano Pontifice erunt sancti, licet ad sanctitatem eorum quos sacra scriptura canonizat, non in proportione quæ Deo placet, attingant, & sic non est maior evidentia, si isti sancti canonizati à Romana Ecclesia istam consuetudinem habuerunt, ergò non in hoc contra Christum & suam Ecclesiam peccaverunt, quàm sequitur, Petrus & Paulus contra Deum blasphemaverunt, ergò non in hoc contra Christum aut suam Ecclesiam peccaverunt. Videamus ergò quid dicat

Canonizatio sanctorum.

ratio

ratio infallibilis, vel lex Dei, & illud tanquam fidem vel infallibile, in animum ponamus. Turpe quidem est, inanem sententiam tanquam fidem in animo stabilire, & fidem fundatam in scriptura, dimittere. Et postea docens ex authoritate scripturæ, quod nec generaliter multitudo testium semper sit approbanda vel sequenda, sic infert ad propositum regulam notabilem ita dicens. *Idò prudentes habent consuetudinem hanc, quando difficultas circa veritatem venilaverit, inprimis considerant, quid fides scripturæ loquitur in hoc puncto, & quicquid haec fides in hac materia denserit, stabiliter credunt tanquam fidem. Si autem fides scriptura neutram eius partem expresserit, dimittunt illud tanquam eis impertinens, & non litigant vel contendunt, quæ pars habeat veritatem, & ista est magna prudentia sapientum, ideo inquit, est stulta evidentia, si maior pars sic asserit ergò verum, cum sit argumentum topicum, ad contrarium concludendum.* Hæcille.

Ex cuius doctoris eximij verbis patet, quod non est sufficiens probatio contra authores scripturæ, à nudo conciliorum testimonio, qualitercunq; sint antiqua, nec à testimonio doctorum quantumcunq; sint sancti, multi vel pauci antiqui vel recentes, ut in quantum istud vel illud concilium, aut iste vel ille Doctor asserit, sic sit verum, sed in quantum sic inventur à Deo ad taliter promulgandum, est summè autenticum quoad Deum, & ista sunt omnia benè & diligenter à quolibet advertenda, qui in probãdo aliquid falli, aut alios fallere voluerint. Ex quo ulterius datur intelligi, quàm periculosè quidam moderni loquuntur de Doctoribus æquiparantes eos authoritatibus sacræ scripturæ, quando volentes

per

per ſententiam ipſorũ multas traditiones humanas, & multa, quæ carent autoritate ſacræ ſcripturæ ſtabilire, dicere ſolent. Hoc dicunt magni ſancti pleni Spiritu ſancto. Sic enim dicere, eſt quodammodo ipſos in dictis eorum æquare Deo, quia tantum valet hoc de ipſis dicere, quaſi diceretur, hoc dicit Dominus Deus, velut Prophetæ dicebant, nec per hoc dictum aliud poteſt intelligi, Quia ubi eſt plenitudo Spiritus ſancti, ibi in veritate eſt verbum Dei, ſed diſcordantia doctorum ab invicem in multis punctis, in quibus nedum quandoque diſcordat unus ab alio, ſed etiam ſæpius unus diſcordat à ſeipſo, quòd indubiè atteſtatur ipſos non habere, ut ſic, plenitudinem Spiritus ſancti, nec ſemper debere ipſis credere aut ſententias ipſorum acceptare, niſi de quanto ſe fundaverunt veraciter in ſcriptura, prout ſufficienter ſuperius oſtenſum eſt.

ISTIS pro fundamento præmiſſis, iam accedamus ad materiam M. Ioannes Rokenzauæ, in qua primò culpas quaſdam nobis obijcit, & deinde puncta, quæ ipſe contra nos promovet probare nititur. Quantũ ad culpas, quamvis ad aliquas ex illis nobis nõ eſſet neceſſariũ reſpondere, cùm cuilibet non *partiſanti* & protervire volenti, qui vellet verè & fideliter penſare dictam noſtram cauſam in parte huius deſcriptam, pariter poſſet noſter conceptus & plena noſtra intentio, per ea, quæ ibidem poſita ſunt intelligi, tamen ne videamur ſubterfugia quærere, & culpas illas ſub ſilentio pertranſire, volumus cum Dei adiutorio, ſuccinctè, omnes locis ſuis per ordinem tangere, & quamlibet ſingillatim ſolvere, ut omnibus & ſingulis innoteſcat, quod minus

juſtè &

iustè & sine causa nos deturpant, non valentes verè in nos deducere, quod aliquid in punctis his, in quibus ab eis discrepamus, contra fidem scripturæ pertinaciter teneamus, aut quod contrarium foret fidei, defendere velimus, aut quomodolibet tueri. Sequitur responsio sacerdotum Taborienſium.

RESPONSIO SACERDOTUM Taborienſium ad primam culpam, ipsis per M. Ioannem Rokenzanam nomine suo cæterorumque Magistrorum & Sacerdotũ Pragenſium, objectam.

QVANTVM ergò ad culpam primam sub tali forma nobis propositam : Sacerdotes Taboritarũ non practisantes in opere, sacramenta aliqua vel aliquod , & quædam sacramentis adiacentia , nos quia illa practisamus , in hoc contemnunt, confundunt, & pro malo reputant, & ad hoc legem Domini & scripturas sanctorum Doctorum non habent, quod hoc sit malũ. In qua nos specialiter inculpant de duobus.

PRIMO, quod non practisamus in opere, sacramenta aliqua & quædam ipsis adiacentia, & quæ sint illa, postea descendunt ad extremam unctionem & confirmationem, & secundò, quod ipsos pro eo quod ipsa practizant, in hoc contemnimus & confũdimus, & eis pro malo reputamus.

Taboritæ nulla Sacramenta N. T. omittunt.

AD primam partem istius culpæ nobis objectæ respondemus, quod sacramenta necessaria

salutis

luti hominum quantò fidelius possumus & scimus practizamus, & practizando in autoritate, forma, sensu quoque Christi, in fide ac ritu & praxi Ecclesiæ primitivæ, quantum in nobis est, suademus. Nec est de intentione nostra, contemnere aliquam laudabilem alicuius sacramenti à Christo instituti sumptionem, aut sacramentum aliquod ex dictis in sui puritate & substantia, pro ut est á Christo institutum, quomodolibet parvipendere. Ritus etiam utiles & veritatis promotiones circa talia non obmittimus, pro ut hoc notum est, cunctis fideliter considerantibus circa tales materias nostram operationem. Immò summopere optamus, ut omnes singuli in omnibus sacramentis tàm quoad substantialia, quàm quòad ritus, conformemus nos Christo & Apostolis in his, quæ circa eadem lege Domini continentur, & necessitas concernit fidei, aut requirit, Pharisaicis ritibus legem Christi liberam stringentibus, diminuentibus, onerantibus vel impedientibus, *postergatis*. Qui autem vult specialus intentionem nostram cognoscere, quam sentiamus, specialiter, de uno quoque sacramentorum ex fide scripturæ, & authoritatibus doctorum sanctorum se in eadem fundantium, & ritibus ipsis sacramentis adiectis, potest in prima parte huius sufficienter edoceri. Vbi autem specialiter nos inculpant, quod sacramentum extremæ unctionis in sensu & forma non usitatè, erga infirmos ad intentionem eorum, cum eis non practizemus, ad hoc taliter respondemus: Quod carentes, de hac unctione expressa scriptura legis, ac sententia sanctorum Doctorum veraciter se fundantium, in eadem, & notantes plures circa eandem

Nec ritus necessarios.

De Sacramẽto extremæ unctionis.

eandem currentes superstitiones, non videntesque, quod alicubi Christus vel eius Apostoli Sacramentum nominassent, vel eius debitam executionem promulgassent, scientes quod Dominus voluit & vult, multos salvare sine susceptione huius unctionis, non audemus eam pro articulo fidei practizare, & confiteri, aut ad eandem exposcendam, exhortari tanquam ad Sacramentum, quod sit à Christo vel eius Apostolis institutum. Licet unctionem infirmorum ad intentionem, finem & effectum Apostolorum intentum, & ritu eorum & virtute factam, de qua Beatus Marcus & Iacobus facit mentionem, licitam esse confiteamur; & si qui Sacerdotes gratiam curationum habentes, sic unxerunt infirmos, & benè habuerunt, velle mus hortari omnes, & cùm in gravem infirmitatem inciderint, illud sacramentum ab eis susc ipere non obmittant, aut quovis modo contemnant, quia contemptores illius aut aliorum sacramentorum, in quantum sunt à Christo instituta, sunt castigandi & iuxta Euangelicæ legis regulas corrigendi. Cùm fateamur, ut in prima parte dictum est, quod tempore Christi & Apostolorum pro necessitate & corporum alleviatione in signum charitatis & pietatis ungebantur, non tantum infirmi, sed & sani corpore, & non solùm ab Apostolis, verùm & ab alijs quibusvis indifferenter fidelibus. Adhoc autem de quo in eadem prima culpa, secundò nos inculpant, videlicet quod nosipsos pro eo quod ipsi aliqua Sacramenta vel aliquod & quædam ipsis adiacentia practicant, in hoc contemnimus, confundimus, & pro malo reputamus, taliter respondemus, quod benè &

rationa-

rationabiliter facimus, immò hoc facere tenemur, cùm digni sunt reprehensione pro eo, quod oleum extremæ unctionis & chrisma confirmationis, ut communiter à Simoniacis & Simoniacè promotis, benedicta, pro Sacramentis promovent, id est., execratum, vocantes Sacramentum, propter quorũ prætensam talium benedictionem, volunt ut illa pro fide teneantur & promoveantur in sensu, ritu & forma non usitata, tanquam Sacramenta, ut sic, à Christo & eius Apostolis instituta, & ad remissionem peccati, quæ fit per unctionem talem, ut inquiunt, ordinata, carentes ad hoc vera probatione, quod unquam vel Christus vel eius Apostoli talem unctionem sacramentum nominassent, aut eius debitam executionem aliqui promulgassent. Cùm ergò illud, quod non videtur ex fide scripturæ esse, pro fide promoveatur, meritò à quolibet est reprehendendum, cùm secundũ B. Ambrosium, nova *omnia, quæ Christus non docuit iure damnantur. Quia fidelibus vir est Christus, & Apostolus* dicit: *Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus*, & Hieron. *lib. 4. contra Ruff. scribit: Nolo sapientiam, quam Petrus vel Paulus non docuit, nolo veritatem, quam Apostoli non probaverunt.* Cùm ergò hæc unctio videatur nova esse, à Christo nõ procedens, vel eius Apostolis, non audemus eam tanquam articulum fidei promovere, & non solũ reprehendimus eos de promotione & practizatione talium dictorum sacramentorum, sed etiam ex eo, quod sacramentum ordinis suscipiũnt ab Episcopo pretenso Simoniaco & Simoniacè promoto, qui ex operibus prioribus indignus & ineptus est, quo ad huiusmodi dignitatem, iuxta dictamen

ctamen iuris divini & humani, cùm causam sanguinis agitat, & ut verisimiliter æstimatur, ad mortem plurimos sententiavit, nigromantiam, ut dicitur, exercuit, Simoniacè Episcopatum adeptus est, condemnationi calicis Domini consensit, pro praxi eiusdem, quamplurimos puniens contributum à clero recipiens, & testes subordinans, condemnationem Magistrorum Ioan. Huss & Hieron. procuravit, Regem ungariæ contra modum solitum huius regni coronavit, & quod amplius est, nostri liguagij, ut vulgus loquitur. quia teutonicus, naturalis extitit inimicus, de quibus proh dolor ut timetur pœnitentiam dignam non peregit, ubi aliter possent secundum legem Dei, & morem Ecclesiæ primitivæ de ordinandis sacerdotibus providere in casu, quo deficerent & carerẽt Episcopo catholico legitimè ordinante. Si autem sciverit aut poterit M. Io. Rokenzana, verè docere ex scriptura expressa legis, ac sententia doctorum se veraciter fundantium in eadem, quod illa prædicta sacramenta sic & sub tali forma præscripta pro fidei articulis debeamus promovere, tanquam sacramenta, *ut sic à* Christo vel eius Apostolis instituta, & quod non liceret eis aliter secundum legem Dei, & morem Ecclesiæ primitivæ sibi de ordinandis providere sacerdotibus ex debitis & certis circumstantijs, in casu quo deficerent, in Episcopo Catholico legitimè ordinante, aut quod aliter secundum legem Dei non liceret, nisi ab Episcopo vel Episcopis sacramentũ ordinis conferri, etiam si sint Simoniaci & Simoniacè promoti, & aliâs indigni & inepti ad huiusmodi dignitatem, intelligendo, Episcopum plus sacramentalis

Invectivæ in Papam Roman.

authoritatis essentialis habere, ultra alios veros & simplices sacerdotes, & si hæc omnia sciverit aut poterit modo præscripto deducere, quare his stare & acquiscere recusemus?

NON BENE FVNDAT M. Ioannes Rokenzana, Sacramentum extremæ unctionis in sensu & forma modò usitata, in scriptura.

CAPVT XXVIII.

QVANDO autem M. Ioannes Rokenzana fundare nititur, Sacramentum extremæ unctionis in sensu & forma modò usitata in illo *Marci 6 & Iacobi 5.* ubi fit mentio de unctione infirmorum, adducens pro illo plures authoritates sanctorum Doctorum, ad hoc taliter respõdemus, quod qui vult fideliter pensare dicta loca scripturæ, reperiet, quod illa non sunt pro sensu & forma sacramenti extremæ unctionis modò usitatæ, sed sunt pro unctione infirmorũ alia, quã Apostoli erga infirmos utiliter & fructuosè exercuerunt. Hinc ad hoc M. Ioannes Rokenzana invalida scriptura respondet, pro nobis (& nos cum illo,) *Doctor Euangelicus, in suo trialogo, tractans de hoc sacramento in prima parte huius,* circa eandem materiam per nos adductus, ita scribens: *quod ista videtur nimis levis in verbis praditis Iacobi Apostoli, fundatio sacramenti, cùm dici potest satis probabiliter, quod iste beatus Apostolus non specificat infirmitatem finalem, sed consolationem*

De Loco Marci 6. & Iac. 5. atque in ijs non agi de unctione extrema.

nem fiendam à Presbytero, dum aliquis infirmatur. Et quia per viam naturæ, oleum abundans in illis partibus, valet ad corporis sanitatem, ideò talem meminit unctionem, non quod illud oleum agat in animam, sed quod oratio effusa à Sacerdote devoto mediat quandoque, ut Deus infirmanti animæ suffragetur. Quia si ista corporalis unctio foret Sacramentum, ut modò fingitur, Christus & cæteri Apostoli eius promulgationem & debitam executionem non tacerent. Hæc ille.

Ex cuius verbis patet, quod nimis levis videtur fundatio huius Sacramenti, in verbis prædictis Iacobi Apostoli, & quod talis unctio corporalis fingitur esse Sacramentum, & quod nullibi Christus nec eius Apostoli instituerũt huiusmodi unctionẽ in sensu & forma modò usitata, quã cõmuniter vocant ultimum Sacramẽtum: non autẽ ad unctionem infirmorum, in quantum videlicet à Christo in sui substantia & puritate est instituta aut *exemplata*, quam quod hoc fundatam in dicto illo B. Iacobi, ut eum in aliquot locis adducit Rokenzana, fatemur. Ad quem autem finem fiebat illa unctio, de qua beatus Iacobus facit mentionem, hoc etiam idem Doctor ibidem exprimit satis plane, & eodem modo intelligendi sunt & alij doctores, quos ibidem adducit Rokenzana, quod loquentes de unctione infirmorũ, & ipsam fũdãtes Iacobi quinto capite, loquuntur de ea, in quantum à Christo videlicet in sui substantia & puritate est instituta & exemplata, non autem quò ad sensum & formam modò usitatam, Quia quantum ad hoc, *Thomas tertia parte summæ suæ de institutione huius Sacramenti loquens*, refert de quibusdam, quod aliqui dixerunt, quod nec Christus, nec Apostoli ipsum instituerunt,

runt,sed quòd in succesſu temporis in uno Concilio eſt inſtitutum, ut in prima parte huius relatum eſt. Vbi autem Doctores, quos M. Ioannes Rokenzana adducit in ſuis ſcriptis,faciunt mentionem de Oleo à Presbyteris vel à Pontificibus benedicto,loquuntur ſecundum exigẽtiam temporis,quando iam mos benedicendi Oleum inolevit,non intelligentes, quòd illa benedictio Olei ſit de neceſſitate dictæ unctionis, ſed de inſtitutione Eccleſiæ, ut in prima parte huius oſtenſum eſt. Vbi autem Magiſter Ioannes Rokenzana, authoritate domini *Archidiaconi* gloriatur , ipſum ſæpius coram congregatione generali adducendo, qui in *libro nono de quæſtionibus Armenorenſibus*, tangens in caſu neceſſitatem Sacramenti talis, in dicto Iacobi exemplati, inter cætera ſic ſcribit: *Poteſt eſſe caſus , in quo dato hoc Sacramento , ſalvatur infirmus, qui aliâs damnaretur.* Hoc ſæpius allegans M. Ioannes Rokenzana, non exprimit circa hoc caſum quem ipſe ponit. Caſus enim eius eſt iſte. Quoniam, ipſe inquit, credendum eſt,multos ſalvari per orationes aliorum, & vigore ſacramentorum Eccleſiæ, qui aliter nullatenus ſalvarentur, & hoc per plures ſcripturas probat,primò,ex illo Iacobi,quod immediatè ſubiungitur:orate pro invicem ut ſalvemini , & per illud,quod Elias totum populum, unica ſui oratione ſubtrahendo pluviam, punivit ,& iterum populum ne periret , liberavit , oratione facta pluviam impetrando, & per illud *Ioannis in Canonica: Si quis ſcit fratrem ſuum peccantem, non ad mortem pro eo petat & dabitur ei vita. Et per illud Chriſti dictum, qui dicit: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, &c, ubi inquit*

mani

manifestè, ostendit aliquos deficere & sibi non sufficere ex proprijs, qui tamen benefaciendo pauperibus suis, eorum possunt salvari suffragijs, illum casum Archidiaconus denotans, dicit: potest esse casus in quo dato hoc sacramento, salvatur infirmus, qui aliâs damnaretur, quod nec nos negamus, ubi nō oleo, nec unctioni hoc principaliter attribuit, sed orationi devotæ, cùm illa unctio corporalis nō agat in animam, nec ita stolidè quis debet capere verba domini Archidiaconi, ut credat ipsum intelligere, quod sine unctione corporali quilibet damnaretur infirmus, qui data illa salvaretur. Quia certum est de prædestinato quolibet, quod salvabitur, etiam nunquam suscipiēs huiusmodi unctionem, & hoc est, quod *Doctor Euangelicus suprà, quamvis præmittat, quod levis videtur fundatio Sacramenti extremæ unctionis (modò scilicet usitatæ,) in dicto Iacob. Apostoli: & quod si illa corporalis unctio foret Sacramentum, ut modò fingitur, Christus & eius Apostoli promulgationem & executionem debitam non tacerent, tamen postea ad intentionem D. Archidiaconi subdit: Concedo tamen tibi, quod ista corporalis unctio est aliquibus cæteris paribus Sacramentum, sed oportet tunc quod Presbyteri mereantur suis devotis orationibus infirmatis, non quod illud oleum agat in animam, sed oratio effusa à Sacerdote devoto mediat quandoque, ut Deus infirmanti animæ suffragetur*, & subdit: *Cave tamen, ne nimis leviter verba Apostoli sic intelligas. Potes enim ad tantum errare, ut credas, quod eo ipso, quo Sacerdos oravit pro infirmo, si aliquod peccatum habuerit, remittetur ei, cùm tamen multi infirmantur sæpius, & sæpè unguntur, qui ad damnationem perpetuam sunt præsciti. Nec est credendum, quod in quantum*

Presbyter sic facit, oratio suæ fidei salvabit infirmum, cùm tunc foret fides Ecclesiæ, quod quicunque in extremis illud receperit Sacramentum, ex fide Christi salvabitur, & tunc foret necessitatissimum inter omnia Sacramenta, cùm recipiens alia, potest decedere finaliter impœnitens & damnandus, & sic potest istud indubiè recipiens Sacramentum, ideò debet subintelligi, quod si Sacerdos, quem Deus ad salvationem infirmi sic ordinavit, conformiter ad istam ordinationem Dei oravit, tunc salvabitur taliter infirmatus: Non est enim fides, sed in casu spes, quod iste Sacerdos salvabitur. Quomodo ergò foret Presbytero fides, quod iste infirmus salvabitur, & specialiter, cùm Sacerdos regulariter caret revelatione de salvatione infirmi. & modicum infrà subdit: *unde mihi videtur, singulos qui instituũt tales privatos ordines, & generaliter dant regulas, ut talia Sacramenta utiliter à subditis sint accepta, in Deum blasphemare, specialiter cùm Deus vult salvare multos sine acceptione huiusmodi Sacramenti.* Hæc ille per totum.

Ex cuius verbis planè patet, quomodo debeat dictum D. Archidiaconi sanè intelligi, & non ad intentionem Rokenzanæ, qui infundabiliter & temerariè audet publicè docere, quod de lege communi non potest sine isto prædicto Sacramẽto extremæ unctionis modo usitato, infirmus salvari Non ergò amplius glorietur Rokenzana cum prædicto dicto D. Archidiaconi, quo dicit: *Potest esse casus, in quo dato hoc Sacramento, salvatur infirmus, qui aliâs damnaretur*, cùm posset esse casus non unus sed multi, in quibus dato hoc Sacramento, damnaretur infirmus, qui aliâs salvaretur.

VACV-

VACVVS LABOR RCI kenzanæ.

CAPVT. XXIX.

EX ISTIS patere potest cuilibet, quod M. Ioan. Rokenzana nihil per suum gravem labyrinthum facit pro extrema unctione infirmorum, ad sensum & formam modò usitatam, nec scripta sua quæ pro illo multiplicat debent regulariter capi pro illa, sed pro unctione infirmorum, & ad intentionem, finem, & effectum per Apostol. memoratum facta, cùm secundum Doctorem Euãgelicum superius allegatum, iste sanctus Apostolus Iacobus non specificat ibi infirmitatem finalem, sed consolationẽ fiendam à Presbytero, dum aliquis infirmatur modò superius per eundum expresso, nec illud Sacramẽtũ extremæ unctionis Rokenzanæ verè fundatur in illo dicto Apostoli Iacobi sæpè dicto, nec per illa verba Apostoli confirmari potest in sensu communiter usitato. Quod dictũ quãvis propter antiquam de opposito consuetudinem, difficilem habeat exemplationem, paucis tamen occasiones intelligentiæ legentibus damus, quo & ipsi faciant, quod scriptum est, ut his auditis, Sapiens sapientior fiat, &, da occasionem sapienti, & sapientior erit.

PRIMO ergò videndum erit, quid illud Sacramẽtum extremæ unctionis modò usitatum contineat, & ex quibus *integretur*, & ad quem sensum promoveatur, & secundò videbitur, si illa fecerunt ex fide scripturæ vel verbis prædictis Apost. confirmati. Quantum ad primũ, notum est secun-

dum communem ſentẽtiam modernorum, quod ad Sacramentum prædictum iſta requiruntur.

PRIMVM oleum olivæ ab Epiſcopo benedictum, ſub tali forma, ut Epiſcopus per benedictionem ſuam dæmonia & phantaſmata de oleo eijciens, in eo Spiritui ſancto habitiaculum præparet, & virtutem ſibi tribuat remittendi peccata, multiplicandi gratias ſpirituales & conſimilibus infirmitates ſanandi. *Sic enim in Pontificali ſcribitur:* Epiſcopus hoc oleum benedicens fabulatur,

Benedictio vel potius exorciſatio olei

Exorcizo te immunde ſpiritus, omniſq; incurſio Sathanæ & omne phantaſma, in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ut recedas ab hoc oleo, ut poſſit in eo Spiritus ſanctus habitare. Et hoc unguentum compoſitionis proliniendis corporibus infirmis, continuò * *peragraturus, viſceribus eorũ omnẽ evomat violentiam fellis, proſit febribus & dyſenteria laborantibus, proſit paralyticis, cæcis, claudis, ſimulque ex vexatitijs quartana, tertiana & quotidiana, excutiat frigora, mutorum ora reſolvat, arentia membra reficiat, dementiam mentis ad ſcientiam revocet, dolorem capitis aliarumque infirmitatem, manuum, pedum, brachiorum, pectorum, ſimulque & inteſtinorum atque omnium membrorum, tàm intrinſecus, quàm extrinſecus, & medullarum dolorem expellat, ſomnum quietis infundat, & ſalutem conferat ſanitatis,*

* *fortè peragendum.*

SI *qua verò maligna, venenoſa, naſcentia in corporibus, quorumcunq; fuerint generata, tactu huius unguenti omnes radicitus eorum arefaciat ſationes, morſus verò beſtiarũ, canum rabiem, ſcorpionũ, ſerpentum, viperarum atq; omnium monſtruoſorũ leniat dolores, impetũ quoque dæmonum vel incurſiones ſpirituum immundorũ atq; legionũm, malignantiumque vexationes, umbras, & impugnationes infeſtationes.* Hæc ibi.

Ex

Ex quo ostenditur, quod Episcopus dicit persuam benedictionem oleo hæc omnia repelli. Quod autem dicant ipsum oleum habere virtutem & peccata remittendi, hæc M. Ioannes Rokenzana in suo tractatu, de hoc loquens Sacramento, innuit sic scribens: *Hoc sacramentum ad duo exigitur, scilicet ad remissionem peccati, quæ fit per unctionem & alleviationem infirmi, quæ impetratur per orationem.* Hæc ille.

Hoc est primum quod secundum communiter loquentes ad hoc requiritur Sacramentum, secundò ad hoc Sacramentum requiritur, ut non in omni parte corporis fiat talis unctio, sed determinatis partibus; videlicet, organis quinq; sensuũ applicetur, Et tertiò, ut non quibusque infirmis, sed de proximo morituris ministretur. Ob quam causam Sacramentum extremæ unctionis nomen accepit.

De loco in unctionis,

De tempore.

CAPVT XXX.

OStenso quid ad hoc Sacramentum extremæ unctionis modò usitatum requiritur, & in quo sensu à modernis promovetur, iam secundò restat videndum, an illa omnia possint ex fide scripturæ docere, & in verbis prædicti beati Iacobi Apostoli verè possint confirmari, & videtur quod non.

Summa Capitis.

Nam hoc primùm non est fundabile, quod oleum ad tales utilitates ex eius unctione consequendas, debeat taliter sanctificari, ut ex eius imitatione recipiant homines plenam in anima & corpore sanitatem.

B. Iacobus nõ docet exorzisationem olei,

APOSTOLIS enim non legitur data potestas illa,

ſtas illa, ſeu talis poteſtas ad dæmonia de creaturis taliter ejiciendi. Ab hominibus autem leguntur dæmonia ejeciſſe, & ad hoc accepiſſe poteſtatem, ut per eorum ſollicitudinem, & labores, homines per gratiam Spiritus ſancti, ſanctificentur. Ad talem autem ſanctificationem animarum, nullas taliter ſanctificabant creaturas, ſed dicere ſolebant hominibus, velut Apoſtolus *Paulus 1. Corinth. 6. capite dicit: Sed abluti, ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI. *& in ſpiritu Dei noſtri.* Et iterum *Roman. 3 capite: Iuſtificati* gratis per gratiam *ipſius*, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto IESV, & hoc eſt rationabile & benè fundabile, ut vera ſanctificatio oſtendatur, hominibus in Chriſto.

NON ergò Apoſtoli acceperunt poteſtatem à Chriſto, ut tot & tanta Sacramenta nova & recentia, quæcunque eis placerent, ſtatuerent hominibus, & ſupra magiſtrum ſuum Chriſtum iſta multiplicarent, ſed ab Antichriſto moderni hanc poteſtatem receperunt, talia Sacramenta multiplicandi & ſolennizandi, qui ſecundum ſcripturas, *venit in nomine ſuo*, & *totam poteſtatem & authoritatem* ſibi uſurpat in Eccleſia, ut nulla poteſtas, nullus gradus, nulla ſcientia ſeminetur, ſine eius licentia, imò, ut nec ieiunia, feſtivitates, vel pœnitentia aliter rata ſit, quàm authoritate eius, & ſic factus eſt, ut nullum timeat, ſed ut omnes ipſum reſpiciant & vereantur, & qui ſecundum *Auguſtinum de verbis Domini, Sermon. 8.* dicit: *Ego ſanctifico, ego iuſtifico, quod ego dedero, hoc ſanctum eſt, & qui ad Chriſtum venienti, & Euangelium audienti, & ibi credenti, ac baptizato dicit: non es mundatus. Quare? Quia ibi non fui, omnia ſcilicet in*

it in suam authoritatem, colligens: ille Pontificibus ledit potestatem, ut talia recentia Sacramenta, quæcunque voluerunt supra CHRISTVM & ius Apostolos introducere possint, per quæ omniant homines plenam in anima & corpore posse recipere sanctificationem, & cuilibet rei sanctæ prius fingũt se posse sanctitatẽ superaddere per benedictiones corũ, & hinc de suæ pleniudinis potestate fingũt se posse hominibus spirituales cõcedere gratias & indulgẽtias, ab auditione missæ, ab horis dicendis, & alijs spiritualibus orationibus, & genu flexione ad sonum campanæ, vel cùm audiunt Christũ vel Mariam nominari, à visione Sacramenti, ab osculo pacis, ab aspersione aquæ, &c. quæ nunquam Apostoli attẽtaverunt, & hoc movit *Doctorem Euangelicum* dicere, in suo trialogo, de talibus recentibus antichristi Sacramentis, & a modernis tantùm magnificatis, & solemnizatis, *cap. de Confirmatione*. Quibusdam videtur, quod ista brevis & levis ipsorum confirmatio cum adiectis ritibus tantùm solennibus, est ideò intentione Diaboli introducta, ut populus in Ecclesiæ fide illuderetur, & ipsorum solennitas aut necessitas plus crederetur. Hæc ille.

SIC nec istud videtur fundabile, ubi Rokenzana nolens magnificare Sacramẽtum olei modò usitatum, post Christum & Apostolos noviter introductum, attribuit unctioni olei remissionem peccatorum, Orationi autem quæ maioris est efficatiæ, alleviationẽ corporis, quod ex verbis beati Iacobi possit convinci, hec non est fundabile, cùm beatus Iacobus utrumque orationi tribuat, scilicet & remissionem peccatorum, & alleviationem

nem corporis,quando dicit: *Et oratio fidei ſalvabit infirmum*,& alleviabit *eum Dominus*,*& ſi in* peccatis fuerit, remittuntur ei. Hæc enim ambo dignè orantes,ſemper poterunt obtinere, dummodò impedimentum non intervenerit,ex parte recipientis. Nam ad hoc eſt præceptum Domini,quo dicit *ſic autem orabitis: Et dimitte nobis debita noſtra*,ſic & de infirmitate dicit Euangelium: *Ecce leproſus veniens adorabat eum,dicens: Domine, ſi vis potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo, mundare.* Et communiter ex ſcriptura docetur, quod qui dignè credentes, & non hæſitantes oraverunt, ſi non intervenerit impedimentum ex parte recipientis,utrumque per orationem obtinere ſolent, remiſſionem ſcilicet peccatorum & alleviationem corporis. & hoc quod fides docet, Iacob. Apoſtolus innuit,hortans homines, ut in infirmitatem incidentes, à Deo quærant remiſſionem peccatorum & alleviationem corporis, & pro illo docet eos orare. Rokenzana autem volens eſſe legis doctor, præter verba Apoſtoli abſtrahit orationi remiſſionem peccatorum, & attribuit eam unctioni olei, quod non videtur, ſuſtinendum. Cùm deberet hoc primùm ex fide doceri, quod Deus det talem virtutem oleo, ſed cautè Rokenzana* mendicit, quando dicit: Licet ſpiritualẽ ſanationem quæ per unctionẽ fit, digni ſemper ſuſcipiant, non tamen ſemper expedit ſanitas corporalis, ut per orationem impetretur. Hoc fortè ſic ideò dicere poteſt, quia viſitans infirmos cum oleo ſuo,non cognoſcit ſe habere poteſtatem,ut aliquando per ſuam orationem alicui impetret ſanitatem,ideo,ne ita apparenter confũdatur,dicit,quod non ſẽper expedit ſanitas corporalis,

* Incedit.

ralis,de remissione autem peecatòrũ potest loqui quicquid vult, quia invisibilis est, & de illa nullus aliquid obijcere potest.sic nec illud verba beati Iacobi videntur prætẽdere,quod hoc Sacramẽtũ unctionis non quibus libet infirmis,sed de proximò morituris debeat ministrari,cùm Iacob. Apost.orare docet & unctionẽ suscipere ad recuperãdã vitam, non aũt ad deperdendã,& quãdo aliquis post talem orationem et unctionẽ sanitatẽ adeptus fuerit,potuit diu vivere, sicut Ezech. post infirmitatẽ per unctionẽ ,tempus vitæ longioris acquisivit.Si igitur Apost. specificasset ibi ultimã infirmitatem , non hortaretur , ut per orationem quærant sanitatem , sed hortaretur eos ad disponendũ domui suæ , sicut dixerat Esaias ipsi Ezechiæ regi,*ut disponat domui suæ, quia morietur & nõ vivet*,& per consequẽs verba Apost.sunt communia,quæ possũt in eodẽ homine nõ semel sed pluries adimpleri, nec ex sacra scriptura videtur doceri oppositũ , quin possit dari quibuscunq; infirmis,& quotiescunque sunt infirmi,cùm Salvator *Marc.ult.*absolutè dicat,de crediturisin eũ.*Super ægros manus imponẽt,& benè habebũt*.Et Apostolis similiter dictũ erat absolutè:*Infirmos curate*.& cõsequẽturChristi discipulisLuc. 10.NecB.Iacob.verba ad cõtrariũ impellunt,imò,si ita esset,ut cõmuniter dicitur,quod hocSacramẽtũ extremæ unctionis fit ordinatũ propter deletionem leviũ peccatorũ,nõ videtur rationabile statutũ , quo ordinatum est,quod hocSacramentũ tantũ in fine vitæ hominis ministretur.Quia cùm homines cõtinuè venialiter peccant, ideò si Deus velit habere Sacramentum speciale , pro deletione talium levium peccatorum, tunc faceret illud fieri commune,

B.Iacobus nõ agit, de jam jam morituro.

mune,& non reſtringeret ipſum ad certum & determinatum tantùm tempus, & ſi dicat quis,primũ locũ habent alia Sacramenta, iſtud autẽ ordinatum eſt pro agone mortis,cõtra hoc poſſet quærere aliquis . Si iſtud Sacramentum tunc ſupplet locum aliorũ Sacramentorum , quare tunc datur Sacramentum Euchariſtiæ , & quare illud ante mortem et in morte eſt cõmune, & iſtud tantùm in agone?,& ſi Sacramentum Euchariſtiæ tunc datur et abundantius ſanctificat , & virtus eius trãſcendit iſtius utilitatẽ, videtur ,quod ſuperfluat iſtud,& per conſequens nec hoc videtur fundabile dicere,quòd hoc Sacramentũ ſit tantùm propter venialia peccata delenda ordinatum,ſed probabilius videtur dicendum,quod Iac. Apoſt loquitur de peccatis mortalib. remittendis per orationem devota aliquando à Domino,& ad hoc ſignificãdum,Apoſt ſub nota dubietatis loquitur, quando dicit : & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei, quia ſine venialibus indubitanter eſſe non poſſumus,quàm diu vivimus in hac vita,cùm ſcriptum ſit: Nõ eſt homo ſic iuſtus ſuper terrã qui nõ peccet. Et Apoſtoli dixerũt, 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas nõ eſt in nobis. Et tales multæ circa hoc moveri poſſunt difficultates ,quas introduxerunt circa talia Sacramenta inutiliter, quod penſans *Doctor Euangelicus , ubi* ſuprà, ita ſcribit, *utrum autem*,licet ſic uncto infirmato , *poſtmodum incedere ſuper terram, & utrum oportet Preſbyterum habere evidentem notitiam , quod ſic unctus terram amplius non calcabit , & utrum reiterari poterit hoc Sacramentum extremæ unctionis eſt dubitabile apud multos. Sed relinquo ſtolidis huiuſmodi dubietates inutiliter pertra-*

pertractandas, unum asserens mihi probabile, quod sic infirmatus & unctus, ac postmodum corpore convalescens, ac unctus posterius, non tunc recepit Sacramentum extremæ unctionis. Hæc ille.

Contra inunctionē. in organis sensuum.

NEC insuper illud videbitur fundabile, quod talis unctio tantū organis quinq; sensuum applicetur, ut est mos Romanæ curiæ, cùm sensus extrinseci in homine (licet in aliquibus fuit quædam radix ex parte, per quā spiritualis in animam ingreditur infirmitas) non tamen in omnibus, cùm quidam sint à natura cæci, muti & surdi, & aliqui careant sensu olfactus, alij gustus, alij tactus, & si qui habent omnes potentias sensuum, illa tamen non sunt immediata radix spiritualis infirmitatis, cùm cor in homine sit principaliter radix omnium talium infirmitatum, de quo secundum dictum veritatis exeunt malæ cogitationes, homicidia, furta, &c. Ergò secundum hoc, rationabilius videtur, quod pectus illi supposítum & consequenter alia similiter membra, quæ Apostolus dicit esse arma iniquitatis, inungantur. Quia cùm homines non solùm peccant per sensus, sed etiam per singula membra, per caput, crines, frontem, faciem, per corporis gracilitatem, in quibus membris singulis promittit se velle pœnitere, videlicet *Esai. 3*, & alia scriptura dicit: *Per quæ quis peccat, per hæc & punietur & torquebitur*, ideò si hoc Sacramentum ordinatum est in remedium eorum peccatorum, quæ homines per sensus corporis contrahunt, quare non omnia cum eodem odio odit Deus peccata frontis, faciei & crinium, sicut & quinque potentiarum sensuum? & movet ratio, quod hoc Sacramentum institutum est propter morbum corporalem,

Scil *unguntur*

poralem, sed morbus corporalis occupat quandoque totum corpus, sequitur, quod totum corpus rationabiliter est ungendum.

SIMILITER si in Baptismo ob significandum universalem animæ mundationem, totum corpus immergitur, quare similiter totum corpus, dum totum invadit infirmitas oleo (quod valeret ad corporis sanitatem) regulariter non ungeretur, & faciebant sic antiquitus, ut antiquæ testantur agendæ, & hodie in partibus aliquibus non unguntur organa sensuum, sed pedes & lumbi.

CAPVT. XXXI.

EX quibus omnibus pensatis benè & examinatis fide scripturæ potest cognosci, quod illud Sacramentum extremæ unctionis, quo ad sensum & formam modò usitatam, & conditiones prædictas non habet verum fundamentum in illis verbis beati Apostoli Iacobi antè dictis, licet sub verbis illis Apostoli sit impertinenter supra Christum & eius Apostolos introductum, nec etiam verè, quoad hoc fundatur in illo verbo Euangelij *Marc. sextò capite*, ubi Euangelista de Apostolis à CHRISTO IESV Domino & Servatore nostro missis ad prædicandum, sic dicit: *Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, & salvabantur.* Quia *Petrus de Tharantho super 4. Sentent.* loquens de Sacramento unctionis, scribit: *Illa unctio, de qua Marc. 6. cap. erat in miraculum, & non in Sacramentum.* Hæc ille.

ET per consequens Magister Ioannes Rokenza-

kenzana, si vult hoc Sacramentum unctionis extremæ pro quo tam graves fert labores benè stabilire, de præstantiori ipsius fundamento sibi provideat, quàm est istud, quia in petra firma minimè est fundatum, sibi non subsistit.

QVAMVIS autem hoc Sacramentum extremæ unctionis vero fundamento careat, Sacerdotes tamen avari, ipsum nimis defendunt & commendant, & homines etiam pessimi, communiter pro illo multum instant. In Sacerdotibus enim avaris maior esse devotio ad hoc Sacramentum non apparet, nisi ut lucrum temporale eis accrescat, qui parvo pretio oleum illud, ut communiter à Simoniacis & simoniacè promotis, benedictum simoniacè ab Episcopo comparantes, & per diaconatus dividunt, & Plebani pòst illud augmentantes per levem tantùm tactum pollicis illo mediante maiorem summam pecuniæ colligunt, quàm multæ *penestice* de multis vasis olei olivarum.

Sacramentum unctionis extremæ, defenditur, ob Avaritiam Sacerdotum.

IN hominibus cæcis & malis, alius fructus ex acceptione eius non apparet, nisi *suppodiatio* quædam vana & inutilis, ut ex taliquali perceptione hominis infirmi; huiusmodi unctionis, amici superstites hominis mortui, possint dicere, in plena veritate, casum vitæ suæ finivit, & compos rationis, solus adhuc candelam in manus suas recepit. Non illam prætendit beatus Iacobus Apostolus, docens: *orare super infirmos, & ipsum ungere*. Sed ut dictum est superius, fiebat hæc unctio pro consolatione infirmi cum circumstantijs ad hoc aptis & idoneis, & oratione devota, quæ unctio pertinet specialiter ad Sacerdotes, qui velut Patres spirituales pri-

les primi debent esse executores divinorum præceptorum, & instructores fidelium, & orantes super infirmos, & in spe futuræ vitæ beatæ ipsum consolantes, deinde pertinet ad quemlibet Christianum indifferenter, de quanto sentit se obligatum ad exhibendum cuilibet pro posse beneficium. Ex illo Christi dicto: infirmus fui, & venistis ad me, & de quanto timet incurrere crimen divitis epulonis, non impendentis beneficium Lazaro, ante ianuas suas iacenti, sed quia variæ infirmitates, vulnera & miseriæ vexant homines, in quibus indigent consolatione, & pro recuperanda sanitate ille illa, & alij alia indigent medicina, si combusti sunt, aliqui in lateribus, vel alijs partibus corporis, non incongruè sumerent unctionem olei olivarum, ad hoc valentem, si vulnerati, alijs emplastris diversis sunt consolandi, si sanie vel sordibus alijs iacent, illi non tàm oleo quàm lixivio, pro abluendis vestimentis, & lavandis corporibus defedatis indigerent. Nec beati Iacobi verba ad contrarium impellunt, quin hæc omnia licitè & meritoriè à quolibet, cui vires suppetunt, fieri possunt, sic & quilibet ex fide tenetur, pro alio indigente & infirmo, orare, ad quantum se scit ex illo dicto beati Iacobi Apostoli obligatum, quo dicit: *Orate pro invicem, ut salvemini.* Et ex illo, quo veritas dicit, sic orabitis: *Dimitte nobis debita nostra, & ne nos inducas in tentationem.* Ista fundamentum haberent in prædicto verbo Iacobi, non autem illud prædictum vocatum sacramentum, cum conditionibus & sensu prædictis. Sed licet illa, quæ ex verbis Apostoli dicta sunt, sint multùm utilia, quia tamen carent lucro temporalium, &

sunt

sunt sacerdotibus tædiosa, ideo infideliter ab eis prætermittuntur. Hoc ergò timere deberet adversarius proprio confodiendus iaculo, quod contra nos emisit, allegãs D. Archidiaconum, qui dicit, omnes qui sacramentum extremæ unctionis conferre renuunt aut negligũt, ad quos ex cura (quam gerunt) illud pertinet, damnationem ut mihi videtur, sibi acquirunt, qui non nos inculpat, sed seipsum, de hoc quod Sacramentum unctionis ad sensum, finem & effectum, & intentionem, beati Iacobi non practicat, sed loco illius practicat novum sacramentum & infundabile, & ergo caueat sibi ex hoc, ne à domino arguatur.

NON BENE FVNDAT M. Ioannes Rokenzana, Sacramentum confirmationis in sensu & forma modò usitatis in scriptura,

CAPVT XXXII.

IAM alium punctum M. Ioannis Rokenzanæ decet examinare, quo nititur Sacramentum confirmationis in sensu & ritibus tantùm solennibus modò usitatis, fundare in illo *Matth. 10. Acto. 8. & 19. Cap.* ubi fit mentio de impositione manus Christi in parvulos, & Apostolorum in baptisatos, adducens pro illo plures authoritates sanctorum Doctorum, sed qui vult diligenter pensare dicta loca scripturæ, reperiet, quod illa non sunt pro sensu & forma Sacracramenti confirmationis modò usitati, sed sunt pro Sacramento ma- De confirmatione.

nus impositionis, quod Apostoli ex Magistri sui exemplatione didicerunt, quando post ipsius ascensionem, illud erga conversos ad fidem CHRISTI exercuerunt. Hinc ad scripta Magistri Ioannis Rokenzanæ respondet pro nobis,& nos cum illo, *Doctor Euangelicus* in trialogo tractans de hoc Sacramento,ubi ita scribit, *quod nimis levis videtur esse huius Sacramenti in Apostolorum actu fundatio,de quo scilicet Actorum 8. habetur, cùm dici potest probabiliter, quod licet baptizatio in nomine* IESV *Christi fuit ad tempus valida,quousque non fuerat istud sufficienter publicatum, tamen publicatione hac facta, fuit ad formam verborum Euangelij redeundum. Et sic nominetenus baptizati in Samaria fuerunt legitimè baptizandi. Et confirmatur ex hoc, quod baptizatos nostros dicimus regulariter Spiritum sanctum accipere, eo ipso, quod legitimè baptizantur multò ergò magis hoc fuit verum, in primitiva Ecclesia. Sed in textu dicitur, quod Petrus & Ioannes imposuerunt manus super eos, & accipiebant Spiritum sanctum, ac si non ante illum Spiritum sanctum accepissent, quomodo ergò antè legitimè fuerunt baptizati?, .Nec obest, quod convenit baptizantem super baptizatum manus imponere, exemplo Apostolorum. Si ergò inquit Doctor, ex textu isto præcisè convincitur, confirmationem esse appropriandam Episcopis, (ut communiter innuunt) oportet, quod ipsi imponant super confirmatos manus suas, ut Spiritum sanctum accipiant, sed ista Spiritus sancti susceptio, nec docetur signo visibili, nec etiam ratione, quomodo ergò ex isto textu concluditur, quod Episcopi dant hoc Sacramentum pueris, quos confirmant?, Et quantum ad Oleum quo tinguns pueros & peplum lineum, quod complexum*

est capiti

ut capiti, videtur, quod sit ritus levis, infundabilis ex scriptura. Hæc ille.

ET plura ibidem contra hanc confirmationem multiplicat argumenta, quæ qui vult videre, potest in loco.

EX QVIBVS quilibet qui vult fideliter eius pensitare verba, potest cognoscere, quod iste Doctor non dicat hanc confirmationem modò usitatam, supra CHRISTVM & eius Apostolos infundabiliter introductam esse, fundatam in illis locis allegatæ scripturæ, ubi Magister Ioannes Rokenzana ipsam fundare nititur, quod indubiè loquitur, suspectum habens ad confirmationem in sensu & forma modò usitata, non autem ad manuum impositionem in quantũ videlicet à Christo in sui puritate & substantia est exemplata, & per Apostolos post eius ascensionem erga conversos ad fidem practicata, quam dicit, quò ad hoc esse fundatam in illo Act. 8. ubi Apostoli imponebant super baptizatos manus, absque omni materia modò usitata, ubi eum super 1. Cor. allegat Rokenzana. Et eodẽ modo intelligendi sunt & alij doctores, quos ibidem adducit Rokenzana, quod loquentes de confirmatione & eam fundantes in allegatis locis scripturæ, loquuntur de ea, in quantum à Christo in sua substantia & puritate est exemplata, & per Apostolos practizata, scilicet, quò ad manuum impositionem, non autem quantum ad chrismationem, & ritus alios solennes, aut ad sensus modò usitatos, & pòst infundabiliter quoad scripturam introductos. Quia quantum ad hoc & *Thomas* loquens de institutione huius Sacramenti, refert de quibusdam dicens, quod *ali-*

qui dixerunt, quòd nec Christus nec Apostoli talem confirmationem instituerunt, sed quod in successu temporis, sit in quodam concilio institutum, quod & alij plures dicunt, qui in prima parte huius, circa eandem materiam sunt adducti, ubi autem doctores quos Rokenzana in suis scriptis adducit, pro tali confirmatione modò usitata, mentionem faciunt de chrismatione & ipsius chrismatis per Episcopum benedictione, loquuntur secundū exigentiam temporis, quando iam mos talis inolevit, non intelligentes, quod talis confirmatio vel chrismatis per Episcopos benedictio, sit de necessitate sacramenti, manus impositionis, suprà dicti, & per Apostolos practisati, sed de institutione Ecclesiæ, ut in prima parte deductum est. Videat ergò Rokenzana, quid per suum tàm gravem labyrintum efficit, contra nostram in hoc puncto catholicam & benè fundatam super firmam petram sententiam, &c.

SEQVITVR DE SECVNda Culpa.

CAPVT. XXXIII.

De precibus pro Defunctis.

IAM ad secundam culpam accedimus, nobis subtili forma propositam. Sacerdotes Taboritarum sunt mortuis hominibus nocivi, quia pro animabus defunctorum non orant, alios ab oratione & operibus pietatis, pro animabus fiendis, abducendo, & ad hoc legem Dei non habent atque scripturas sanctorum non habent, quod hoc sit malum. Ad quam taliter respondemus

quo-

quod ſalvandis mortuis non nocemus, docentes populum, ut vivant ſecundum legem Dei, prout uniuscuiusq; requirit ſtatus & conditio, credentes ex eadem lege etiam ſanctam Eccleſiam catholicam, & eius in omnibus bonis operibus communionem, ſic videlicet, quod opera bona mortuorum, quæ hîc exeuntes fecerunt, ſunt pro conſolatione vivorum, & econtrà, bona opera viantium, ſunt, & finaliter erunt pro conſolatione mortuorum, nec quantum ad hoc negamus, quando vivi homines ſuis pijs operibus pro ficui ſint mortuis, cùm ponamus eos *in participio* ſuperſtitum modo prædicto, & tenemus ex antè dictis in prima parte ex teſtimonio CHRISTI, Apoſtoli Pauli, & Origenis, quod nondum Sancti iam mortui *receperunt conſummatam lætitiam ſuam, ſine nobis.*

NAM Apoſtoli & ipſi expectant, ut & nos ipſorum lætitiæ participes fiamus, & ipſi noſtra, cum cuilibet Chriſtiano augebitur lætitia, quando quilibet lætitiæ ac meriti alterius particeps fiet. Vbi autem ſpecialiter nos *inculpat*, quod pro animabus mortuorum non oramus, & alios ad hoc non exhortamur, ut talibus pijs operibus ſuffragentur ad modum uſitatum, & intentionem Magiſtrorum, qui præſuppoſito loco purgatorij, poſt hanc vitam animarum à corpore exutarum, quæ non ad plenum hîc in via pro peccatis ſatisfecerunt, ſumma cum diligentia pro fidei articulo docent, quod fidelis hîc in via talibus propter unionem charitatis & Spiritus, debent ieiunijs & orationibus, & eleemoſynis, & ſanctis operibus ſuffragari,

ad hoc taliter reſpondemus, quod attenden-

tes de loco purgatorij varietates doctorum, qui non certitudinaliter docent, utrum videlicet hîc in præsenti vita, tempore legis gratiæ, animæ salvandorum ad plenum purgentur, an primo in die iudicij corporibus assumptis igne emundatorio ipsius, quo exuretur facies mundi huius, expientur, vel utrum fiat hoc secundum sensum Magistrorum tempore medio, diem iudicij præcedente, cùm aliqui doctorum ad unam doctrinam temporis hanc salvandorum purgationem limitare videantur, & alij ad aliam, ut in prima parte latè ostensum est, & non videntes aliquam scripturam expressam, ad tenendum talem locum purgatorij, quem Magistri somniant pro fidei articulo, sub damnatione æterna obligantem, & considerantes homines ex hac continuè in peius proficere, ipsum astruere & promovere pro fidei articulo non audemus, & per consequens, quàm diu de ipso ex Scriptura certificati non fuerimus, non videtur nobis, quod fideles hîc in via, debeamus adhortari, ut talibus quos somniant, in tali existere purgatorio, ieiunijs, & orationibus, eleemosynis, & sanctis oblationibus, debeant taliter, ut ipsi promovent, suffragari, quid autem nos finaliter sentiamus de purgatione animarum salvandarum ædificantium supra firmum fundamentum, quod est CHRISTVS, lignum fœnum vel stipulam, satis ostensum est, in prima parte, ubi tractatur de purgatorio, specialiter eiusdem materiæ ultimo capitulo.

PVRGA-

PVRGATORIVM POST hanc vitam esse, in sensu quomodo communiter promovetur, non esse fundabile in scriptura.

CAPVT. XXXIIII.

QVANDO autem M. Ioannes Rokenzana fundare nititur, quod locus purgatorij post hanc vitam, sit animarum, eorum, qui salvandi sunt, & non satisfecerunt hîc pro peccatis, in quo pœnas sustinentes, corporales sensibiles, purgarentur, & de illo post purgatorium nunc ante diem iudicij aliquæ exirent prius, & aliæ posterius, quibus fideles hìc in via debeant ieiunijs & orationibus, eleemosynis & sanctis oblationibus suffragari, pro illo plures allegant scripturas, illæ tamen si fideliter, & verè, & diligenter advertantur, non sunt pro illo vel tali purgatorio, nec ipsum datum est primarium significatum alicuius partis sacræ scripturæ, quas ipse cum alijs pro fundatione illius dicti loci allegare consueverunt, & quia inter omnes scripturas, quas pro existentia talis loci purgatorij Magistri adducunt, non est fortior, quàm dictum Apostoli *1. Cor. 3. de lignò, fœno & stipulà*, in quo communiter omnes qui loquuntur de purgatorio, ipsum ibi fundare nituntur, ideò restat nobis verum sensum illius scripturæ investigare, quo investigato atque ostenso, quod illa verba Apostoli non benè videntur verificari posse de virtute sermonis, ad sensum Magistri pro existẽtia huius

loci purgatorij, constabit illud fundamentũ cum eo superædificio, esse iam oneroſum & *iniectum*. Cùm autem non videatur verior sensus illius scripturæ Apostoli, nisi quem doctores in prima parte huius, adducti, exprimunt, sententiantes, quod animæ salvandorum supra fundamentum, quod est Christus, lignum, fœnum & stipulã ædificantiũ in vita præsenti per ignem tribulationis & alios modos in secunda suppositione huius materiæ expressos, vel in mortis articulo statim in adventu futuri sæculi, vel si quid purgandum post hanc vitam in eis remanserit, per ignẽ emundatorium extremi iudicij ab omnibus suis inquinamentis secundum Dei ordinationem finaliter purgabuntur, cùm doctores prædicti illa verba Apostoli exponant ad literam de die judicij, & de igne emundatorio, qui revelabitur ex ipso, & ad sensum mysticum de die & igne præsentis tribulationis, ut in prima parte huius latè demonstratum est, & verba Apostoli benè de virtute sermonis illi utriq; sensui adoptantur, ideo relinquitur quod sensus M. Ioannis Rokenzanæ cum cæteris sibi in hoc adhærentibus Magistris, quem ipse pro existentia talis loci purgatorij somniati, ex illis verbis Apostoli elicit, ipsis non potest coaptari, nec ipsum dictum est primarium significatum illius scripturæ. Quia, si ibi Apostolus per diem Domini, prout ipsi volunt, intelligere velit diem mortis, & per ignem talis purgatorij somniati, qui opus uniuscuiusque probare debeat, tunc necessariò omnes generaliter intrarent illud purgatorium, & cùm secundum Magistros, qui ædificant supra fundamentum, quod est Christus, aurum, argentum, & lapides pretiosos,

cioſos, vel quibus damnatio parata eſt, & CHRISTVM in fundamento non habuerunt, purgatorium illud eorum non intrant; relinquitur ergò, quod non eſt ille ſenſus verborum Apoſtoli, quem Magiſter Ioannes Rokenzana ſibi fingit, nec hoc videtur dicendum, quod mors hominum declararet & manifeſtaret omnia opera ſua, quia quamdiu mors durat, nihil certi ſcit, niſi poſt ſeparationem animæ à corpore, & hoc jam erit poſt diem iudicij, ſecundum eorum intellectum, & ergò non videtur illud poſſe ſuſtineri, & per conſequens poteſt videri ex hoc quod Rokenzana capit hoc per ſuam expoſitionem ex verbis Apoſtoli, quod nec illa verba exprimunt, nec per ſententiam continent, & per hoc faciliter inveſtigari poteſt falſus ſenſus Scripturæ, quando ſenſus elicitus, non poteſt ſtare cum illo, de quo Scriptura loquitur, ſed ſi quis vult benè exponere ſcripturam, maximè debet attendere, quod illa Scriptura exprimit, quia illud quod exprimit, illud vult, aliâs de facili homo poſſit decipi, & à vero ſenſu & primario ſcripturæ per expoſitionem alicuius abduci, quando ex ſcriptura trahit aliquid aliud, quod nec illa ſcriptura exprimit, nec per ſententiam continet. *Hinc beatus Auguſtinus* volens oſtendere, quod ex his, quæ exprimuntur in ſcripturis ſenſus earũ debet quæri, ſic *ſermone 220.* ſcribit: *accipe quod certum eſt, & dimitte quod incertum eſt, quid aliud credere debeo, niſi quod lego, quod autem lego, hoc & prædicare audeo*, Hæc ille. Pro eodem eſt *Hieronymus in Epiſtola contra Helvidium*, de virginiate perpetua beatæ virginis Mariæ, qui ſic ſcribit: *Natum Deum eſſe, ex virgine*

credimus

credimus,quia legimus: *Mariam nupsisse* post partum,non credimus,*quia non legimus*.Hæc ille.

ECCE isti doctores fidem non fundant in alio,nisi in eo quod legunt, & hæc loqui & prædicare sine formidine audent, quia secundum *Ambrosium,nihil iniquius quàm nolle credere simpliciter, quod legitur,& audere credere, quod non legitur*, quicquid Scriptura dicit,præterire:de quo tacet, hoc ex illa eliciendo,tenere. Et per consequens,illud est confictum ab antiquo mendacium, quod M. Ioannes Rokenzana ex dictis verbis Apostoli pro conficto loco capit purgatorij, cùm sensui illi non benè possint verba Apostoli coaptari,per quod cavere debet sibi Rokenzana, ne ex hoc falsum Prophetam,imò & hæreticum,si pertinaciter hoc tenuerit, seipsum antestetur: Scribit enim *Origenes Om.2. super Ezech. Si quis legens Euangelium proprium sensum aptat Euangelio, non ita intelligens, ut Dominus locutus est, iste falsus Propheta est, loquens de corde proprio in Euangelio. Et de hæreticis nihil absurdum est, hæc dicta intelligere, deferunt quippe quasi de Euangelijs & quasi de Apostolis ἀιῶνων suorum fabulas, proprio corde exponentes, non cor Spiritus sancti, neque enim possunt dicere, Nos autem sensum Christi habemus, ut videamus ea, quæ à Deo nobis donata sunt. Cùm autem & super me venerit, qui dicor Euangelicus, qui accipio librum sanctum & nitor ipsum interpretari, hoc quod de hæreticis intelligi potest, quæso audientes, ut diligenter attendant, & accipiant gratiam Spiritus, de quo dictũ est, discretiones sunt spirituum, ut probati Trapezitæ facti, diligenter observent, quando falsus frater sim, quando verò prædicem, quæ pietatis sunt ac veritatis. Si itaque invenio in Moyse & in Prophetis*

sensum

sensum Christi, non de corde proprio loquor, sed de Spiritu sancto. Si autem nihil congruum inveniens, mihimet ipsi confingo quæ loquar, fluctans sermonibus, qui sunt alieni à Deo, de meo potius corde, quàm de Dei sensibus loquor, Hæc ille. *Idem Omel. 6. super Leviticò* sic scribitur: *Ponitur autem super illo & veritas, ut non illa quæ proprio quivit excogitare ingenio, sed quæ veritas habet, ne unquam à veritate discedat, ut in omni sermone eius semper veritas maneat. Hoc est ergò superposuisse rationali manifestationem & veritatem,* Hæc ille. In quorum confirmationem *Doctor Euangelicus in tractatu de veritate sacræ scripturæ ita scribit cap. 5. Omnis expositor explanat & defendit expositum, & non negat ipsum sed concedit ut compendiosum theorema, super quo ut fundamento stillat, secundum sensum confirmatum, expositio quidem non est scriptura sacra, sed eius præco vel ancilla, non negans dominam suam, sed ex verbis proprijs quæ mutuatur de domina, ipsam reverenter detegens & explanans.* Hæc ille. Hinc est quod *Chrysostomus de opere imperfecto super illud Matth. 7. erat docens, quasi potestatem habens, non sicut Scribæ & Pharisæi, ita scribit: Omnis doctor servus est legis. Quia neque supra legem addere potest aliquid de suo sensu, neque subtrahere secundum proprium intellectum, sed hoc tantummodo prædicet, quod habetur in lege, nec enim potest mens humana retractare, quod sapientia dictavit. & infrà. Qui autem hoc ausus est facere, se sapientiorem esse putat, quàm Deum, & incepit esse falsus testis, quia id dicit, quod non audivit, nec vidit. Sic enim Salomon ait, ne addas ad verba Dei neque subtrahas inde. Qui autem ausus est hoc facere, se sapientiorem esse putat quàm Deum, & incepit esse falsus testis, quia id dicit: quod nec auris audivit, nec oculus vidit.* Hæc ille. *Hie-*

ronj-

ronymus in epistola ad Pamachium, scribit: Commentatoris officium est, non quod ipse velit, sed quod sentiat ille quem interpretatur, exponere, alioquin si contraria dixerit, non tam interpres quàm adversarius erit, quem nititur explanare; certè ubicunque scripturas non interpretor, & liberè de meo sensu loquor, arguat me quilibet. Hæc ille.

ET *Augustinus in Psalmo 75.* super verba, calix vini meri, plenus mixto, &c. sic scribit: Quantum donat Dominus ut intelligam, potest enim alius melius, quia sic se habet obscuritas scripturarum, difficile est ut pariant unum intellectum, quicunque tamen intellectus exierit, opus est ut regulæ fidei congruat.

ISTÆ omnes authoritates sanctorum sunt ad hoc, quod ex his, quæ exprimuntur in Scriptura, sensus eorum debet quæri, & quod exponentium officium est, non quod ipsi volunt & sibi confingunt, sed quod sentiat ille quē exponunt, & quod sensus quicūque exierit, semper regulæ fidei conformetur, quod non potest docere Rokenzana, de sensu quem in verbis Apostoli sibi fingit.

QVARE PVRGATORIum, quod per M. Ioannem Rokenzanam, & alios communiter promovetur, vocatur somniatum.

CAPVT. XXXV.

NEC miretur aliquis, quod locum purgatorij, quem M. Ioannes Rokenzana promovet, confictum aut somniatum appellemus.

mus. Nam *beatus Augustinus libro 2. de Sacramentis*, de illo scribit: *Locus, purgatorius non est determinativus, nisi quia multis exemplis & apparitionibus animarum in huiusmodi pœnis positarum, monstratus est, & fortè probabilius dici poterit, ut in his locis singulæ animæ credantur sustinere pœnam, in quibus commisere culpam.* Hæc ille. De loco purgatorij.

ET eandem sententiam tangit Augustinus in libro 2. de Sacramentis, in quorum Sanctorum verbis tria tanguntur, Vnum, quod locus purgatorij ex fide scripturæ determinatus non est. I

Secundum, quod solùm exemplis & apparitionibus animarum in huiusmodi pœnis positarum, monstratus sit. II

Et tertiùm, quod nullum ex his affirmant, sed sub dubio omnia de eo relinquunt, quando subdunt, & fortè probabilius dici potest, ut in his locis singulæ animæ credantur sustinere pœnam, in quibus commisere culpam. III

ET idem *Augustinus de pœnitentia*, de igne purgatorio scribens, ait: *Melius est, inquit, ut discam benè vivere, quàm incerta de igne huiusmodi seminare. Si enim benè vivens, sufficienter pœnituero, ignem supplicij non timebo.* Hæc ille. *Et B. Gregorius in 4. dialogorum* narrat, quod solùm in apparenti visione nocturnali cuiusdam monachi, liberatio ipsius fratris, qui dicebatur justus, de purgatorio fuit sibi promulgata, quo audito sic concludit: concordante visione & sacrificio, res apertè claruit, quod frater, qui defunctus fuerat per salutarem hostiam supplicium evasit, potuit tamen illa apparitio facta fuisse à Diabolo, in multorum futuram deceptionem introducta, vel potuit frater dicere hoc, volens confusionem fratris germani & propriam palliare. Et idem de *Diacono Pascasio*,

sio, qui quamvis magnæ fuit Sanctitatis, tamen quia litigantibus Symmacho & Laurentio, parti non habenti veritatem concenserat, condemnatus est ad serviendũ intrantibus Balneum naturale, & dicit sibi hoc fore à senioribus relatum, quod Germanus Episcopus ex consilio medicorum, lavans in eodem balneo ipsum Paschasium stantẽ & ministrantem inveniſſet. Et idem iterum ibidem scribit de uno Sacerdote, qui balneavit in balneo naturali, & invenit ibi animam cuiusdam hominis, illi sacerdoti ministrantem, & postea dicit, quod eam *ab inde* per orationem liberasset, secundum hæc ergò dicta Gregorij, locus purgatorij esse deberet, in balneis naturalibus. Alij autem fabulantur, quod quædam animæ purgantur in umbra, dicentes, hoc aliquibus esse à Gregorio revelatum. Aliqui dicunt quod purgantur in glacie, sicut legitur de S. Theobaldo: Et quidam piscatores Theobaldi in autumno frustum magnum glaciei pro pisce præhenderunt, de quo magis quã de pisce gavisi sunt, maximè quia Episcopus dolore pedũ laborabat, ipsam glaciem ipsius pedibus supposuerunt, & magnum ei refrigerium præstabat. Quadam verò vice de glacie vocem hominis audivit, qui ab Episcopo adiuratus quis esset, respondit: sum quædam anima, quæ hîc in gelicidio pro peccatis meis affligor, & liberari possem, si 30. Missæ sine intervallo 30. diebus continuis dicerẽtur, quam postea 30. Missas celebrans *ab inde* liberavit.

An in balneo sit purgatorium.

An in glacie.

ALIIS autem videbatur, quod Purgatorium sit in aëre vel aurea zona, in *Satyrica autem historia* cap. 220. part. 4. sub temporibus *Ottonis 3.* legitur, quod Odilio Cluniacensis abbas memoriam omni-

An in aëre vel zona aurea.

omnium defunctorum post festum omnium Sanctorum instituit occasione revelationis cuiusdam religiosi, qui sibi revelavit dicens: Sunt nobis vicina loca, ex quibus flammarum evomuntur incendia, ubi animæ diversa luunt pro demeritorum suorum tormentis, suntque ibi inquit, infiniti dæmones, qui redivivas instanter instaurant pœnas, quos ego inquit, frequenter audivi, querulis lamentationibus eiulantes. Alij autem referunt, quod cùm quidam custos Ecclesiæ S. Petri ex devotione in die omnium Sanctorum omnia altaria circuisset, extra se raptus, vidit utriusq; sexus homines, alios in stratis aureis, alios immēsis gaudijs, alios in diversis delicijs, alios nudos, quibus nec spes, nec auxilium erat, mendicantes. Quam visionem dicunt sibi Angelum exposuisse, dicentem: hunc locum Purgatorij esse, abundantes animas esse, quibus ab amicis subveniebatur, egentes verò esse, quorum cura nullatenus habebatur. Quidam iterum fabulantur de Purgatorio Patricij, alij quod animæ quiescūt in die dominica, & quidam, quod Papa concedit indulgentias pro spiritibus mortuorum. & infinita sunt talia mendacia conficta, quæ possent colligi ex postillis avarorum Sacerdotum per eosdem antiquitus prædicātis, & in scripto relictis, quæ omnia velut fabulæ carentes authoritate scripturæ, sunt à fidelibus deridendæ. Similia illis habet fundamenta sui Purgatorij Rokenzana, qui ostendens se fore de numero talium fabulariorum oblitus Dei præcepti, quo prohibet quærere à mortuis veritatem, Deuter. 8. solennizavit sæpius coram toto auditorio sententiam Cyrilli ad Augustinū, qui ut refert Eusebius, cùm fuisset tædio-

Purgatorium Patricij.

Indulg. papales.

ſus, & certitudine de exiſtentia Purgatorij caruiſſet, dixit, quod ſibi apparuiſſet beatus Hieronymus, dicens: Quid turbaris? congrega populum ut oret, & cùm populus congregatus fuiſſet, & oraſſet, apparuerunt tres mortui, & exiſtentiam eis Purgatorij nunciaverunt. Ecce quale fundamentum Purgatorij, certitudinem eius velle capere præter authoritatem ſcripturæ ex teſtimonio mortuorum. Teſtimoniũ hoc invalidum eſt, & divino præcepto obviat, quando aliquis per mortuos quærit certificari, de re aliqua occulta, ut quando volenti libenter habere certitudinem de damnatione, vel proſpero ſucceſſu amici mortui, apparet alicubi in ſomnis anima ipſius, dicens, ſe multa pati incommoda, & ipſe evigilans accedit Sacerdotem, *appretians eum* ad celebrandum pro eo 30. Miſſas. Talis videretur ſibi habere certitudinẽ de tormentis animæ ſui amici, in ſomnis per mortuum. Sed hoc Diabolus in futuram deceptionem multorum ex Dei permiſſione poſſet diſponere, ideò ex talibus teſtimonium capere non eſt firmum, contra quod expreſſè inuehens *Hieronymus, in tertio libro contra Ruffinum, ſic ſcribit: Nec mihi ad ſubterfugiendum mortuos aliquos nomines, ut cùm authorem oſtendere non potueris, illum proferas, qui non poteſt reſpondere.* Hæc ille.

Mortui non ſunt conſulendi.

RESPONSIO AD AVTHORitates Doctorum, quos Rokenzana pro exiſtentia ſui ſomniati Purgatorij adducit.

CAPVT. XXXVI.

Ex dictis

EX dictis patet, qualiter est respondendum ad Doctores, quos M. Ioan. Rokenzana pro existentia talis Purgatorij somniati adducit, quod ubi scribunt, pro purgatione animarum supra fundamentum quod est Christus, lignum, fœnum vel stipulam ædificantiũ, intelligunt esse statum inter beatitudinem & locum meriti, diem videlicet extremi iudicij & ignem emundatorium ipsius, in quo revelabitur illa dies: vel diem præsentis vitæ, & ignem præsentis probationis, in quibus animæ talium secundum Dei ordinationem & sententiam Doctorum in prima parte circa hoc adductorum, purgabuntur, quem sensum plures authoritates per præfatum M. Rokenzanæ adductæ, etiã inculcant & prætendunt, quibus pro eo, quod in verbis Apostoli de ligno, fœno & stipula veraciter fundantur, est credendum, & eò magis in testimonium debent suscipi, quòd ab adversario allegantur. Nam magnum est illũ habere testem, quem adversarius sibi in testimoniũ adducit. sed ut longè aliter, quàm ipse intelligit, sua comportata intelligat, & sensus eorundem etiam Doctorum contra se cõperiat, nec semper ubi Doctores nominant Purgatorium, æstimet illud suum somniatum eos intellexisse Purgatoriũ, vel ubi nominant ignem purgantem animas post hanc vitam, lignum, fœnum vel stipulam super fundamentum, quod est Christus ædificantes, æstimet illum ignem Purgatorij somniati eos intellexisse, ut ergò proprio confodiatur iaculo, quod cõtra nos emisit, aliquot ex eius authoritatibus in medium producemus. Allegat enim primò *Augustinum in sermone de igne Purgatorij, circa finẽ sic inquientem: Omnes sancti, qui Deo fideliter servierũt, & le-*

ctioni & orationi vacare, & in bonis operibus perseverare contendunt, nec capitalia crimina vel peccata minuta, sed bona opora facientes, per ignem Purgatorium absque ulla violatione transibunt: Illi verò, qui quamvis capitalia crimina admittant, & ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo quod Christo crediderunt, & capitalia peccata non admiserũt, venturi sunt, sed prius aut in hoc seculo per dei justitiam vel misericordiam, amarissimis sunt tribulationibus excoquendi, aut ipsi per multas eleemosynas, & per multas orationes, & præcipuè dum inimicis clementer indulgent, per misericordiam liberandi, aut certè illo igne longo tempore cruciandi sunt, ut ad vitam æternam sine macula perveniat. infra [*ille ignis Purgatorij durior est, quàm quicquid pœnarum, aut videri, aut cogitari, aut sentiri potest. Nemo ergò dicat, ad me non pertinet, quamdiu in eo moras habeam, tantùm ut, ad vitam exeam, cum de die iudicij scriptum sit, quod erit dies unus tanquam mille anni, & mille anni tanquàm annus unus. Vnde scit unusquisq; nostrum, quot diebus, aut quot mensibus, aut fortè etiam annis per ignem illum sit transiturus, & qui modò nec unum digitum suum vult in ignem mittere, quare non timeat, ne ei necesse sit tunc tanto tempore cum corpore & animâ cruciari? & ideò totis viribus unusquisq; laboret, ut capitalia crimina possit evadere, & minuta peccata ita bonis operibus redimere, ut ex ipsis nihil videatur permanere, quod ignis ille possit consumere.*] Hæc ille. In quibus verbis beatus Augustinus per adversarium allegatus, tria valdè notabilia elucidat. Primò, quod illi, qui peccata capitalia non admittentes ad perpetrandum minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda negligentes, ad vitam æternam sunt venturi, sed prius aut in hoc

Hæc non sunt in Augustino, loco citato, ordine quo hic commemorantur.

hoc ſæculo per pia opera & tribulationes ſunt exercendi, aut poſt mortem illo igne longo tempore cruciandi. Ne autem ibi quis ſic intelligat Auguſtinum, quod quemadmodum ipſum Magiſter Ioannes Rokenzana intelligit, ſecundò, in verbis præmiſſis ſe ipſum exponit, quod per illum ignem, quo longo tempore quidam ex talibus poſt mortem ſunt cruciandi, non intelligit ignem illum ſomniati Purgatorij, nec tempus illud inter mortem hominis & ultimam reſurrectionem interpoſitum, pro quo Rokenzana ipſum adducit, ſed tempus iudicij extremi, & ignem emundatorium ipſius. Ideò Auguſtinus præmittens ignis Purgatorij acerbitatẽ, quid intelligat per illum ignem, & longum tempus illius cruciatus ſubdit, cũ de die judicij ſcriptũ ſit, quod erit dies unus tanquàm mille anni, & mille anni tanquàm dies unus. Si enim non intelligeret de tempore iudicij, & de igne, qui in ipſo vel cũ ipſo revelabitur, nunquam in conſequentibus diceret, quod neceſſe erit tunc eos cum corpore & anima puniri, cùm in Purgatorio ſomniato ſolùm cruciarentur in anima, nec etiam in principio eiusdem authoritatis diceret, quod bona opera facientes & nec capitalia crimina, nec minuta peccata admittentes, per ignem Purgatorium abſque ulla violatione tranſibunt, cùm etiã ſecundũ adverſarium, aurum, argẽtũ, & lapides pretioſos, ſuper fundamentum quod eſt Chriſtus, ædificantes, nõ ingrediuntur Purgatorium Rokenzanæ, licet per ignem cõflagrationis, ſine læſione tranſeant, ut in prima parte ex authoritatibus oſtenſum eſt. Et tertiò in eadem authoritate Auguſt. hortatur, ut in præſenti ſic vivat, ne poſt hanc aliqua purgati-

one indigeat. Secundò M. Ioan. Rok. allegat pro Purgatorio suo somniato authoritatem *Cassiodori supra Psal. 60.* Domine ne in furore tuo arguas me, allegantis super illo *Aug. Sermon. 63.* sed quod Aug. quem adducit de igne purgationis animarum ædificantium supra fundamentum, quod est Christus, lignum, fœnum vel stipulam, non intelligat ignem Purgatorij illius somniati, sed ignem extremi iudicij, planius exprimit ipsemet Augustus, in loco super eodem verbo Psal. in 1. parte allegatus, sic scribens: *Arguuntur in die iudicij omnes, qui non habent fundamentum, quod est Christus, emundantur, id est purgantur, qui huic fundamento superædificant, lignum fœnum & stipulam. Detrimentum enim patientur, sed salvi erunt tamen per ignem.* Hæc ille.

ISTÆ duæ authoritates supra dictæ, quas Rokenzana pro se allegat, non pro eo militant, sed pro nobis. Benedictus igitur sit Dominus, qui os adversarij velut consilium Achitophel infatuavit, & sensum incurvavit, ut contra se ipsum pro nobis planè agendo concluderet, & contra suam intentionem propriam, pro benedicta veritate nostræ causæ adaptaret. Et secundùm hoc, possunt & aliæ authoritates plures per eum allegatæ, licet de igne Putgatorij post hanc vitam faciant mentionem, intelligi, quod loquuntur ad hunc sensum, & specialiter illa eiusdem. *Augustini prima*, quæ per eum allegatur *supra Psal. 37.* sic incipiēs: Ipse salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Secundò illa in *Omel. 16.* in fine, quæ incipit: Hi qui temporalibus pœnis digna fecerunt. Tertiò illa in libro *de vera & falsa pœnitentia, cap. 18.* quæ incipit; *Sed si etiam conversurus vivat vita & non moriatur.*

riatur. Quartò illa Ambrosij super Beati immaculati, super illo, vide humilitatem meam quæ sic incipit: *Nemo sibi arroget.* Quintò, illa *Origenis Omel. 16. super Exodo,* super illo verbo: Ceciderunt in profundum. *Sextò illa eiusdem Origenis Omel. 24. supra librum Numeri, loquens de civitatibus refugij,* quæ omnes possunt ad hunc sensum prædictum retorqueri & salvari. Aliquæ autem authoritates ex his, quas pro existentia sui Purgatorij Rokenzana adducit, nihil faciunt pro igne talis Purgatorij: quarum una est *Orig. Omel. 12 super Ieremia,* super illo verbo: Ecce ego mittam piscatores multos, illa autem authoritas eius non dicit, quod lignum, fœnum vel stipula, igne Purgatorij somniati consumerentur, sed dicit, quod Deus ignis consumens est, nõ proprias creaturas, sed superædificata, lignum, fœnum & stipulam. Alia est eiusdem *Orig. Omel. 24,* super Numero, tractans illud de mansionib. filiorum Israël, quæ simpliciter nihil facit pro Purgatorio, nec illa glossa ordinaria super textu illo *2. Petri 1. Novit Dominus suos de tentatione eripere, Iniquos verò in diem iudicij reservare cruciandos:* Quia illa non est pro illis, quos dicit intrare Purgatorium tale, sed pro damnandis. Et ibi vereri deberet Magister in Israël Rokenzana, quando audet pro illo adducere scripturas, ad quod minimè sonãt, & per hoc legentes scripta illius, & nostra iuxtà ponentes responsa, patulè cognoscere possunt, nihil M. Ioan. Rok. per gravem eius labyrinthum pro existentia Purgatorij somniati, effeciſſe, cùm Doctores cõmuniter & plures etiam quos ipse adducit verè fundãtes se in scriptura, exprimunt, alium locum & tempus aliud limitant pro purgatione animarum,

rum, ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus, lignũ, fœnũ vel ſtipulam ædificantium, quam Rok. ſibi fingit, & plures authoritates ſanctæ eſſent penſandæ, quia nihil faciunt pro Purgatorio ſomniato. Si originalia haberemus præ manibus, unde eas trahit, appareret ſenſus alius in multis quàm ipſe pro ſe trahit, nihilominus tamen ſi qui ſint Doctores, quos Roken. pro exiſtentia talis loci Purgatorij, quod ipſe prætendit, adducit, qui quod abſit ſic ſapiunt, quemadmodum ipſe eas intelligit, quia *ut ſic*, carent fundamento ſcripturæ. Nec poſſunt ad ſenſũ Apoſtoli de ligno, fœno, vel ſtipula, de virtute ſermonis verificari, ut patuit ſuperius, ideò in hoc ſuſcipiendi non ſunt, quia ſuperius oſtenſum eſt, ex authoritatibus ſanctorum, quod dicta ſanctorum Doctorum poſt Apoſtolos non ſunt acceptanda ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum, nec argumentum nude captum à teſtimonio eorum, eſt ſufficiens, quin liceat ipſis ſentire oppoſitum, quia *B. Aug. in prologo lib. 3. de trinitate*, & ponitur *diſt. 9. Negare*. ſic ſcribit: *Negare non poſſum, nec debeo, ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio & nulla temeritate culpari*. Hæc ille *Idem in epiſtola ad Fortunatũ*, & ponitur eadem diſtinctione. Cap. *Neque* ſcribit: *Neque quorumlibet diſputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, velut ſcripturas Canonicas habere debemus, ut non liceat nobis ſalva honorificentia, quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere, ſi firmè invenerimus, quod aliter ſenſerint, quàm veritas habet, divino adiutorio vel à nobis intellecta, vel ab alijs. Talis ego ſum in ſcripturis aliorum, quales volo eſſe intellectores meorum*. Idem

ad Vin-

ad Vincentium eadem distinct. *Noli frater*, est pro eodem, & *idem in libro primo de Trinitate*, de se ipso dicit: *Non piget me, inquit, si cubi hæsito quærere, nec pigebit, si cubi erro, dissere re. Quisquis ergò hoc audit & legit ubi pariter certus est, pergat mecum, ubi pariter hæsitat, quærat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me: ubi meum, revocet me. Ista ingrediantur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est:* Quærite faciem eius semper. Pro eodem est & *Ambrosius super Beati immaculati* libro 14. *sic scribens: Nulli credas tuum nisi præeunte lucerna istius luce processum, & ubi putas, quod luceat, ibi gurges est videtur lucere, sed polluit, & ubi putas solidum esse vel siccum, ibi lubricum est, sed et si lucerna tibi longius sit, sit ergò tibi fides itineris tui prævia, sit tibi iter scriptura divina: Bonus est cœlestis ductus eloquij. Ex hac lucerna accende & tu lucernam, ut luceat interior oculus tuus, qui lucerna est corporis tui* Hæc ille.

Ex quibus authoritatibus ostenditur, quod in opusculis tractatorum seu expositorum, multa corrigenda inveniuntur, & quod licet oppositum sentire Doctoribus, si aliter senserint, quàm veritas habet, & non imitari eos, nisi sequantur lucernam scripturæ divinæ, nec doctores omnia scribunt assertivè. Hinc est, *quod Hieronymus in libro ad Pamachium scribit: Commentarij quid operis habent?, alterius dicta edisserunt, quæ obscurè dicta sunt, plano sermone manifestant, multorum sententias replicant, & dicunt hunc locũ quidã sic edisserunt, alij sic interpretantur, illi sensum suum, & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare, ut prudens lector, cum diversas explanationes legerit & multorum vel probanda didicerit, iudicet quis verior sit.* Hæc ille.

Et *idem* pro eodem scribit in *epistola ad Augu-*

ſtinum: Si cui ſenſus iſte non placet, quo nec Petrus peccaſſe, nec Paulus procaciter oſtenditur arguiſſe maiorem, debet oſtendere, qua conſequentia Paulus in altero reprehendat, quod ipſe commiſit. Ex quo oſtendi, me non ex definito id defendere, quod in Græcis legeram, ſed ea quæ legeram expreſſiſſe, ut lectoris arbitrio derelinquerem, utrum probanda eſſent an improbanda. Hæc ille. Et per conſequens dicta Doctorum ſunt benè probanda, ſi habuerint veritatem, vel non Quia *Hieronymus ad Minertium & Alexandrum de reſurrectione ſcribit: Neque enim tanta eſt mea puſillanimitatis autoritas, qui nihil ſum, & invidorum tantùm morſibus pateo, quanta eorum, qui nos in Domino præceſſerunt, nec iuxta Pythagoræ diſcipulos præiudicata Doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda eſt, ſi quis autem contrariæ factionis immurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmati non acquieſco, ſciat me illud Apoſtoli libenter audire: omnia probate & quod iuſtum eſt tenete, & Salvatoris verba dicentis: Eſtote probati nummularij, ut ſi quis nummus adulter eſt, & figuram Cæſaris non habet, nec ſignatus moneta publica, reprobetur. Qui autem Chriſti faciem claro præfert lumine, in cordis noſtri marſupio recondatur.* Hæc ille.

IDEM pro eodem eſt in *epiſtola ad Tranquillum Ex parte ergò Origenem propter eruditionem ſic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, & Novatum, & Arnobium, & Apollinarem, & nonnullos Eccleſiaſticos ſcriptores Græcos pariter & Latinos, ut bona illorum eligamus, vitemus contraria: cæterùm qui vel in amorem eius nimium, vel in odium ſtomachi prauitate ducuntur, videntur mihi illi prophetico maledicto ſubiacere, væ eis, qui dicunt bonum malum, & malũ bo-*

num

um, amarum dulce, & dulce amarum. Neque enim opter doctrinam eius prava ſunt ſuſcipienda dogma-, nec propter dogmatum pravitatem, ſi quis comm n- rios in ſcripturas ſanctas edidit utiles, penitus reſpuen- ſunt. Quod ſi contentioſum interſe amatores eius & trectatores ſunem duxerint, nihil medium appetant, nec rvent modum, ſed totum aut probent aut reprobent, li- ntius piam ruſticitatem, quàm doctam blaſphemiam, e- gam Hæc ille.

Ex iſtis omnibus prudens lector elicere potuit, quod dicta Doctorum non ſimpliciter ſuſcipienda ſunt, quia illi hoc vel illud dicunt, niſi in quantum fundaverint ſe in ſcriptura, & non ſine cauſa iſtas authoritates eò diffuſius inſeruimus, ed iſta de cauſa, ut ſi aliquando contingit non ſuſcipere authoritates Doctorum, ubi & le quanto non ſe verè & directè fundaverint in ege expreſſa Domini noſtri IESV CHRI- TI, judicemur non in eorum contemptum acere, ſed intentionem & voluntatem eorum mplere. Ex quibus ulterius objicitur, Quoniam improvidè quidam conquieſcunt in Doctoribus, citra authores ſcripturæ, tanquàm in arbitris & mediatoribus, & omnium diſſenſionum complanatoribus, cum Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum ſciamus conſtitutum iudicem, *cui Pater dedit omne judicium, & Apoſtolis dedit coniudicatores, omnes tribus Iſrael.* In cuius comparatione omnes Doctores poſt Apoſtolos, quantumcunq; ſancti quoad authoritatem ex ipſis capiendam abſorbentur, & tamen ſcriptis ſuis per legem, & non lex per eos, iudicabuntur. In cuius rei ſignum beatus *Auguſtinus* ſuper illo *Pſal. 140. Abſorpti ſunt iuxta petram*

iudices

iudices eorum, ita ſcribit : *Petra, inquit, erat* CHRISTVS, *iuxta quem comparati ipſi iudices magis potentes & docti, abſorpti ſunt, dixit de moribus vel quantamcunque ſententiam Ariſtotcles, adiunge illum petræ, & abſorptus eſt. Quis eſt Ariſtoteles? audiatur Chriſtus dixit, & apud inferos contremiſcit. Dixit hoc Pythagoras, dixit hoc Plato, adiunge illos Petræ, compara authoritatem eorum, authoritati Euangelicæ, compara inflatos crucifixo, & abſorpti ſunt.* Hæc ille.

Locus corruptus.

ET ſic intelligitur dictum eiuſdem Auguſtini ſecundo ſuper Geneſi, ad literam, humanam capacitas. Hæc ille, *Et Beda* ſuper illo *Exod. 21. capit. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis prægnantem mulierem, & abortivum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno, quantum maritus expetierit mulieris, arbitri iudicaverunt*, ſic ſcribit, *percuſſor igitur ſecundum mariti mulieris, & arbitrorum æſtimationem ſubiacet damno, quoniam ſecundum Dei, (qui anima eſt maritus) & Apoſtolorum ſententiam, hîc talis iudicabitur.* Hæc ille.

ET ſic patet, quid dicendum eſt ad omnia graviter & diffuſè comportata per Magiſtrum Ioannem Rokenzanam, pro exiſtentia ſomniati loci Purgatorij poſt hanc vitam, quia nihil efficiunt ad ſuum propoſitum, nec illud fundamentum, quod ſubſternere conatur ſcripturis ſuis, dictum videlicet Apoſtoli de ligno, fœno & ſtipula, ad ſuum propoſitum deſervit.

NVLL

NVLLA SCRIPTVRA, quam pro existentia somniati purgatorij post hanc vitam Magistri allegare consueverunt, eorum servit proposito.

CAPVT. XXXVII.

OSTENSO, quod locus Purgatorij post hanc vitam ad sensum Rokenzanæ non verè fundatur in illo verbo Apostoli 1. Corinth. 3. de ligno, fœno & stipula, iam restat ostendere, quod nec dictus locus Purgatorij verè fundatur in locis alijs scripturæ, quæ pro ipsius fundamento Rokenzana, cùm sibi adhærentibus consueverunt allegare. Allegant enim pro suo dicto Purgatorio illud verbum *Apostoli 1. Cor. 15. Alioquin quid faciunt, qui baptizantur pro mortuis, si omninò mortui non resurgunt. Vt quid baptizamur pro illis*, ubi per baptizationem inquiunt, intelligit Apostol. quandam purgationem seu mundificationem Sacerdotum & aliorum fidelium per eleemosynarum & orationum devotionem pro ipsis defunctis, sed illa scriptura non est pro illo, sed ibi. Apost. reprehendit aliquos, qui nõ credebant resurrectionem. Quia erant quidam apud Corinthum, qui non credebant resurrectionem, erant alij qui credebant illos resurrecturos, qui baptizati moriebantur. Credebant autem non resurgere vel malè resurgere illos, qui sine baptismo moriebantur, propter quod, si quis istorum

Locus 1. cor. 15. explicatur

rum propinquus ſine baptiſmi gratia migraſſ
à mundo, unus alius in nomine ipſius baptizab
tur, putantes, quod mortuo, baptiſmus vivi prode
ſet, quod factum ibi commemorat Apoſtolus, no
ut approbet, quod ille baptiſmus aliquid pr
deſſet mortuo, ſed ut eius exemplo, non cr
dentibus, reſurrectionem ſuadeat & oſtend
Quia ſi illi reſurrectionem non crederent, nequ
quam vivos pro mortuis baptizarent. Hæc e
ſententia illius prædicti textus Apoſtoli, Lyr
Remigij, Gorræ, & aliorum communiter hu
textum poſtillantium. Vereri ergò deberent M
giſtri in Iſrael, de tali falſificatione verboru
Apoſtoli, quando allegant ea præter intenti
Locus Mat. 12. exartatur nem docentis, ad hoc, ad quod non ſunt dict
Allegant inſuper pro illo ſuo purgatorio, & illu
veritatis dictum, *quò Mat. 12. dixit Chriſtus: Qui a
tem dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non rem
tetur ei, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro.* Ex quibus v
bis inquiunt, patet, quod in futuro aliquod pe
catum dimittitur, & aliquod non. Si non dimit
tur in inferno, neque in paradyſo habet locum
miſſio peccatorum, quare (inquiũt) ſequitur, qu
eſt aliquis locus purgatorij, per quem pœna in f
turo remittitur. Quia quod de una negatur co
ſequens intellectus, patet, quod de quibusda
conceditur. Et hanc dicunt ſententiam B. G
gorij in libro dialogorum, ſed negandum
quod Gregorius ex textu Euangelij allegati rat
cinando, & via humana ſecundum artem logi
argumentando à contrariò ſenſu & mo
indirecto, elicit quasdam pœnas in futuro rem
ſi, ſed notum eſt apud Theologos, quod ſcrip
ra regulis Grammaticæ ſive logicæ neceſſariò n
ſubia

ſubiacet. Quare meritò Marcus Euang. eodem ſpiritu & ſenſu, quo Matth. de eadem materia, non ſic argumentando, ut Gregorius, ſed ſimpliciter inquiens: *Qui autem blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti.* Neque *Lucas ſic argumentatur, ſed ſimpliciter dicit: Ei autem, qui in Spiritum S. blaſphemaverit, non remittetur.* Quomodo ergò verè fundabitur dictum Gregorij in præfato textu, cùm & argumentum à contrario, non in tantum validum habeatur, quod inſtantia non inveniatur, Quia ubi determinatio poſita in iure refertur ad factum, non valet argumentum à contrario ſenſu, videlicet expreſſè* Extrauag. de Magiſtris prohibeas ſuper iſto: *Gratis accepiſtis, gratis date,* non tamen valet à contrario, non gratis, accepiſtis, non gratis date. Et de uſura, *quantò*, ubi prohibetur Iudæis *ne immoderatas uſuras exigãt à Chriſtianis*, ergò conceditur à contrario, quod moderatas exigere poſſunt? Non, imò nec minimas, ut ibi per Doctores.

*Locus uxatus.

PROBATIO ergò purgatorij per tale argumentum à contrario non eſt formalis, nec ſufficiens, & dato non autem conceſſo, quod aliqua peccata in tali purgatorio remittãtur, tunc non videtur quod ibi locum habeat remiſſio, ubi oportet eũ qui tenetur pœnas luere & perſolvere debitũ: ibi aũt vera remiſſio invenitur, quãdo homo liber dimittitur ſine damno ſolutionis, qualiter Chriſtus remiſit illi ſervo, de quo Mat. 18. petenti omne debitũ, & cùm hoc liberũ à ſolutione dimiſit eũ, vel hoc dictum Gregorij adhuc ſalvari poteſt ad hũc ſenſum, quod pœna purgatorij remanet poſt han vitam, ad ſenſum Doctorum in præcedenti cap.

ti cap. huius partis adductorum, qui ponunt, quod animæ ſalvandorum ſupra fundamentum quod eſt Chriſtus, vel lignum, fœnum, vel ſtipulam ædificantium, purgabuntur per ignem extremi iudicij emundativum, & per conſequens hoc dictũ Gregorij, Rokenzanæ propoſitum non confirmat, nec prædictum Chriſti verbũ ſuo ſenſui in aliquo ſervit. Allegant pro eodem purgatorio & illud Chriſti *dictum Matt. 5. Eſto conſentiens adverſario tuo citò, cùm es cum eo in via, ne fortè tradat te adverſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exibis inde donec reddas minutiſſimum quadrantem.* Scripturã hanc dicũt debere intelligi de purgatorio, cùm per carcerem ibi, inquiunt, non poſſit intelligi infernus, quia de illo non eſt redemptio, & dicunt, per carcerem ibi debere intelligi purgatorium, de quo poſt redditionem ſit egreſſus, ſed reſpondendum eſt ad hoc quod obiectio non procedit, cum per carcerem ibi intelligitur infernus, non autẽ purgatorium, quia *donec* ibi ſecundum Lyram & expoſitores excludit tempus præcedens & ſequens ſimul, & ſumitur pro ſemper, ut ſit ſenſus: non exibis inde, donec reddas, id eſt, ſemper non exibis, hoc eſt nunquam exibis. Quia de inferno non eſt poſſibilis redemptio iuxta illud Pſalmi: *mutuabitur peccator & non ſolvet.* Sic *donec* accipitur & in illo Pſalmo ubi de Chriſto dicitur: Sede à dextris meis, *donec* ponam inimicos tuos, &c. Non eſt intelligendum, quod quando inimici Chriſti erunt poſiti ſub pedibus tempore iudicij, quod tunc deſinat ſedere in dextera patris, imò æternaliter ſedebit. Sic & illud Matt. 1. eſt intelligendum, & non cognoſcebat eam, *donec* peperit filiũ

De loco Mat. V.

Explicatio partic. donec.

id eſt

id est, nunquam cognoscebat eam. Decipiuntur ergò ibi Magistri in æquivocatione istius termini *donec*. æquivocatio est mater erroris, quia *donec*, aliquãdo excludit tempus præcedens, & aliquando sequẽs, & aliquãdo utrumq;, ut hîc, secundũ quod communiter doctores exponunt & distinguunt, & insuper cùm per adversarium in dicto Christi verbo, *cui debemus consentire, dum cum eo sumus in via*, non debemus intelligere mundum vel diabolum, sed legẽ Dei, quæ contraria est nostris carnalibus desiderijs, *quæ militant adversus animam*, 1. *Petri* 2. Videtur, si hæc scriptura dicta intelligeretur de purgatorio, sequeretur quod transgressores legis venirent illic, cuius oppositum tenet adversarius, quod purgatorium suum non ingrediuntur, nisi cum peccatis minimis & venialibus. Cæterùm allegant pro eodem purgatorio illud dictum Apostoli Philip 2. Quò dicit: *in nomine Iesu, omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum*, quod Origenes mysticando Arccam Noë tricameratam mysticat, pro tripartitione Ecclesiæ universalis, *Omel. 2. super Genesin, innuens omnium inferiora ipsa esse, quæ Apostolus dixit inferna, horum autem contigua superiora, esse terrestria, tricamerata verò superiora, quæ dicit simul omnia esse cœlestia, sed in his merita eorum distingui, qui possunt secundum Apostolum Paulum, usq; ad tertium cœlum cõscendere*, Hæc ille. Ex cuius dicto Rok. argumentatur, dicens: Planum siquidem est, quod quamvis dæmones in inferno positi, credunt & contremiscunt, non tamen genua in nomine Iesu humiliare possunt, in veritate Christum colere & adorare. Quia alias si hæc facerent amorosè in in nomine Iesu genua flectẽdo, exaudirẽtur, teste Salva-

Locus Philip. 2. expenditur.

rē qui dicit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, quæ tamen genuflexio cultus Christi & adoratio nō in damnatis diabolis in inferno locatis, sed magis in electis in purgatorio repositis, reperitur Hæc Rokenzana. Sed non videtur ille sensus Origenis, quem Rokenz. pro suo elicit purgatorio, sed iste videtur verior huius dicti sui sensus, quem ipsemet in eadem Omelia exprimit dicens: *Confertur ergò populus hic, qui salvatur in Ecclesia illis omnibus sive hominibus sive animalibus, quæ salvata sunt in Arca. verum quoniam non est omnium unum meritum, nec unus in fide profectus, idcirco & Arca illa non unam præbuit omnibus mansionem, sed bicamerata sunt inferiora, & tricamerata superiora, & nidi distinguuntur in ea, ut ostendat, quia & in Ecclesia licet omnes intra unā fidē contineantur, atque uno baptismate diluantur, nō tamē unus omnibus atq; idem profectus est, sed unusquisq; in suo ordine. Hi quidem per ratiocinabilem scientiam vivunt & idonei sunt, non solùm semetipsos regere, sed alios docere. Quoniam valde pauci inveniuntur, qui cum ipso Noe salvantur, & proxima ei propinquitate junguntur, & figuram tenēt, sicut & Dominus noster* IESVS CHRISTVS. *verus Noe paucos habet proximos, paucos filios propinquos, qui fidei eius participes sunt, & sapientiæ capaces, & hi sunt, qui in summo gradu positi sunt, & in summitate arcæ Noe collocantur,*

CÆTERVM *multitudo irrationabilium animalium, vel etiam bestiarum in inferioribus locis habetur, & eorum maximè, quorum veritatis sævitiam, nec fidei dulcedo mollivit, superiores verò aliquantulo ab illis sunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen simplicitatis, innocentiæ custodiunt, & sic per singulos habitationum gradus ascendendo, pervenitur ad ipsum*

Noe

Noe, qui interpretatur requies vel iustus, qui est CHRISTVS *Iesus*. Hæc ille.

Ex cuius verbis potest patere sensus verborum Apostoli, quid intelligat per genuflexionem infernorum, illos malos in Ecclesia militante & infirmos, qui tamen per susceptionem fidei quam diu in Eccleſia sunt, subijciuntur nomini Iesu, in nomine eius genu flectentes. Sensus etiam illi allegorici vel mystici nihil probant, cùm literales sensus secundum principia Augustini habeant summam authoritatem, nisi de quãto fundãtur in sensu primo & autẽtico. Quia aliter quilibet posset moralizare vel trahere authoritatem scripturæ ad sensum, quem habere vellet. Adhuc pro purgatorij sui existentia Magistri allegant illud *Actorum 9.* de Tabita per B. Petrum resuscitata. Ex quo arguunt ipsam esse in aliquo certo loco, & dicunt animam eius non esse in paradiso nec in inferno. Ergo concludunt, quod fuit in purgatorio. Sed potest ad hoc responderi, quod non est fides hæc credenda, sed est sensus Magistrorum & opinio, qui sciunt habere apparenter ex scripturis & modo logico de vero falsum: & de falso verum, apparenter coram simplicibus facere, ut si anima Tabitæ post mortem non sit in inferno nec in paradiso, quod ergo necessario ad hoc concludatur, ipsam fuisse in purgatorio: sed hoc sequi posset, si diceretur verè ex scriptura, quod nullus alius locus animarum esset post mortem, præter cœlum & infernum vel purgatorium magistrorum, sed quondam antiqui Christiani loquentes de animabus post mortem & exitum earum de corpore, nec dicebant eas statim intrare cœlum, nec etiam purgatorium, sed dicebant

Locus Actorum 9. exquiritur.

eas esse in quibusdam abditis locis & lætis regionibus, cum Christo corporum resurrecti nem expectantes, videlicet in prima parte huius ex authoritatibus Augustini, Origenis, Chrysostomi, & Petri Apostoli, ideò non stat fundamentum purgatorij in phantasia, quam trahunt à Tabita Magistri. Quod & ex isto potest ostendi, Quia si secundum adversarium, qui ædificant supra fundamentum, quod est Christus, aurum, argentum & lapides pretiosos, id est, plena opera bona, non intrant purgatorium, sed solùm illi, qui super eodem fundamento ædificant lignum, fœnum & stipulam, id est, minima peccata, tunc hoc non potest verificari de Tabita, de qua dicitur, quæ erat plena operibus bonis, eleëmosynis, quas faciebat, & per consequens, non est credendum animam Tabitæ post mortem fuisse in purgatorio Magistrorum.

ORATIO, QVAM DOcent Magistri debere fieri pro defunctis, caret fundamento scripturæ.

CAPVT. XXXVIII.

De precibus pro defunctis.

ADHVC Magistri existentiam purgatorij sui somniati conantur fundare in orationibus pro animabus fiendis defunctorum, dicentes, illas orationes à viantibus ex triplici specialiter testimonio fieri debere pro animabus earundem.

Argumenta pro parte affirmante.

PRIMO ex illo Macchabæorum 12. de Iuda Macchabæo, qui facta collatione 12. milia drachmas argenti misit Hierosolymam, &c. Concludens

cludens, *quod sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis salventur.*

SECVNDO ex illo CLEMENTIS, quo in epistola ad Iacobum fratrẽ Domini, inter cætera de beato Petro scribit: quod ipse diligenter præcepisset pro mortuis orare, & eleemosynas dare.

ET tertiò ex illo *Dionysij, in de Ecclesiastica hierarchia cap. 7. dicentis: Quod Hierarcha orationem sanctam faciebat super eum, qui dormivit, deprecans Hierarchicam bonitatẽ, ut dimittat ei qui dormivit, omnia, quæ per humanam infirmitatem peccavit.* Ex quibus Magistri illud eliciunt, quod ex quo Iudas Macchabeus & isti discipuli Apostolorũ loquuntur de orationibus fiendis pro defunctis, si purgatorium post hanc vitam non esset, illæ orationes nihil prodessent pro animabus, quia in cœlis Sancti orationibus viantium non egent, in inferno verò positi, nulla iam redemptione potiuntur. Sed qui diligenter & fideliter ista vult advertere, cognoscet, quod ex dictis testimonijs Magistri non possunt stabilire suum propositum purgatorium somniatum. Ex illo enim secundo Macchabæorũ de Iuda non probatur, quod nunc pro tempore legis gratiæ, orationes necessariò debeant fieri à viantibus pro animabus defunctorum. Nam secundùm *Bartholomæum Brixiensem super 16. dist. can.* libri, Machabæorum apocryphi dicuntur, nec habentur in Canone Hebræorum, in quibus, quamvis inveniantur utilia, non tamen obligantur omnia in eis contenta acceptare, & per consequens, non est sufficiens, probatio ex illis, sed ut propius ad propositum accedamus, quis dubitat quin Deus pater suum unigenitum filium *dedit in fœdus populi in lucem gentium,*

Locus 2. Macch. 12. enucleatus.

cium, ut deduceret de concluſione vinctos, de domo carceris ſedentes in tenebris, Eſa. 42. id eſt, ſecundùm doctorem de Lyra, patres de lymbo, qui ibi detinebantur ſicut in carcere, & caruerũt claritate diuinæ viſionis, qui ante incarnationẽ in lymbo exiſtentes, ut à debito culpæ & pœna originali, pro qua ibi detinebantur ſolverentur, cognoſcentes has eis promiſſiones eſſe factas, eorum miſerabilibus clamoribus cœlos infeſtabant, dicentes: Domine mitte, quem miſſurus es, vide afflictionem populi tui, ſicut locutus es, veni & libera nos, &c. ut de iſto plena eſt ſcriptura prophetarum. & Chriſtus *Lu. 10. hoc manifeſtat, quando dicit: Dico vobis, quia multi Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis, & non audierunt*, unde ad deſignãdum iſtud ſacrificium ſcilicet Chriſti incarnationem, & per ipſum omnium liberationem fiendam, omnia ſacrificia legis ordinabantur & fiebant, videlicet ex decurſu veteris teſtamenti, & ſpecialiter, *Eſa. 19. Et colent eum in hoſtijs & muneribus, & vota vovebunt Domino & ſolvent.* Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſalvatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Quare ergò non ſimili modo intelligeremus de oblatione Iudæ pro defunctis, ut à peccatis ſalvarentur, quod videlicet tunc ſecundum illum morem loquebantur, quod non debet nunc in conſequentiam trahi tempore legis gratiæ poſt deſtructionem per Chriſtum loci illius, qui tempore Macchabæorum ad hos animas recipiebat, & per conſequens, hoc dictum Iudæ Macchabæi Rokenz. propoſito, non ſervit. Iam reſtat examinare dictum Clementis de Petro, qui dicit ipſum diligenter præcipere orare pro defun-

defunctis, & eleemosynas dare. Vbi istud circa hoc præmittimus, quod nulli debet verti in dubium, quin quicquid beatus Petrus ex Euangelio fideles docuit, cùm ille à Christo erat missus, & hoc verum est, cui à nullo est contradicendum. Et hinc sicut nullum tale dictum beati Petri, cum quo Deus ipsum misit, est abijciendum, sic nec quodlibet dictum sub nomine eius inductum, in Euangelio non expressum, pro vero est suscipiendum propter librorum per malos corruptionem. Quia sciens Apostolus, quod Pseudo. sub nomine Apostolorum quibusdam veris per eos dictis, sua inserebant, hortabatur Thessalonicenses, ne citò moverentur à vero sensu per epistolam tanquàm per Apostolos missam, dans per hoc intelligere, quod nec nunc nos leviter debemus suscipere omnia scripta, quæ sub nomine alicuius offerrentur Apostoli, & specialiter si non fuerimus benè certificati, quod ille Apostolus hîc existens talia docuisset. & si tunc ob causam hanc necessum erat omnia probare, quanto magis nunc, quando iam homines perversi ad suam voluntatem scripturas tractant, qærentes per illas sua inopinata infundabilia stabilire, non est eis leviter credendum, nisi certitudo eorum ex fide sit ostensa. Sic & hoc dictum Clementis de B. Petro, ex quo eius Canonicis scriptis, illa doctrina non invenitur, quod ipse præcipiat orare pro mortuis, est benè trutinandum. Vnde attendentes scripta Canonica B. Petri non videmus, quod ipse docuisset fideles sic debere esse solicitos pro spiritibus mortuorum, Sed istud certum est, quod ipse homines *vianter* ad perfectionem vitæ inducebat, ut patet *2. Petri 1.* quando sic scribit:

Dictum mentitur.

Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hoc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in regnum cœlorum æternum, die Domini nostri Ieju Christi & salvatoris. Et 2. Petri 3. capite. Præmittens terribile iudicium Dei, quod in igne revelatum excurit terram & cœlum, subdit, novos verò cœlos & novam terram secundũ promissa ipsius expectamus. in quibus iustitia habitat. propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inviolati inveniri in pace, & multæ aliæ scripturæ sunt ad hoc. Et ista specialiter cum præmissis, ubi sapiens *Eccl. 14. suadet, ante mortem benefac & ante obitum* tuum operare iustitiam, quoniam non *est ad inferos invenire cibos*, ex istis potest videri, qualiter sancti alloquebantur viantes, ut ipsi per bona opera certam faciant vocationem suam & electionem ut non peccent, & abundanter detur eis introitus in vitam æternam, & ut antè mortem iustitiam operentur, ita hîc in præsenti existentes dispositi, ut ibi statim pro bonis operibus eis retribuatur. Et non appareț ex scriptis Petri, quod ille pro ullo sit sollicitus, ut pòst mortem eorum aliquis pro eis bona faciat. Si ergò istis scripturis Petri debemus credere, non est certum, cum hoc non sit expressum in scriptis, quod ipse diligenter præcipiat orare pro mortuis & pro ipsis eleemosynas dare. Quia cùm scriptum sit, *apud inferos non est invenire cibum*, non videtur, quod cibus tam abundans orationum, eleemosynarum, ieiuniorum, destinaretur in purgatorium, quando pro existentibus in illo, ut fingitur, sic deberent orare, ieiunare, missas legere, & vigilias cantare, & per consequens non videtur, quod Petrus viam

salutis

salutis ostendat mortuis, in merito viantium, unde si animæ aliquæ per multos annos & aliquæ usque ad diem judicij, tenerentur in tali purgatorio, quibus, ut à Magistris fingitur, viantes propter vinculum charitatis & Spiritus, debebeant jeiunijs, orationibus, eleëmosynis & sanctis oblationibus suffragari, videtur, quod viantes illa pia opera diligenter pro spiritibus mortuorum continuè facientes, non haberent liberum locum & tempus bona opera pro se faciendi, & sic actus merendi transferretur, ab homine, quando iam posset mereri, aut aliquid fructuosè laborare, & per consequens, vivi *ut sic* nunquam haberent spem ex operibus pr prijs, nec opera sequerentur illos, sed prædecessores eorum haberent spem ex operibus ipsorum, & ipsi morientes iterum expectarent opera filiorum, & sic consequenter.

ET hæc videtur mirabilis doctrina Magistrorum, docere iuvenes, ut suis bonis operibus suffragentur pro mortuis, ipsos de purgatorio liberantes, & cum illo adhuc simile malum illis denunciare, de quo illos liberat, quando addunt: Facite bona pro mortuis, ut vestri superstites eadem faciant pro vobis, nec ponunt hominibus talibus aliquam mensuram, ut aliquod bonum semel aut aliquotiens, vel ad certum tempus faciant pro mortuis, sed semper & continuè usque ad mortem earum, & ad hoc eos hortantur, ut quamdiu vivunt hoc pro mortuis faciant, adijcientes, quod ijsdem post mortem ab alijs indigebitis. Ex quibus evidenter simplicibus datur intelligi, quod secundum illam doctrinã nullus per propria opera ingrederetur beatitudi-

nem, ſed per opera aliorum pro ſe facta, & ſic ſpes ſalutis non procederet ſecum, ſed ſequeretur illum, nec ex ipſo, ſed ex alijs, & ſi ſic, tunc non fieret ſecundum verbum Apoſtoli, quo ad *Galatas Capite ſexto dicit: Opus autem ſuum probet unusquisq;, & ſic in ſemetipſo gloriam habebit, & non in altero*

EX iſtis quilibet cognoſcere poteſt, quod non eſt certum, quod Petrus tam ſolicitus ſit, & docuiſſet, quod homo alij ab ipſo, poſt mortem mereretur ſalutem animæ, ſed iſtud eſt certum, quod Petrus docuit, fideles viantes mereri ſibi ex bonis operibus pro tempore, quo ſunt in vita præſenti, ſalutem: ſciens, quod ſi quis bonis caruerit operibus, opera aliorum eis non proderunt, cùm virgines fatuæ, tùm carentes oleo proprio à prudentioribus oleum petierunt, ſine fructu redierunt, & per conſequens, hoc dictum Clementis de Petro, non neceſſitat nos ad credendum exiſtentiam purgatorij Magiſtri Ioannis Rokenzanæ.

Reſpondetur ad teſtimonia ex Dionyſio Areopagita.

IAM reſtat penſare verba Dionyſij de oratione, quam hierarcha faciebat ſuper eum, qui dormivit, deprecans thearchicam bonitatem, *ut dimittat ei, qui dormivit, omnia, quæ per humanam infirmitatem peccavit*, ſi ex illis poſſit argui exiſtentia purgatorij Rok. animarum poſt hanc vitam, & qui vult benè notare, illud totum caput Dionyſij à principio uſquè ad finẽ, videbit, quod ex illo dicto Dionyſij de oratione hierarchæ ſuper eum qui dormivit, non ſequitur propoſitum Rokenz. Notum enim eſt fideliter penſanti, verba Dionyſij prædicta, quod ipſe nõ fundat orationem, quæ fiebat ſupera mortuo, ſuper hoc, quod ipſi per hanc

hanc orationem illum dormientem, ſuper quo fiebat, de aliqua pœna liberarent, aut animabus talium præſupponerent aliquas pœnas ſenſibiles præparari, nec verba Dionyſij prædicta confirmãt perpetuas orationes fiẽdas pro mortuis, cùm tunc ſolùm ſemel ſuper mortuo ibi iacente fiebat oratio. Oratio etiam hierarchæ non erat communiter pro omnibus, ſed tantùm pro his, qui ſanctè vixerunt, & per conſequens, dictũ Dionyſij nihil facit ad propoſitum Rokenzan. cùm ibi Dionyſius deſcribat ſanctorum virorum canoniſationem, ſicut finis hierarchæ demonſtrat. Ad hoc enim fiebat eius oratio, *ut Deus eum, qui dormivit, conſtituat in lumine & regione viventium in finibus Abraha, Iſaac & Iacob, in loco in quo aufugit dolor, & triſtitia, & gemitus, & qui familiares* fiebant ſancto dormienti, & vita conformes, ipſũ beatificabant, tanquàm pervenientem iuxta proprium deſideriũ ad finem adducentem ſibi victoriam, & tamen cantu gratias agebant de fine, cauſa huius victoriæ, optantes ſe ipſos venire ad ſimilem finem. *Novit* (inquit Dionyſius) *Epiſcopus in ſcripturis promiſſa, & poſtulat eadẽ dari ijs, qui ſanctè vixerunt, ſanctas retributiones, & ſciens has promiſſiones futuras, præſentibus manifeſtat, videlicet, quod ea, quæ petit ſecundum atteſtationes ſcripturarum omninò fient ijs, qui in ſancta converſatione conſummati ſunt.* Hæc ille.

QVOD autem hierarcha precabatur thearchicã bonitatem, *ut dimittat ei, qui dormivit, omnia, quæ per humanam infirmitatem peccavit*, non eſt intelligendum, quod animam talis dormientis hierarcha ſupponit eſſe, in aliqua pœna ſenſibili, de qua per illam ſuam orationẽ ipſam liberet, ſed

hoc

hoc ſic eſt intelligendum, quod hierarcha ſciens, quia homines quantūcunque ſunt ſancti, quàmdiu ſunt in hac vita, ad liquidum puri eſſe non poſſunt, niſi tempus mortis advenerit, ubi ſtatim in adventu futuri ſæculi purgantur, ideò beatificans ſanctum dormientem cum his, qui familiares erunt ei, & vita conformes, tanquam pervenientem iuxta proprium deſideriū, ad finem, adducentem ſibi victoriam, orat, ut ab immundicia, quam ex humana infirmitate contraxit, ſtatim in advéntu futuri ſæculi mundetur. & quod ille ſit intellectus verborum Dionyſij ipſemet ubi ſuprà inſinuat, quādo inter cætera ſcribit: *Sic* (dicit) *igitur Epiſcopus ex eloquijs à Deo traditis, quod his, qui ſanctè vixerunt, clariſſima & divina vita ſecundum dignitatem à iuſtiſſimis legibus retribuit divina clementia, & benignitate ſupportante maculas per humanam infirmitatem contractas. Quia nullus, ut dicit ſcriptura mundus eſt à macula.* Hæc ille.

Ex cuius verbis lucidè patet ſupra dicta ſententia, & hæc ſententia eſt illius magni Origen. Omel. 8. ſuper Levit. de muliere pariente maſculū, quæ immunda fiebat 7. diebus, & infans 8. die circuncidebatur, in 1 parte allegati, qui eandem tangit ſententiam, & in ſignum illius, tempore Dionyſij illa oratio non fiebat, niſi ſemel in morte defuncti. Hinc adhuc & hodie Eccleſia græca, quamvis ut dicitur, hoc Purgatorium Magiſtrorum non teneat, tamen hunc morem de quo Dionyſius ſcribit ſequens, ſemel in morte defuncti ſuper mortuo orat, & pro tunc tempore Dionyſij, quando oratio fiebat ſuper ſancto dormiente, miniſtri legentes in libris ſacræ ſcripturæ veraces promiſſiones de ſancta noſtra reſurrectione decan-

decantabant Psalmos ad ipsam resurrectionẽ pertinentes, & hoc fiebat, non propter dormientes, sed ad excitandum vivos ad bonum, & ut Deus glorificetur, quoniam coronavit discedentem. Ex quo ad hoc scribens *Chrysost. Omel. 4. cap. 2.* contra plorantes mortuos, inter cætera sic dicit: *Dic mihi, quid sibi volunt istæ lampades festivæ, non nè sicut ad lata eos perducimus? quid etiã hymni, nonne ut Deum glorificemus, & ei gratias agamus? Quoniam iam coronavit discedentem, quoniam à laborib. liberat, de servitute ducens, nonnè propter hoc Psalmodiæ omnia istæ gaudentium sunt. Et ideò dicit Palus: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres. Et infrà, intellige, quid psallas in illo tempore, reverterc anima in requiem tuam, quia Dominus benedicit tibi, & lachrymaris? nonnè scena est ista? nonne hypocrisis? Si enim veraciter credis verbis quæ dicis, supervacuè luges, si autem ludis & fingis, & fabulas esse putas, quare psallis? crede mihi dicenti, Non aliter dico, sed quomodo habeo, qui vult, irascatur, per multum tempus ab Ecclesia ipsum vitabo, sicut Idolatram. Nam si Paulus dicit, avarum Idolatram, multò magis, qui supra fidelem mortuum & ea quæ sunt Idolatrarum, inducit. Pro qua re dic mihi Presbyteros vocas & psallentes, nonnè ut consolationem recipias, nonnè ut honores, discedentem, quare igitur illum invicias, quare eum exemplas, quare ludis sicut in scena? Nos enim venimus, quasi de resurrectione psallentes, &c. Confundimini & erubescite. Si autem non vultis cessare ab ijs, nos non patiemur amplius talia mortifera in Ecclesiam induci* Hæc ille.

Ex istis videri potest quem modum primitivi Christiani exercere solebant circa mortuos illos tantum, qui sanctè vixerunt, quibus Hierarcha sciens esse in scripturis promissa, postulabat eisdẽ dari

dari à Deo ſanctas retributiones, & ea ratione Deum glorificabant, & gratias illi agebant. quoniam iam coronavit eum, qui vitam finivit præſẽtem, & à laboribus eum liberavit, & legere ſolebant Scripturas, & Pſalmos decantare ad reſurrectionem pertinentes, & conſolationem aſſiſtentium. Hinc eſt, quod Chryſoſtomus arguebat modernum ritum plorandi mortuos, & lamentabilia circa hoc decantantes, vocans eos Idololatras peſſimos, & per conſequens modus modernus orãdi pro mortuis, & pſallendi ſuper corpora mortuorum, & memoriã pro eiſdem faciendi nõ habet ſortẽ in actu horum, quæ fiebãt circa mortuos tempore primitivę Eccleſiæ iſtis ex cauſis, Primò, ubi tempore Dionyſij memoriam mortuorum faciebant in lætitia, in ſpe ſalutis æternæ Deum glorificantes, & gratias illi agentes, quoniam iam eum, qui vitam præſentem finivit, coronavit, ſupponentes eum beatitudinem ſecundum Dei promiſſionem adipiſci, legebantq; Scripturas, & Pſalmos decantabant ad reſurrectionem pertinẽtes, & conſolationem viventium, & hoc ut fides eorum, quam de reſurrectione habuerunt glorioſior fiat: Ibi nunc modo prædicto contrariè memoriam mortuorum faciunt in luctu & fletu, ſupponentes animas dormientium eſſe in tormentis inferni, canunt ſuper eos ea, quæ de damnidãs intelligenda ſũt, cùm in offertorio defunctorum Miſſæ dicunt: *Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas Tartarus, ne cadant in obſcura.* Ecce qualis fides Rok. & aliorum ſibi adhærentiũ ſupponere animas morientium haberi in fauci-

Quadriplex diſcrimẽ orationũ pro defunctis, tempore Dionyſij & modernæ Rom Eccleſ.

bus

bus Diaboli & inferni, lacu profundo, acclamare istud Iob: *Miserimini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me,* ad hoc ut de inferno de quo nulla est redemptio, liberentur. Tales sine dubio Chrysostomus diceret: Idolatras & Deum & ritum primitivæ Ecclesiæ blasphemantes.

SECUNDO ubi tempore Dionysij mortuorum memoriam facientes, mortuum beatificabant, optantes, se ipsos venire ad similem finem, ibi nunc mortuum supponentes esse in tormentis sibi ipsis venire ad similem finem cavent. II.

TERTIO ubi tunc tantùm semel in prospectu corporis mortui memoriam defuncti faciebant, ipsũ pro sancto habentes. ibi modò memorias perpetuas promoventes, intitulare animas solent, faucibus Diaboli hærentes, & cuti pergameni nomina eorũ inscribere, ut successivè quam diu pergamenum durat una multitudine monachorum vel curatorũ decedẽte, ex alijs succedentib pro eisdem semper orent, & tàm diu non exaudiantur. Multum differens à fide est ista modernorum oratio. Christus enim dicit: *Cùm stabitis ad orandum, credite, quia quod petitis, accipietis.* Ex istis autem modernis nullus ex omnibus credit se exauditum, & ideò unus moriens relinquit alijs post se nomina defunctorum, sive animarũ, & ipsis, tales memorias faciendi. Sed timemus, quod huius causa alia non est, quare sic diligenter & multa sæcula in prospectu superstitum animæ defunctorum à quibus receperunt census & dominia, nominentur, nisi ut videntes tantum curam illorum, quam ostendunt, ad eorum prædecessores, superstites concitentur ad committendum III.

Cur in papatu, tam diu orent o mortuis.

tendũ eius in agone animas suas salvo pretio vel munere aliquali, illi simulant se maximam curam habere pro mortuis, *in quibus iam non capit doctrina*, quasi grex & officium Pastorale non in mundo, sed in inferno ipsis sint commissa, & ideò tantam curam pro mortuis habentes, & se super illo lautè nutrientes vivos spe falsa illaqueant.

XIII QVARTO ubi tempore Dyonisij fiebat tantùm memoria defunctorum, qui sanctè vixerunt & in bona & laudabili conversatione vitam præsentem finierunt, non autem pro his, qui immundè moriebantur, ut dicit Dionysius, ubi scribit: *Quia per hoc, inquit, Episcopus ordinem divinæ recitationis pervertisset, quando hic ijs, qui immundè moriebantur, exercuisset, nec effectum iniustæ orationis sortiretur, audiens à scriptura divina: Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis*, modò autem memorias mortuorum faciunt indifferenter, pro quibuscunque, & quod damnabilius est secundum acceptionem personarum, illis maximè, qui habent offerre, sceleratissimis divitibus, avaris, usurarijs, & gratia questus temporalis, peractatione & mercatione, internè mentes ipsas in mendacio considere facientes, occasione quorum avaricia Sacerdotũ crevit, & simonia exercebatur, & erecta erãt calustra, ædificia, sumptuosa templa, multiplicata superflua altaria, & innumerosa multitudo Monachorum & Canonicorum introducta, occasio data, dissolutioni & verbi Dei inadvertentiæ, & populus in facultatibus & animabus est deceptus.

Noxa ex orationibus pro defunctis.

Ex quibus omnibus datur intelligi quod modernus modus orandi pro mortuis, & memorias pro eisdem faciendi ut prætactum est, non habet

bet sortem in actu hominum, quæ fiebant circa mortuos tempore Ecclesiæ primitivæ, quod fuit probandum. Et per consequens dictum Dionysij non servit quoad hoc proposito Rokez. & Rokez. allegans pro se illos finitimos antiquos Sanctos, & de ritibus eorum faciens mentionem, non ideò facit hoc, ut sicut faciunt velit facere, sed ut ritum modernũ supra Christum, & illos primitivos infundabiliter, quo ad scripturam introductum per hoc confirmare seu palliare possit.

SOLVTIO CASVVM, quos Magistri ponunt, ex illis Purgatorium fore arguentes,

CAPVT. XXXIX.

ADHVC Magistri pro existentia sui Purgatorii somniati istum ponunt casum, dicentes: Ponamus quod sint duo homines, quorum unus benè vixit omnibus diebus vitæ suæ, & decedat, & alter malè vixit omnibus diebus vitæ suæ, & in fine pœniteat, & etiam decedat, tunc queritur, utrũ ambo ibunt in cœlum, & si sic, sequitur, quod Deus non sit iustus iudex, cùm non æquè meruerunt. Si autem dicis, quod alter damnaretur, hoc nõ potest dici, quia in fine pœnituit, ergò pro necessitate oportet poni medium, scilicet Purgatorium, in quo alter purgatus & emendatus tandem evolet ad superna. Per illum casum Magistri, in malum proficiunt hi, qui à spiritu Iesu desolati sedent in teneb ris, ut intellectus eorum

tum sit cõstrictus ne possit effugere, cùm & Deus de iniustitia repræhenditur, si non fecerit secundum eorum cofictionem. Sed iste casus Magistrorum in Israel, potest convinci & refutari per illud *Matth. 20. Quod omnes missi in vineam Patris familias, sive mane, sive hora quarta, sexta vel nona, imò & undecima, acceperunt singulos denarios. Et per illud Rom. 9. Cùm nondum fuissent nati filij Rebecca, aut aliquid egissent, aut boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocatione dictum est ei, quia maior serviet minori, & Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Et per illud Luc. 12. de filio prodigo, qui dissipans substantiam suam reversus in se, dixit: Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccavi &c. & surgens venit ad patrem suum.* Ex primo enim facto Patris familias magistri discunt non, murmurare, dicentes adversus Patrem familias: *Hi novissimi una hora fecerunt: & pares nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus* ne cuilibet eorum responderet, *Amice, non facio tibi iniuriam*, &c. Ex quo potest patere, quid dicendum sit ad casum Magistrorum, quod videlicet, ambo vadunt in cœlum, licet non habeant æqualem gloriam, & per consequens Christus destruit argumentum, quando faciet procuratori suo reddere mercedem, *incipiens à novissimis usque ad primos, & tantum dando novissimis, qui modicum laborarunt, quantum primis*, & quare facit hoc?, nisi quia sibi licet facere quod vult, cùm sit summè bonus & dives super omnes, non deficiens in aliquo, etsi alicui dederit multum, non laborem attendens, sed quod ipsum concernat, ex sua bonitate multum attribuere pro modico. Si quis autem sapientior eo esse voluerit, contendat secum, & nihil

obtine-

obtinebit. Et secunda etiam scriptura, ubi Deus dixit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, convincitur, Deum non fore iniustum, si unum ex illis non consequitur gratia, quia potest unum sequi gratia, & alterum non, cùm liceat sibi facere quod vult, & per consequens faciens secundum gratiam illi benè, qui modicum laboravit, non est ex hoc iniustus. Ex illa etiam scriptura de filio prodigo non habetur, quod filium reverentem Pater putniat, vel ab eo se elonget, *sed cùm adhuc esset longè, videns eum, misericordia motus & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum*, & multam aliam affabilitatem ei ostendit, numquid ergò iustè senior frater, qui nunquàm mandatum Patris præterivit, indignabitur Patri reconcilianti sibi filium, qui perierat, non ex merito ipsius, sed ex sua immensa misericordia? Hoc idem confirmari potest per latronem serò flebilem, qui usque ad mortem malè vixit, qui tamen modica brevi pœnitentia prævia, Paradisum cum Christo intravit, & non Purgatorium somniatum. Et per consequens nihil pro existentia Magistrorum Purgatorij, facit casus ipsorum prædictus, sicut nec illud exemplum, quod pro eodem adducunt, de rege habente sponsam sedentem in sordibus, qui non admitteret eam in sui conspectum adduci, nisi lavetur prius & mundificetur, volétes ex hoc trahere, quod sic fiat de anima qualibet fideli, quæ existens sponsa Christi est in carcere carnis pleno abominationis, à qua quã diu est in hac vita mundificari ad plenum non potest, nisi exuit carnem, & carne exuta non venit in conspectum Domini, nisi in Purgatorio expietur. Istud dictum Magistrorum inperceptibiliter inculcat multa

mala & magnam partem conculcat fidei, quia per istud dictum magistorum omnes modi purgandi ex fide, alij ab illo, qui fit in Purgatorio, ut fingitur, quibus viantes in vita præsenti verè & perfectè purgantur à suis peccatis, reponentur in spe, & in quadam expectatione, illius futuræ purgationis somniatæ.

IN quo etiam pessimi homines *suppodiantur*. nec credunt esse aliam nec aduertunt, si audierint de alia purgatione, in illam qualitercunque malè vixerint spem ponentes, ideo ad hoc reprimendũ, hoc dictum Magistrorum, diligenter notandi sunt modi purgandi, ex fide scripturæ, quibus merentibus animæ fidelium in præsenti purgantur, ut corporibus exutis statim dignè possint apparere in conspectu Domini. Quorum licet aliqui tacti sunt in prima parte huius, in 2. suppositione huius materiæ, tamen hîc aliquos adijciemus. Petrus enim dicit *Act. 15. Nihil discrevit inter vos & illos fide purificans corda*, ibi. B. Petrus innuit fidem esse sufficientem ad purgandum malos, sine omnibus extrinsecus additamentis, ut præostensum est in latrone dextro, qui credens & recognoscens peccatum suum statim fuit dignus paradiso. Alius modus purgandi sponsi Christi per pœnitentiã tangitur, *Esa. 50. Lavamini & mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, Quiescite agere perverse, & discite benè facere*, & sequitur. *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus velut alba lana erunt*, Dominus seipsum obligat, secundum modum ibi expressum pœnitentibus, quia etsi enormia peccata habuerint, quod dealbabuntur, ut nix. Alius modus purgãdi tãgitur in Euãgelio ubi

Modi purgationis animæ in Verbo Dei præscripti.

I per fidem.

II per Pœnitentiam.

III Per ignem tribulationis.

Matth.

Matth.3.dicitur: *Ipse vos baptizabit in spiritu & igne, Cuius ventilabrum in manu eius, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum,* quod *Ioan Chrysostomus* exponit de area pœnitentis Ecclesiæ,& de igne tribulationis,ibi videatur,& non solùm sic Dominus purgat aream suam per tribulationes, sed per se ipsum mundat sponsam suam hîc in præsenti, etiam, ut testatur Apostolus *Ephes.5.Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea,ut sanctificaret eam, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ,ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi,sed ut sit sancta & immaculata,* ubi Apostolus exprimit,quod Christus tam maximè dilexit Ecclesiam,quod noluit ipsam aliquo lavacro mundificare,nisi suo proprio sanguine,& non sic insufficienter,ut remaneat aliquid immunditiæ,sed sic glorioſam eam sibi exhibuit, ut non habeat maculam neque rugam,sed ut sit sancta & immaculata,& non solùm testimonium hoc resonat in terris de mundificatione sufficienti sponsæ Christi in sanguine eius,sed ex testimonio est de cælo,eorum,qui actualiter consecuti sunt illam mundiciam,de quibus *Apo.7.* scribitur. Sic est dictum:*Hi sunt, qui venerunt de tribulationibus magnis, & laverunt stolas suas,& dealbaverunt eas in sanguine agni.Ideò sunt ante thronum agni,& servient ei.* Magni Magistri in Israël,illas fictiones suas in deceptionem simplicium sciunt fingere,& hæc certa testimonia fidei ignorant,sed quando hæc testimonia fidelia venient in medium, quid valebunt eorum fictiones,quibus fingunt,quod anima exiens carcerem abominabilem carnis,non venit in cõspectũ Domini,nisi mũdificata igne Purgatorij sõni-

IIII
Per Christum ipsum, in sanguine ipsius.

ati, vel hoc quod sāguini Christi debetur, attribuat Purgatorij igni. Sunt adhuc plura, quæ Magistri adducere solent pro existentia sui Purgatorij, quæ quia non sunt digna memoria, obmittuntur. Ex quibus omnibus fideliter suprà scripta advertenti, patere potest, quod nullum fundamentum M. Ioan. Rok. cum sibi adhærentibus, super quo nititur fundare suum Purgatorium, stare potest, & per consequens nihil per suum gravem labyrinthum contra nostram in petra firma fundatam sententiam effecit, nec in minimo ipsam veraciter improbant, licet leviter, & ut ita dicamus, taliter qualiter, non ex lege Domini, nec ex authoritatib. sanctorum Doctorum se in eadem veraciter fundantium, ad scripta nostra respondeat. Vtinam igitur M. Rok. ad prædicta intenderet & non ex ambiguis nobiscum concertaret, sed si quid habet certi expressè aut verè in lege Dei fundati, pro existentia sui Purgatorij, potius in medium proferat. Si non habet, vellemus ut salubrius reticeret, & de se provideret, ne occasione suæ promotionis talis Purgatorij post hanc vitam sine fundamento scripturæ, faciat homines sperare in incerto, Nec hoc est in deturpationem causæ nostræ, nec in nostri culpabilem accusationem, sed magis in excusationem nostram, & causæ nostræ in hac materia confirmationem maiorem, quod M. Ioan Rok. in principio 2. culpæ, quam nobis obijcit, scribit, quod non sit novum dogma de negatione post hanc vitam Purgatorij talis, & de non oblatione sacrificij, vel, orationem pro mortuis dormientibus, sed antiquum, & iam nostris temporibus renovatum, quamvis à modernis in Arrianis pro errore sit condemnatum,

de quibus

de quibus ſcribitur, quod pro mortuis non orant, nec ſacrificium pro eiſdem offerunt. Qui quamvis pro erroneis habendi ſunt, de quanto aliquid pertinaciter aſſerverant contrarium veritati, non tamen ex hoc pro talibus habendi ſunt, ſi Purgatorium ſomnitatum pro fidei articulo nõ promoverint, nec oblationes ſacrificij aut orationes pro mortuis dormientib. fecerint, cùm hoc tenentes ſeu aſſerentes, non videntur alicui ſcripturæ expreſſæ, aut alicuius Doctoris ſancti ſententiæ ſe veraciter in eadem fundantis contra ire. Benedictus ergò ſit Dominus, quod non novum dogma eſt, nec per nos de novo attentatum, de non aſtructione poſt hanc vitam pro fidei articulo talis ſomniati Purgatorij, ſed antiquum & dudum in Eccleſia Domini tentum, & ſpecialiter per Eccleſiam græcam totam quã periculoſum, videtur damnare, quo ad hoc Purgatorium, quod ut dicitur ipſa minimè tenet, cum ipſa ſit immediata Apoſtolorum filia, & diſcipula coæva Eccleſiæ romanæ, magiſtra, per quam fides primitus ad nos deſcendit, & mores vitæ Chriſtianæ nos docuit, & per conſequens in hoc eſt præ omni alia moderna excogitatione potiùs & ſecurius imitanda peo eoquod ipſam immediatè docuit Apoſtolus, nedum ſcripto, ſed præſentia ſuæ *facialis converſationis*, & oris ſui eruditione præcipiens eis, nedum ſcripta ſua, ſed in ſe viſa & à ſe audita firmiter conſervare. *Philip. 4. dicens*: *De cætero, fratres, quæcunque vera ſunt, quæcunque pudica, quæcunque iuſtæ, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & vidiſtis, in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.*

Græca Eccleſia, longè præferẽda eſt romanæ.

RESPONSIO SACERDOtum Taborienſium, ad culpam tertiam eis obiectam.

CAPVT XL.

IAM ad culpam tertiam reſtat accedere, nobis ſub tali forma propoſitam. Sacerdotes Taboritarum ſunt hominib. vivis multum nocivi, prohibentes deſiderare ſive optare illam cœleſtem hierarchicam & B. virginem Mariam pro ſuffragio nobis peccatoribus miſeris. Ad quam taliter reſpondemus, quod in ſpe vivis hominibus non nocemus, quando ex authoritatibus ſcripturæ ſacræ, & ſententiæ ſanctorum Doctorum ſe veraciter in eadem fundantium in parte huius prima latè deſcriptis, docemus populum, ut conoſcentes unum ſolum, certum, verum & ſufficientem advocatum Chriſtum IESVM pro omnibus qui egent gratia Dei, exemplo Ioannis Apoſtoli, *qui ſecundum Auguſt.* dicit: *Vir iuſtus & magnus, cui multa Deus pra alijs revelavit, ſe in numero ponens peccatorum, non ſe, ſed Chriſtum pro ſe & alijs advocatum confitetur, ipſum ſolum inter homines invocet,* ſimpliciter ſequentes in hoc Eccleſiam primitivam, quæ ut dicit Doctor Euangelicus, *orationem ſingulariter dirigebat ad illam perſonam mediam pro adiutorio ſpirituali, & plus tunc inquit Eccleſia, profecit & crevit, quàm facit modò, multis interceſſorib. adinventis:* nec in hoc vivis hominib. nocemus, quando ſuademus ipſis, ut benè viventes ſanctos imitentur, in hoc, in quo ipſi imitati ſunt Dominũ Ieſum Chriſtum, & quando ipſos præmuni-

De interceſſione B. Virg

munimus, ut spẽ non reponant in incertis & novis intercessionibus sanctorum, nec honorem soli Deo debitum eis exhibeant. Hæc sic ut dicitur agentes, non pro nocumento, sed magno iuvamine vivorum reputamus, ubi autem specialiter nobis asscribitur & imputatur, quod prohibeamus optare cœlestem illam hierarchicam & B. virginem Mariã pro suffragio nobis peccatoribus miseris, ad hoc taliter respondemus, quod nos suffragia Sanctorum non negamus. quibus pro capacitate fuffragentur hominibus in Ecclesia militante, nec ea asserimus à Deò nullatenus postulanda, ut in prima parte huius, ubi tractatur de invocatione sanctorum, specialiter eiusdem materiæ capite ultimo ostensum est. Quod autem pro illis suffragijs vel intercessionibus Sanctorũ noviter adinventis nõ invocamus illam cœlestem hierachiam Sanctorum, neq; beatam virginem Mariam, modo quo Magistri Pragenses & alij populares ex eorum institutione communiter consueverunt, ipsis ieiunantes, eos orantes, & incensa & oblationes eis peragentes, hoc ideò facimus, quia ut in prima parte huius tactum est, percipientes ex communi sententia Doctorum, quod invocatio sive oratio, saltem propiè dicta, est cultus soli Deo exhibendus, & non videntes expressam scripturam legis sub æterna damnatione obligantem, ad tenendum pro fidei articulo, quod sancti corpore exuti à fidelibus hic viantibus, pro suffragio & intercessione necessariò taliter sunt orandi aut invocandi, & notantes populum per hoc in magna superstitione & perfidia continuè laborare, ea intentione eos non oramus, nec invocamus, nec suffragia eorum ab eis secundum

Taboritæ quælia suffragia sanctorum agnoscant.

magistrorum intentionem & doctrinam postulamus, ne cultum soli Deo debitum, ipsis impendamus, quamvis sic, ut decet, eos dicamus honorandos ac imitandos, quæ omnia non in dedecus sunt Sanctis, nec hominibus vivis nocumentum, sed iuvamen, quando nos cavemus ne homines honorem soli Deo debitum, Sanctis impēdāt, unde ex eo, quod vas electionis, scilicet Paulus, in suis epistolis semper exhortatus est ad Christum Iesum crucifixum & eius dilectionem, orationem, & reverentiam, nominando eum, aut quingentis vicibus & ultrà, & nomen virginis glorioſæ nunquam vel rarò, non per hoc, inhonoravit, sive non ut debuit, ipsam vel cæteros sanctos dilexit, cum ipse dixit, *quod certus sum, quod nemo separabit me à charitate* CHRISTI: cùm ergò Deus ipse diligitur summè, & honoratur, in hoc omnes Sancti diliguntur & honorantur. *Ipse autem suam gloriam alteri non dat*, imò si eius aliqua creatura ultra ipsum diligeretur, & præ ipso honoraretur, non esset hoc honorare, sed inhonorare, & quasi ante CHRISTVM, *supra id quod dicitur Deus, extollere.* Sic inveniuntur multi, qui ex infundabili Magistrorum invocationis Sanctorum magnificatione, & ex eorum cæca devotione plus afficiuntur Sanctis in ieiunando, orando, sacrificando, celebrando, genua flectendo, & alia signa latriæ ipsis attribuēdo, quàm ad CHRISTVM creatorem omnium, & hoc nos cavent̄es illam eorum infundabilem invocationem Sanctorum pro fidei articulo non promovere audemus, suadentes hominibus, ut solum Deum adorent & illi soli serviant. Quia, scimus, quod hæc est voluntas & omnium Sanctorum honor

& re-

& reverentia, quia non ipsi, sed eorum Deus, nobis est Deus, cùm in scriptura sacra nullibi habeamus de hoc faciendi exemplum explicitè vel præceptum, quod Sanctos taliter debeamus invocare,

NVLLA SCRIPTVRA, quam Magistri *pro invocatione Sanctorum* allegare consueverunt, eorum servit proposito.

CAPVT XLI.

QVANDO autem M. Ioannis Rok. volens hanc sanctorum invocationem fundare, adducit pro illa scripturas quasdam legis, illæ tamen si verè & fideliter advertantur, non sunt pro illa sanctorum invocatione, nec ipsum datum est primarium significatum alicuius partis S. scripturæ, quas ipsi cum alijs pro fundatione dictæ invocationis allegare consueverunt, & quia inter omnes scripturas, quas ipse cum sibi adhærentibus pro sanctorum invocatione adducit, non sunt fortiores, quàm istæ, quæ tanguntur per ordinẽ, ideo restat nobis verum sensum earum investigare, quo investigato & ostẽso, quod illæ non serviunt suo proposito constabit fundamentum Rok. cum sibi adhærentib. esse eversum & dieectũ. Prima scriptura, quam pro fundamento invocationis sanctorum adducit Rokenzana est illud secundo Macchab. ultimo, ubi scribitur: *Hic est, qui multùm orat pro populo, & pro universa sancta civitate, Hieremias Propheta Dei*, sed hæc scriptu-

Locus 2. Macch. ultimo cap.

ſcriptura non probat ſuum propoſitum, nec hoc eſt certum, cùm hoc in ſomnis Iudæ oſtenſum fuit, & per amicum ſummum ſacerdotem nunciatum, & neſcitur certitudinaliter, ſi ita in re factum ſit, cum iſtud tacetur primo *libro Macchabæorum cap. 7.* ubi deſcribitur illud bellum, ſecundum Doctorem de Lyra, & dato, quod oret Ieremias pro populo & ſancta civitate Hieruſalem, nec hoc per nos impugnatur, non tamen ex hoc ſequitur, de hoc non contendimus, quod debeat à viantibus ad ſic orandũ neceſſariò invocari, & per conſequens invocatio ſanctorum ex illa ſcriptura minimè concluditur. Secundò Rokenzana pro eadem invocatione adducit illud Iob, ubi ſic dicitur: *Voca ergò, ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere.* Ex illo dicto iſtud eliciens, quod homines viantes volentes Deum adorare, debent ſanctos invocare, ut pro eis Deum orent, ſed qui vult rectè & fideliter illa vẽrba attendere, à quo, ex qua cauſa, & ad quid dicta ſunt, poterit intelligere, quod ex illis dictis invocatio ſanctorum nõ probatur. Notum enim eſt, quod Elyphas amicus Iob credens, quod adverſitates huius mundi non eveniunt homini, niſi in pœnam peccati, & per conſequens, quod ipſe Iob pro peccato ſit punitus, & quod illud recognoſcere debeat, & verba præmiſſa dixit, ut invocet Deum, ſi eſt, quaſi diceret, non eſt, qui reſpõdeat, exaudiendo vivens, quod Deus non reſpondebit, quia eum in tranquillitate contemſit, & quod convertatur ad aliquem ſanctorum, conſiderando ſi aliquis unquam exiſtens innocens, puniretur. Penſando ergò ſenſum & intẽtionẽ dicẽtis, quilibet cognoſcere poterit, quod hoc dictum

Iob.

amici

amici Iob nihil facit pro materia invocationis Sanctorum Rokenzanæ: & dato, quamvis non concesso, quod ille Elyphas hæreticus per hoc dictum suum intelligat, quod Sancti illi cœlestis hierarchiæ debeant invocari, non tamen hoc dictum suum, carens vero fundamento scripturæ, fidem de invocatione facere debet sicut nec hoc, quod hæreticè sensit de punitione Dei erga homines, & per consequens ex illa scriptura fundamentum infirmum & fragile capitur ab authoritate hæretici, invocationi Sanctorum antedictæ. Similiter dici potest ad illud *Iob 11.* ubi Sophar disceptans cum Iob, ad eum dixit: *& deprecabuntur faciem tuam plurimi*, quod Magistri pro invocatione Sanctorum allegare solent, sed hoc dictum non servit eorum proposito. Quia Doctor de *Lyra hoc sic exponit: deprecabuntur faciem tuam plurimi, id est, desiderabunt vitam tuam, & reverentiam facient tumulo tuo commemorantes beneficia.* Gregorius autem in morali libro 10. hunc textum exponit de hypocritis ambitiosis, qui omnia faciunt ut commendentur ab hominibus, & pro hominibus intercessores esse videantur, quod iusti nō quærunt nec affectant. Ita enim scribit: *sed inter hæc sciendum, quod pravi cùm recta prædicant, valde difficile est, ut ad hoc, quod taciti ambiunt, non erumpant, unde Sophar protinus adiungit: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Neq; enim justi viri idcircò innocentiæ suæ itinera arcta custodiunt, ut ab alijs exorentur, sed sive hæretici, sive perversi quilibet, per hoc quod inter homines quasi innocenter vivunt, videri pro hominib. intercessores volunt.* & cum sancta loquentes insinuant, quod ipsi appetunt, hoc alijs pro magno pollicētur, dumq; cœlestia prædicant repentè in Iob 11.

tè in ſuis ſponſionibus oſtendunt quod amant. Hæc ille. Ex quibus Doctorum ſententijs luculenter patet, quod hoc dictum amici Iob non eſt pro invocatione Sanctorum antè dicta Rok. Sic reſponderi poteſt & ad illſud Danielis 30. ubi Azarias dicebat in ſua orarione: *Ne quæſumus tradas nos in perpetum, propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum, neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum & Iſrael ſanctum tuum*, quod magiſtri pro ſua invocatione etiam allegare conſueverunt, quod hoc dictum Azariæ non eſt pro invocatione ſanctorum aſtruenda. Notum eſt quod ibi Azarias, quia ſciebat hanc promiſſionẽ divinam veracem in ſuis promiſſionib. idcircò in ſua oratione prædicta ſic ſe continuans dicit: *Ne deſpicias populum tuum, ſcilicet de quo promiſiſti Chriſtum naſci, & hoc Abraham.* Vbi Doctor *de Lyra* dicit, quod *ibi Azarias implorabat divinam clementiam, allegans promiſſionẽ factã ſãctis Patrib. & ideò ſubdit in textu quibus locutus espollicens, quod multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli*, & arenam quæ eſt in littore maris, & per conſequens illa ſcriptura non ſervit eorum propoſito. Adhuc Magiſtri pro invocatione ſanctorum, adducunt illud *Oſea. 12. In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum angelo & invaluit ad angelum & confortatus eſt, flevit & rogavit eum.* Ex qua ſcriptura dicere volunt, quod Iacob in lucta, quam habuit cum angelo, fleviſſet & rogaſſet angelum, ubi tamen quilibet poteſt videre & cognoſcere coaſſumpta hiſtoria de lucta Iacob cum angelo, quæ ponitur *Gen. 32*, & ipſa diligenter penſata, & notato dicto *Lyr.* ſuper prædicto textu Oſ. 12. qui refert *Hebræos dicere*

Dan. 30.

Oſ. 12.

& tenere

& tenere, quod angelus rogasset Iacob, & non econtrà. Et dato, quod Iacob rogasset angelum, tunc non rogavit eum in quantum angelus, sed in quantum Deus, videlicet ex textu Gen. 32. ubi dictum est: Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis. & in signum illius, illum eundem textum de lucta Iacob cum Angelo mysticans Beda dicit, ita scribens: *Quid autem hoc in loco significat Iacob, nisi Iudæorum populum qui ab eo originem ducit. Quid verò Angelus, nisi Christum designat, de quo scriptum est: & statim veniet ad templum sanctum suum, dominator quē vos queritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Si.n. luctamen angeli cum Iacob tantùm ad literam intelligere velimus, nonne ridiculum esse videtur? Quæ.n. utilitas fuit, cum Iacob angelum pugnasse, præsertim cum dicatur, quod eum superare non posset, quis hoc credat? Quid denique est, quod claudicare eum fecit, & benedicit? Angelus iste, Christus est, ideoque modò vir non angelus appellatur, qui carnem suscipiens, & in mundum veniens usque manè luctatus est cum Iacob, quoniam usq; ad horam resurrectionis, quæ primo mane facta est, eum Iudæi persequi non cessaverunt. Luctabatur autem Christus cum Iudæis, quoniam admonendo & arguendo eos, sæpissime ad iram provocabat. Luctabantur autem Iudæi cum Christo insidiando, accusando, deridendo, multisq; modis ipsum persequendo, qui cùm ipsos superare non posset, non potuit quidem, quia noluit. Oblatus est enim, quia ipse voluit per carnem vincere, quia carnem venerat redimere, tetigit nervum femoris eius & statim emarcuit. Sic igitur Christus ex parte benedixit Iacob, & ex parte non benedixit. Benedixit quidem pedem rectum, sed non benedixit pedem claudum. Benedixit Apostolos cæterosq; credentes, & non benedixit crucifigentes & persc-*

perſequentes. Secundùm ergò hanc partem benedicuntur Iudæi, ſecundùm illam claudicant, unde dicitur: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inveteraverunt & claudicaverũt à ſemitis ſuis uſque hodie, imo pede claudicant Iudæi, vetus & non novum teſtamentum ſuſcipientes, ſed quia in hæc duo dividuntur filij Iacob, increden-tes, & in non credentes, altera eius pars luctatur cum Chriſto, illa videlicet, quæ claudicat, altera benedictionem petit à Chriſto: & illa pars quidem, quia ſuperbè luctabatur, emarcuit, hæc autem, quia, piè eum detinere nitebatur, benedicitur. Non enim vi, ſed amore tenetur Chriſtus. Cur enim non totus, ſed ex parte percutitur & benedicitur Iacob,? niſi quia non totus populus Iudaicus, ſed ex parte ei contrarius extitit, unde Apoſtolus, cæcitas ex parte contingit in Iſrael. Quod autem dicit: Dimitte me, aurora eſt, bonis utique dicit, qui poſt auroram reſurrectionis per dies quadraginta eum tenere in hoc mundo meruerunt, unde ipſe, quaſi qui teneretur, dicebat: Expedit vobis, ut ego vadam, & niſi abiero, paracletus non veniet ad vos, neque tamen prius eum dimittunt, quàm eis benedicat, Sic enim Euangeliſta ait: Elevatis manibus ſuis, benedixit eis, & factum eſt, dum benediceret eis, ferebatur in cœlum. Sola igitur pars bonorum eum tenuit. Sola benedicitur, ſola mutato nomine vocatur Iſrael. Soli inſuper huic parti dicitur, Quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines prævalebis, in hoc contra Deum, fortis, fuit, Quia tàm diu eum tenuit, donec eum benediceret, ſic & Moyſes eum tenebat, cui Dominus ait: dimitte me ut deleam populum hunc, & faciam te in gentem magnam. Niſi enim teneretur, *non dixiſſet: Dimitte me*, hæc per totum Beda: Ex quibus patet, quod nec illa ſcriptura fundat invocationes Sanctorum. Adhuc, Magiſtri pro invocatione Sanctorum, adducunt illud

lud Iob 33. ubi sic scribitur: *Si fuerit Angelus pro eo loquens unus de similibus, ut annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet: Libera eum, ut non descendat in corruptionem, inveni, in quo ei propitior.* Ex qua scriptura arguunt magistri, quod angeli sint medij inter Deum & homines, & hominis desiderium Deo proponentes, & per consequens sunt pro illo suffragio invocandi: & si angeli, quare non alij Sancti in patria existentes? sed istud caret fundamento scripturæ, ideò verius & fundabilius in morali *Gregorij lib. 24.* expones hunc textum limitat hoc ad Christum mediatorem Dei & hominum, qui est advocatus noster apud Patrem, & interpellat pro nobis, sic scribens: *Quis enim est iste angelus, nisi ille cui per Prophetam dicitur: magni consilij angelus. Quia enim Græcâ linguâ euangelizare. denunciare dicitur, semetipsum nobis annuncians, Dominus, Angelus vocatur,* & exponens prædictum usque ad finem, ad eum limitat, videlicet intuenti. Et dato, quod Angeli alij à Christo justitiam & desiderium hominis Deo proponant, non quasi nescienti, sed velut homines adiuvantes, & sicut *ut sic.*, sunt, allegatores iustitiæ hominis apud Deum, sic sint, *excusatores divinæ misericordiæ apud homines, non tamen adhuc ex hoc necessario concluditur, quod sint propter hoc ab hominib. pro illo beneficio invocandi: & per consequens, illa scriptura invocationes Sanctorum non probat. Adhuc Magistri gloriantur cũ illo, Act. 27. à dicto Apostoli: *Astitit enim hac nocte mihi angelus Dei cuius sum ego, & cui deservio.* Ex qua scriptura inuere volunt, quod Apostolus dicat se Dei angelo leservire, cùm tamen ibi hoc relativum cui, non efert Angelum, sed Deum, patet ex quadam

Iob. 33.

*forte executores.

Act. 27.

regula, quæ naturam relativorum concernit. quæ est ista, Quod relativum, quod potest ad duo referri antecedentia, ad proximum refertur, si non cum priori magis sit accidentibus limitatum. Cum ergò illa relatio in priori fuit scripta, videtur rationabile, quod natura illius regulæ de relativis, ibidem observetur.

Hinc *Doctor de Lyra* prædictum textum sic exponit: Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius sum ego scilicet Apostolus, & cui deservio in Euangelio. Ecce hic Doctor ad Deum, non ad Angelum facit relationem. Vereri ergò deberent corruptores scripturarum, & ex quo non verecundantur, hoc in locis pluribus contra scripturam facere, idem timendum est, quod faciunt in allegatione aliarum scripturarum, quarum scilicet expositores ubilibet viderentur. Apparet quod non per illas probant suũ propositum: simplices autem sacerdotes & alij audientes nuda verba scripturæ allegare, & sensum ignorantes, nec omnes expositores super his videre volẽtes, credunt eis, & Laici specialiter in sic sinistrè allegatis scripturis decipiuntur. Ex istis iam dictis potest quilibet supra dicta pensans cognoscere, quod nullum fundamentum M. Io. Rok cum sibi adhærentib. super quo nititur fundare invocationes Sanctorum, stare potest, cùm scripturæ in quibus illas fundare nititur, si fideliter & veraciter advertantur, non sunt pro illis, & quamvis in aliquibus ex illis scripturis innuatur quod multi sancti Patres, velut Abraham Genes. 18. Loth. 19. Gene, Manue. Iud. 13. Tobiæ cap. 12. Daniel cap. 10. & sic de multis alijs allequebantur angelos in forma humana eos vi-

tante

tantes, homines ipsos fore existimantes, ut testatur communiter doctor de Lyra, prædicta loca scripturæ exponens, & illud à nobis non negatur, sed conceditur, quod & hodie quilibet nostrum facere posset, si ut tum in tali casu alicubi Angelus appareret, vel eidem destinaretur. Ex hoc tamen non videtur concludendum, quod Sancti corpore exuti, à nobis viantibus modo, (quod pro fide à magistris astruitur,) debeant necessariò invocari, unde cùm Angeli sint spiritus administratorij, & sic propter electos Dei in ministerium missi, propter hoc in tali ministerio humilitatem observant, non quærentes ab hominibus venerationem aut cultum, sed hominibus exhibent ministerium, Deo autem reverentiam & cultum sibi debitum, & per consequens, ad Deum observantes reverentiam, nolunt ab hominibus rogari, aut cultum ab eisdem suscipere, scientes, quia ille soli Deo debetur, sicut hoc manifestè ostenditur *Apocal. ultimo*, cùm Ioannes videns & audiens visiones cùm cecidisset, ut adoret ante pedes angeli, qui sibi hæc ostendebat, dictum est sibi, *vide ne feceris, conservus enim tuus sum & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui servant verba prophetiæ libri huius, Deũ adora*, ubi ostenditur, per quid adorationem à se reijcit, quia per hoc quod se recognoscit horum ministrum, quibus legationem agebat, & per hoc humilitatem suam ostendit, & cultum Domino Deo exhibendum præcipit. Simile habetur de Angelo Tobiæ cap. 12. Ex quo patet, quod homines sancti non oraverunt nec adoraverunt Angelos, in quantum angelos, imò Angeli si volvisset eos aliquis adorare vel orare, & præsertim post Christi

Sancti non adoraruni eos, quos noverant esse Angelos.

incarnationem, ipsi ex sua humilitate & reverentia, quam ad Deum habent, non admiserunt, ne Deum honore sibi debito, spoliarent. Hinc est quod *Gregorius in Omel. super illo Euang. Exijt edictum à Cæsare Augusto*, ita scribit: *Prius quippe quàm redemptor noster per carnem nasceretur, discordiam cum angelis habuimus, à quorum claritate & mundicia per primæ culpæ meritum, per quotidiana merita longè distabamus. Quia enim peccando extranei eramus à Deo, extraneos nos à suo consortio deputabant angeli cives Dei, sed quia nos cognoscimus Regem nostrum, recognoverunt nos angeli cives suos, quia enim cœli Rex, terram nostræ carnis assumsit, infirmitatem nostram illa iam angelica celsitudo non despicit, ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem prioris discordiæ postponunt, & quos prius infirmos, abiectosq; despexerant, iam sanctos venerantur. Hinc est enim, quod Loth vel Iosue angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur, Ioannes vero in apocalypsi adorare angelum voluit, sed tamen idem hunc angelus, ne se deberet adorare compescuit, dicens: vide ne feceris conseruus, &c. Quid est, quod ante redemptoris adventũ angeli ab hominib adorantur. & tacent, postmodum verò adorari refugiunt, nisi quod naturam nostram, quam prius despexerant, postquam hanc super se assumtam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt, nec iam sub se velut infirmã contemnere ausi sunt, qui super se velut in cœli rege venerantur, nec dedignantur habere hominẽ sociũ, qui super se adorant hominẽ deum.* Hæc ille. Ex cuius verbis evidenter elicitur, quod Angeli licet sint administratorij spiritus, & quasi omnia eorum dispositione agat Deus, non tamen sunt orandi, aut cultus ipsis propter hoc exhibendus. Contra hoc quidam gentiles Philosophi peccaverunt, qui volentes investigare, quid est sum-

est summum bonum, à quo cuncta cætera reguntur, & considerantes, quod illud non sit aliquod corpus, nec illud potest esse principium omnium, quod est mutabile, Spiritus angelicos attenderunt, & videntes, quia omnia quosi eorum dispositione aguntur, dati in sensum reprobum, eos Deos vocabant, & honorem divinum eis exhibebant, & de numero illorum quasdam dixerunt esse, qui bona inducerent, & alios qui mala, non illis utrisque serviebant. Illis bonum ab eis expectantes, & istis ne mala in eos venire permittant, & licet in scholis disputabant, quod unus sit Deus, in templis tamen eorum multos colebant Deos, angelis illum honorem indebitum exhibentes. Quod videns Apostolus *Coloss. 2.* omnes ab illo præmunit, clarè dicens: *nemo vos seducat volens, in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & subministratum & constructum crescit in augmentũ Dei*, super quo Remigius ita scripsit: *Nemo vos seducat in religione Angelorum, id est, cultura Angelorum. Erant Philosophi Gentium, & quidam Iudæorum qui, dicebant: Sicut sunt quatuor elementa, ita sunt & quatuor angeli, qui præsunt illis. Qui ergò dicebant ad illos, qui crediderant, volentes apparere religiosi: quia ex quatuor elemẽtis constatis, debetis angẽlis illis qui præsunt elementis, culturam aliquam & sacrificia offerre., sed quia nihil erat, quod dicebant, subiunxit Apostolus, quæ non vidit, &c.* Hæc ille.

Invocatio Angelorum, est à gẽtibus.

Ex cuius verbis manifestè ostenditur, quod illi errant, qui angelos colunt, *hinc 24. q.* ubi defectus hæreticorum tractantur, in numero aliorum, Angelici enumerantur erronei, qui angelos co-

Angelici hæretici,

lunt,ubi.Rok,cum ſibi adhærentib.timere debet, ne particeps talium fiat,quando docet orare angelos,pro interceſſione,& conſequenter alios ſanctos,ea bona, quæ homines à ſolo Deo quærere debent,eis denuncians, in angelis & cæteris ſanctis.Quamvis ergò angeli ſint adminiſtratorii ſpiritus,& multùm nobis utiles ,cùm eorum diſpoſitione multa fiant,non tamen propter hoc à nobis ſunt honorandi,ſed Deus,cuius diſpoſitione & hoc bonum,quod per angelos fit, ad utilitatem electorum ordinatur: quemadmodum per ſimilitudinem quandam videmus in molendino fieri, ita quod quamvis ad faciendam farinam concurrunt,molæ,rotæ,& aqua,& tamen is qui vult habere farinam,petit non molam,aquam, vel rotam, ſed ipſum molendinatorem, cuius ordinatione omnia illa fiunt,& dicitur principalius, farinam diſponere, quàm illa prædicta concurrentia inſtrumenta,ſic in propoſito poteſt dici ſecundùm quandam ſimilitudinem & proportionem.

Simili docet recurrendum eſſe ad Chriſtum.

INVALIDÆ MAGISTRORUM probationes.

CAPVT XLII.

ADHVC Magiſtri invocationes Sanctorum volentes fiendas ſtatuere, tales ſolent facere ſimplicib, ſuaſiones.: ſi ſancti fuerunt potentes,ſagaces atque benevoli in terris ad orandũ pro fratribus ſuis miſeris, quando adhuc ſoli de ſe erant ſoliciti,& impedimentum à propria carne habuerunt,quantò magis corpore exuti,ubi maiores ſunt Domini ſuæ voluntatis,eatenus impedimentis privati, omniſcientes, quo ad indigentiam

An quia ſancti hic orarũt pro nobis, in cœlo quoque idem faciant.

gentiam noſtri ſtatus, cum videant in Verbo tanquàm in ſpeculo, omnes indigentias noſtras, & compatiantur nobis, & pro nobis intercedant, omnia velint incremento ferventiſſinæ charitatis, cùm illa prima, charitatem non minuat, ſed augmentet. *Charitas enim nunquam excidit*, nec beati, quia impaſſibiles, ideo incompaſſibiles, quin potius viſcera miſericordiæ intentius pro nobis induunt, cùm ante fontem miſericordiæ nunc aſſiſtunt, & eo potiſſimum, quo norunt Deum pro nobis diſponere, quod ante complementum noſtræ peregrinationis, nec beatorum numerus, nec eorum beatitudo erit finaliter conſummata, per quod Magiſtri oſtendere volunt ſufficientiam Sanctorum, ut unusquiſque liberius & ſecurius ſe ad eos convertat, audiens, quia reſpiciunt indigentias noſtras & compaſſionem habent ad nos, & de bono noſtro ſolicitantur, ubi iam nõ habentes à corpore impedimenta, qualia hîc exiſtentes habuerunt, poſſunt in quiete melius pro nobis erga Deum agere, & dicere, quemadmodũ Monachi laborioſis hominibus dicere conſueverunt: *Vos propter occupationes veſtras Deo liberè ſervire non poteſtis, Nos autem parati diu noctuque pro vobis orare non ceſſamus*. Ex quibus non aliud cogitare poſſunt ſimplices, niſi ſecuri eſſe de ſalute, & ſervire diligenter Sanctis, ipſos orare, eis ieiunare, incenſa ſuccendere, & in feſtivitatibus eorum in manus non falcem, non ſecurim, vel aliud inſtrumentum operis ſervilis, ſed *picarium* cum vino vel cereviſia benè poſſe capere. Tales doctrinæ ſunt valdè nocivæ & allectivæ hominum, nec Diabolus unquàm habuit eis ſimiles pro parte ſua, qui ſic adulterè ſcirent ſub

ſpiritualium rerum ſpecie,& ita ſubtiliter populum à Deo ſubducere, & in erroribus *perpetuare & aſſecurare*,ideò,cum diligentia eſt advertendum & videndum,quodiſtæ perſuaſiones & probationes Magiſtrorum ſunt deceptoriæ, & ſtare non poſſunt. Notum enim eſt, quod iſta probatio eſt inſufficiens, ſi Sancti fuerunt potentes,ſagaces, atque benevoli in terris ad orandum pro fratribus miſeris: Ergo multò magis, corpore exuti, cum prima illa viæ charitatem non minuit, ſed augmentat. Quia ſi ſic credendum eſſet,tunc iſtud nos tenere oporteret, quod Sancti in carne exiſtentes ad aliquod opus ſalutiferum impedimentum habuiſſent, ita ut illud ad profectum perducere non poſſunt, niſi exuto corpore, ubi tunc primo in illo profectum verum habere poſſunt, & maiorem ad illud charitatem, & per conſequens, quod meliores ſint & utiliores vivis ſancti mortui,quàm fuerunt in corpore viventes, & iuxta hoc tenendum eſſet, quod ex quo ſancti ibi habent actus fructuoſiores,tunc & *meritoriores*, & ſi ſic, tunc non verè poterimus tenere, quod ibi poſt hanc vitam ſit ſtatus, locus, & tempus mercedis pro labore fruitionis,Nec illud ſapientis dictum benè ſtare poſſit, quo Eccl.9.dicitur: *Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare.quia nec opus,nec ſcientia,nec ſapientia erunt apud inferos, quô tu properas*,ubi monet,quod homo hîc operetur,quia ibi opus non erit. *Nec illud Ioan.Apoc.14.* verificaretur,& audivi vocem de cœlo dicentem mihi:*Scribe beati mortui &c.quia opera eorum*, id eſt, retributio pro operib.*ſequitur illos*, ubi requiem poſt laborem denunciat. Illa omnia dicta inconvenientia ex eorum probatione ſequerentur,

sentur, ideò ne magistri sibi videantur sapientes in eorum probatione, recurendum est ad iudiciũ sanctorum, & videndum utrum ipsi sic sentiant, & si verba Apost. attenderimus benè poterimus in hoc intelligere veritatem. Ipse enim hoc benè dijudicat, quando *Philip. 5.* scribit: *Mihi vivere Christus est, mori autem lucrum. Quod si vivere in carne hîc mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro, coarctor enim è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Nam hoc multò melius est. Permanere autem in carne necessum est propter vos, hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectũ* **verum* in quibus verbis Apostolus tãgit duo, unũ bonum enarrat quod actum est secum in hæc vita, & aliud quod consequi debuit in futuro, ipsi deerat, ubi sibi magis sit proficuus, & ubi alijs, & concludens dicit: Quod mori, & esse cum CHRISTO melius sit sibi, quantum concernit personam suam, id est, evadere miserias & pericula, & esse in gloria, sed attendendo profectum aliorum, cùm dicit, quod vivere in carne, hic mihi fructus operis est, in quo mereatur & alios in fide ædificet & confirmet, Propter quod subdit, *permanere autem in carne, necessum est propter vos ad profectum vestrum & gaudium fidei.* Ideò manifestum est, quam partem Apostolus ad profectum vivorum eligit, videlicet manere cum eis in carne. Ex cuius sententia patet, quàm infundabiliter Magistri dulcorant hominibus stultis, & de astutia Sathanæ ignaris, Sanctorum mediationem, quod utiliores sint sancti hominibus vivis, post mortem, & quod ibi efficacius quærunt bonum eorum, quam hîc existentes quæsierunt, ubi tamen Apostolus determinat

* vestrum.

minat oppositum, experimens, quod Sancti utiliores sunt vivis hîc existentes, quàm ibi sunt. De hoc autem quod obijciunt, quod illa prima, charitatem vix non minuit, sed augmentat. Et ergò iuxta hanc charitatem, ibi magis possunt prodesse nobis, quàm hîc profuerunt, nec homo potest ei *suffragari. Habeant Sancti multum vel parum charitatis, quantumcunque enim charitatis ibi habeant, non habent tamen illam occasionem mediante qua illam vivis possint ostendere charitatem, & cùm carent corporibus & locis, in quibus vivis illam charitatem ostendere possint, eos docendo, præmuniendo in fide, ædificando & cõfirmando, & per consequens, illa charitas, quæ in eis ibi est maior, quàm hîc existebat, mutata est in aliud, quàm in illa opera carnalia, fatigatione & solicitudine plena, in illud videlicet bonum, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, quod præparavit Deus diligentibus se. Quæ charitas tenet Sanctos in illo adepto bono, non admittens eis habere alium laborem, nisi delectabiliter in bono illo delectari, & inducere se in illud, & magis esse hoc bonum, quàm *seipsos. Hæc, illa maior charitas ab eis habita, quàm hîc habebatur, in eis operatur, sicut ergò labor differt à mercede, ita quod in labore est fletus, in mercede verò gaudium, sic in homine differens est gratia promerens actualiter gloriam, à gratia de plenitudine gloriæ satiatæ, ita ut secunda sit retributio primæ, unde si suave atque delectabile est vindemiare vinum, multò suavius atque delectabilius est ipsum tempore congruo bibere, & per consequens quãvis ut in prima parte huius, tactum est, sancti corpore exuti, affectum bonũ habeant, ad nos, de tanto de

* Fortè *refragari*.

* *multùm loquens*.

to, de quanto ante complementum noſtræ peregrinationis carent beatudine finaliter conſumata, non tamen videtur, quod ex officio bonum nobis affectent, ita quod ſint à Deo ad hoc conſtituti, ut ſint aptum inter deum & homines medium, ſufficiens ad hoc, quantumcunque ex parte Dei & hominum indigentium, ut ſemper ſint parati audire preces noſtras, & eas ſuſcipientes ab hominibus ad hunc finẽ, ut pro eis intercedant, Quamvis etiam ex fide in hac vita exiſtentes orare debeamus pro invicem, illa tamen eadem fides non videtur nobis eſſe relicta, in his, qui iam de hac vita diſceſſerunt, quod verbis B. *Hieronymi confirmari poteſt, & ponitur 28.q.5. in præſenti ſæculo, ſcimus ſive orationibus ſive conſilijs invicem nos poſſe adiuvare, cùm autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noha rogare pro quoquam poſſe, ſed unumquemque portare onus ſuum.* Hæc ille. Vbi Hieronymus hîc, tantùm homines de iuvamine mutuo orationis certificat, ibi non: nec tãtam proprietatem, quo ad hoc, ibi deiurant in alijs, & per conſequens illa probatio Magiſtrorum, qua approbare nituntur invocationem Sanctorum, per hoc quod dicunt: Si ſancti fuerunt potentes, ſagaces, atque benevoli in terris ad orandum pro fratribus miſeris, quantò magis corpore exuti, benè ſtare non poſſunt. Similiter poteſt dici, quod nec dictum illud Magiſtrorum habet veritatem, quo dicunt: Sanctos corpore exutos eſſe omniſcientes, quo ad indigentiam noſtri ſtatus, & quod videant omnia in verbo tanquam in ſpeculo, & omnes noſtras indigentias cognoſcunt. Notum enim eſt, quod Sancti corpore exuti non omnia noſcunt, quamvis.n. concedendũ ſit, quod

De omniſcientia ſanctorum.

quod Sancti aliqua videant in verbo & cognoſcant ea ſpecialiter, quæ plenitudinem eorum cõcernant beatudinis, ſed quod omnia videant & cognoſcãt, quæ in Deo vel extra Deum ſunt, hoc non videtur poſſibile Quia ſic concedendum fuerat, quod tantùm ſicut Deus haberent de notitia ſui & omnium aliorum, & ſic cognoſcerent, quorumlibet damnationem vel ſalvationẽ, & Dei occulta iudicia, quæ dicuntur abyſſus multa, & cuiuslibet *corrimarentur*, quæ ſolum concernunt Deum verum, alij ſecundum menſuram eis conceſſam participiant ipſius notitiæ: Ipſe autem omnes alios in notitia præcellit, & plus omnium habet ſicut fons indeficiens, à quo iuxta menſuram dona eius fluunt in alios. Aliud ergò eſt Sanctos in cœlis habere plenitudinem eorum propriam, & aliud habere plenitudinem Dei, cùm eius plenitudo eorum incomparabiliter plenitudinem excellat, quam ipſi attingere minimè poſſunt, & iſtud poteſt ex ſcriptura multipliciter cõfirmari. Primò ex illo *Apo. 5.* ubi ſcribitur: *Et vidi in dextra ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris, & ſignatum ſigillis ſeptem, & vidi Angelum fortem, prædicantẽ magna voce: Quis eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula eius, & nemo poterat, neque in cœlo, neq; in terra, neq; ſub terra aperire librum, neq; reſpicere illum, & ego flebam.* Et ſequitur. *Et unus de ſenioribus dixit ei: Ne fleveris, ecce vicit Leo de tribu Iuda, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula eius,* ubi per librũ clauſum, quem vidit Ioannes, myſteria clauſa ſancto Ioanni revelata, intelliguntur, quæ omnia occulta erant coram omnibus, qui ſunt in cœlo vel in terra, excepto eo, qui ſedebat in throno, qui dignus fuit aperire, & ſan-

Sancti habẽt plenitudinem ſibi conveniẽtem,

& ſancto Ioanni divinitus revelare. Ex illa ſcriptura manifeſtè patet, quod nec Sancti corpore exuti omnia cognoſcũt, quouſque eis non fuerint ex cauſis aliquibus revelata. Hoc idem confirmari poteſt ex verbis *B. Dionyſij in fine libri ſui de Eccleſiaſtica hierarchia.* Servat quod multa abſconſa ſunt à ſupremis Angelis, quæ à ſola divina ſapientia cognoſcuntur: Et alibi ſcribitur: Quod chori Angelorum differentes habent notitias, & dona differentia, & quod inferiores à ſuperioribus ſuis capiunt illuminationes. Ex cuius verbis manifeſtè oſtenditur, quod multa ibi latent etiam ſupremos Angelos, ſed quod omnia noſſe ſoli conceditur Deo, nec hoc etiam ut videtur benè poteſt ſuſtineri, quando Magiſtri adijciunt, quod Sancti noſcant omnes indigentias noſtras. Notum enim eſt de Paulo, quod de ſeipſo dicit *2. Cor. 12. Scio hominem in Chriſto ante annos 14. ſive in corpore ſive extra, neſcio, Deus ſcit. Raptum huiuſmodi uſq; ad tertium cœlum*, ubi datur intelligi, quod Sancti quandocunque ad tantum poſſunt mente capi, quod nõ ſolùm ignorant quid circa alios agatur, ſed quid agitur apud ipſosmet, & ſi Paulus raptus tunc neſcivit, an tũc fuit in corpore vel extrà corpus, nunquid ſi pro aliquo ab illo deprecatus fuiſſet, diſpoſitus fuiſſet ad audiendum ipſius deprecationem? Similiter *Exod. 24.* ſcribitur: *Cùm deſcenderet Moyſes de monte Synai tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini*, per quod datur intelligi, quod conſortium ſermonis Domini aufert quandoque advertentiam aliorum. *Hinc Extrau. de reſcript. Cùm à Deo, in gl.* de vera invocat. Sanctor. *Quod autem dicitur omnium habere memoriam,*

riam, potiùs est divinitatis, quàm humanitatis. Et per consequens non est hoc certum, sicuti Magistri affirmant, quod Sancti ibi noscant omnes indigentias, & miserias nostras. Vnde pensantes dictas scripturas, & aliam coassumentes, *ubi 3. Regum 8. cap.* scribitur: *Si quis cognoverit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis & facies ut des unicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius, quia tu nostri solus cor omnium filiorum hominum, ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris*, unde cognoscere poterimus, quod Sancti non sunt sufficientes tenere officium mediatoris aut intercessoris apud Deum pro peccatoribus, quos viantes debeant pro tali intercessione necessario invocare. Quia ex quo Deus, ut ex immediatè adducta scriptura habetur, non suscipit preces petentis, nisi cor eius & utilitatem vel petita cognoscat, cùm attendat circa hoc vias hominis, & cor, & si viderit cor alicuius pravum, & vias eius iniquas, non audit eum, quantascunque ad Deum fundat orationes. Differentes etiam homines & diversi sunt, quibus ex occultis suis iudicijs DEVS vult & non vult benefacere. Aliquibus enim non rogatus, nec ab eis cognitus benefacit, & scit ad quid servat eos, & quare eis benefacit, Alios de terra longinqua venientes propter nomen suum, manum robustam, & brachium extentum, audit & facit cuncta pro quibus invocant eum, ut sciant omnes populi nomen suum, ut habetur 1. Paralip. 6. Alios audit videns eorum futuram conversionem, videlicet de Cornelio, *Actor. 10. cap.* Aliquando autem nec suos electos in arduis audit, videlicet de Apo-

stolo,

solo, qui *quamvis ter rogasset eum, ut auferat stimulũ carnis ab eo, non est exauditus.* Ad omnia illa Sancti sufficientes non sunt, carentes tanta notitia, quantam DEVS habet omnium prædictorum, & ergò officium intercedendi pro peccatoribus apud Deum, non potest benè stare in Sanctis mortuis. Ex quo non possunt tantam notitiam habere cordium prædestinationis, & aliarum differentiarum hominum, quantum habet Deus, quomodo possunt audire preces aliquorũ, & pro eis intercedere, quia fortè ex eis quidã sunt de damnandis, vel fortè intercederent pro aliquibus, sicut mater filiorum Zebedæi, quibus responderet Deus: *nescitis quid petatis*, & per consequens, ex quo solus Deus nosci corda hominum, nos latet, & si voluerimus Sanctos invocare, nescimus, si ipsi audiunt vel cognoscunt preces nostras, cùm *Esaia. 63. Propheta Deum invocans dicit: Tu Pater es noster, & Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos.* Vbi Gloss. *Augustinus dicit: quod mortui etiam Sancti nesciunt, quid agunt vivi.* Et ad regem Iosiam dicitur *4. Regum. 22. capit. Idcirco quia flevisti coram me, colligam te ad Patres tuos, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum in locum istum*, quod non fieret, si ipse post mortem cognosceret, quæ mala evenire debuerunt genti suæ. *Hinc est, quod Augustinus in tractatu de anima & spiritu scribit: Ibi quidem sunt spiritus defunctorum, ubi non vident neque audiunt, quæ aguntur aut eveniunt in vita hominibus. Ita tamen quòd cura est eisdem de vivis, quanquam quod agant omninò nesciant, quemadmodũ cura est nobis de mortuis, quamvis quid agant, utique nesciamus. Nesciunt quidẽ mortui quid hic agatur, sed dũ hic agitur, postea possunt audire* Cap. 29.

ab eis,

Hæc non sunt in August. loco citato.

ab eis, qui hic moriendo ad eos pergunt, [non quidem omnia, sed quantū eis sinitur indicare, & eos oportet audire, sicut etiam possunt ab Angelis, qui hic præsto sunt nobis, & animos nostros ad illos etiam Spiritu sancto revelant cognoscere & quæ hic aguntur. Ergò necessum est eos cognoscere.] Hæc ille.

Ex quibus scripturis & dicto beati Augustini, potest cognosci stultitia & temeritas eorum, qui ita temerè sine fundamento scripturæ audent ad tantùm dictas Sanctorum invocationes promovere.

RESPONSIO AD AVthoritates Doctorum, quas Rokenzana pro invocatione Sanctorum adducit.

CAPVT XLIII.

OSTENSO quod nulla scriptura super quibus Magistri fundare nituntur invocationes sanctorum, eorum servit proposito, facilis potest esse responsio, ad eorum authoritates Doctorum, quas in hac materia M. Ioan. Roken. adducit, pro quibus notādum, quod ubi veri Doctores tangunt, quod sancti corpore exuti iuvant nos orationibus suis, hoc retorquendum esse videtur ad orationes, quibus in hac vita existentes orabant Deum, quibus hoc iuvant, sicut & gestorum suorum confirmant atque hortātur exemplis, & illum sensum ipsemet Rok. exprimit in antecedente specialiter Origenis, quam adducit in Omel.

Sancti juvāt nos orationibus quas fudē unt ad Deū, in hac vita.

b

in Omel.26. super numeros ubi sic scribit: *Quis enim dubitet, quod Sancti quique, primùm & orationibus nos iuvent, & gestorum suorum confirment atque hortentur exemplis, sed & voluminibus suis, quæ nobis ad memoriam scripta reliquerunt, docentes nos & instruentes, quomodo adversum inimicas potestates dimicandum sit, & quomodo agonum toleranda certamina. Pugnant ergò pro nobis & ipsi incedunt primi ante nos armati. Ipsos enim nos habentes ad exemplum, & videntes eorum per Spiritum fortia facta, armamur ad prælium spirituale, & adversus spiritualia nequitiæ in cœlestibus, dimicamus.* Hæc ille.

IN quibus verbis Origenes per adversarium allegatis ostendit, quod ubi dicit Sanctos orationibus nos iuvare, intelligit orationes, quas sancti nobis ad orandũ Deum in exemplo reliquerant, ut eos in talibus imitemur. Cùi in hoc est credendum, & eò magis in testimonium suscipi debet, quò ab adversario allegatur. Et quod ille ibi sit sensus Origenis potest confirmari ex illo eius scripto, quod *Omel 3. super Iosue* scribit, & allegatum est, per nos in prima parte huius, capite ultimo, de materia invocationis Sanctorum, ubi exprimit quomodo in auxilium nobis veniunt illi, qui ante adventum Domini nostri Iesu Christi in lege iustificati sunt, ubi videatur materia, & patebit iste sensus, quem præmisimus Origenis. Vbi autem Doctores tangunt, quod Sancti exuti corpore orant & intercedunt pro nobis, hîc intelligendum videtur, quod ipsi affectum bonum habent ad nos: in quantum nobis unum existentibus, cum illis, nos sine illis & ipsi sine nobis consummatam non consequuntur beatitudinem, & quod ille sensus sit capiendus talium

authoritatum Sanctorum potest planè elici ex dicto *Origenis Omel. super Levit*, per nos in prima parte huius capit. ultimo, materiæ invocationis Sanctorum allegato. Ad quem sensum & illa eiusdem Origenis authoritas potest capi, quam adint verſarius adducit pro se, *ubi Omel. 6. super Iosue* fe- scribit propè finem : *Ego sic arbitror, quod omnes illi qui dormierunt ante nos Patres, pugnent nobiscum & adiuvent nos suis orationibus, &c.* Vbi Origenes illam inculcare videtur sententiam, quod Sancti adiuvant nos orationibus suis, id est, bonum affectum habẽt ad nos, in quantum norunt Deum pro nobis disponere, quod ante complementum nostræ peregrinationis, nec beatorum numerus, nec eorum beatitudo erit finaliter consummata, & hoc potest ex verbis ipsiusmet Origenis cognosci, quod loquitur ad hunc sensum, quem immediatè ante verba, quæ allegantur ab adversario, exprimuntur, quæ ipse omisit. Scribit enim sic : *Hi ergò qui secundum legem vixerunt, primi acceperunt hæreditatem, sed extra terram promissionis, tamen demum cùm accepissent terram hæreditatis, non eam possident neque dividunt inter se, sed expectant usque eis per Iesum distribuatur in sortem. Nonne evidenter est hoc, quod beatus Apostolus Paulus scribẽs dicit ad Hebræos de prioribus Patribus, quos dicit fide placuisse Deo, & addit dicens : Hi autem omnes testimonium habentes per fidem, nondum consecuti sunt repromissiones, Deo pro nobis aliud melius providente, ne utique sine nobis perfecti efficerentur. Habent igitur iam repromissionem suam, & requieverunt, & digni habiti sunt per Moysen capere hæreditatem, veruntamen adhuc & ipsi pugnant, & in concertamine sunt pro ijs, qui sub Iesu Christo Domino nostro militant.*

militant. Ista sunt quæ scribit Origenes, quæ Magister Ioannes Rokenzana omisit, & tunc sequitur, quod ipse allegat. Ex cuius dictis præcedentibus quæ ipse omittit, patere potest sensus sequentium eius verborum, quæ per adversarium truncatim sunt recepta, quale videlicet eorum sit iuvamen, quo iuvant nos in orationibus suis. Quia affectus, quem habent ad suæ perfectionis consecutionem, qui quantum hoc bonum sibi ibidem existentes desiderant, tantum bonum nobis affectant, sed quod pro illo suffragio & bono affectu, quem habent ad nos Sancti, debeant à nobis necessariò invocari, hoc non exprimit Origenes, per adversarium allegatus, nec nos dato, quod Sancti orent pro nobis hoc impugnamus, sed non dicimus eos à nobis pro illis orationibus invocandos, quia aliud est Sanctos pro nobis orare, & aliud, nos Sanctos pro sic orandum pro nobis, invocare: & hinc quamvis Origenes in authoritate per adversarium allegata exprimat, quod Sancti, qui dormierunt ante nos, iuvent nos orationibus suis, non tamen exprimitur, quod ipsi pro illo iuvamine à nobis debeant invocari, sed notanter docet DEVM in adiutorium invocandum, quando post verba per adversarium allegata eandem concludens authoritatem, Origenes ita scribit: *Ita ergò & nos fidem plenam, opera perfecta, indesinentes orationes, meditationem divini verbi, intelligentiam spiritualem tollentes, & illis omnibus velut armis Dei muniti stemus adversus astutias Diaboli, invocantes Deum adiutorem nostrum in Christo Iesu Domino nostro, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.* Hæc ille.

NON sine causa adversarius principium & caudam authoritatis, quam allegat, amputavit, ne verus eius sensus à legentibus investigetur adhuc in maiorem huius confirmationem, quod videlicet affectus Sanctorum bonus, quem habent ad nos, propter suæ perfectionis assecutionem, intelligatur per orationem Sanctorum, quam dicunt orare pro nobis. *Et Beda in Omel. super illo Ioannis 16. capite. Illo die in nomine meo petetis*, per Rokenzanam allegatus, qui sic scribit: *Possumus horam, quæ pollicitur futura vita, intelligere, ubi veraciter in nomine* IESV *petunt electi, dum pro nostra fragilitate intercedunt, quatenus ad suæ salvationis sortem pertingamus, à qua adhuc inter insidias hostium peregrinamur in terris, quam Sanctorum petitionem apertissimè in die futura promisit. Illo inquiens die in nomine meo petetis, in die etenim petunt, quia non inter tenebras pressurarum, ut nos, sed in luce sempiternæ pacis & gloriæ, beatorũ spirituum se pro nobis intercessio fundit.* Hæc ille.

Ex cuius verbis potest videri, quod ipse orationem Sanctorum, quam pro nobis orant, retorquet ad affectum eorum, quem habent ad hoc, ut ad eorum salvationis sortem pertingamus, quam scilicet consummatam non habent sine nobis, & quod ille eius sit sensus, potest patere ex eiusdem Doctoris verbis, qui alibi expressius inculcat illam sententiam, cùm in *Omel. super illis*: *Si quid petieritis patrem in nomine meo, ita scribit: Possunt autem spiritus electorum, in illa cœlesti civitate positi, etiam pro se ipsis in nomine Salvatoris petere, intelligi, quia videlicet tempus universalis iudicij & resurrectionis corporum, in quibus pro Domino certavere, venire desiderant, unde Ioannes ait: Vidi sub altari Dei animas interfectorum propter verbum Dei & propter testimonium, quod habe-*

bant,& clamabant voce magna, dicentes:Vsque quò Domine sanctus & verus non iudicas, neque vindicas sanguinem nostrum,de his qui habitant in terra,ubi continuò subinfertur,& datæ sũt illis singulæ stolæ albæ,& dictum est illis, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec compleantur conservi eorum & fratres eorum, singulas quippe stolas albas nunc habent animæ, cum stola sua, felicitate fruuntur, Binas tunc accipient cum impleto in fine numero fratrum,corporũ quoque immortalitũ receptione lætantur, Hæc ille. Illæ tres autoritates suprà dictæ,quas Roken. pro se allegat, una Origenis Omel.26.super Numero, alia eiusdẽ Omel. 16.super Iosue, & tertia Bedæ in Omel super illo Ioannis 16. Illo die in nomine meo petetis, non pro eo militant,sed pro nobis, & secundum hoc possunt & aliæ multæ autoritates doctorum per eum allegatæ, quæ de oratione, suffragio vel intercessione sanctorũ corpore exutorum, quibus nobis suffragantur,faciant mentionem, intelligi, quod loquãtur ad hunc sensum,& per consequens multæ sunt autoritates ex illis, quas pro invocatione sanctorum allegat, quæ nihil faciunt ad propositum, de numero quarum est *Orig. quem allegat Omel. 5. 10. & 20 super Numero & Omel. 10. super Hieremia.* De numero illarum etiam autoritatũ,quæ nihil faciunt pro invocatione sanctorũ, est *Aug.* quem allegat in fine in *sermone de nativitate scilicet* Ioan.Baptistæ,& in *libro supputationum* parte quarta in fine, de numero illarum est *Ambrosius*, quem allegat *lib.2. & lib.8. supra Lucam* & est *Chrysost.* quem in quadam epistola allegat,est *& Richardus* quem allegat super canone missæ. Quæ omnes autoritates si veraciter & diligenter pensentur, nihil faciunt pro invocatione sancto-

rum, Non ergò glorietur adversarius, quòd tàm multas autoritates Doctorum sibi non ad suum servientes propositum, in unum involucrum satis dispendiosa prolixitate compegit, putans fortè, non tantùm prudenti utilitate, quantũ tumultuosæ multitudinis verbositate proficere, & undecunque sibi succurendo, etiam impertinentibus adductis, fidem cupiens simplicibus adgignere *creditivam*. Aliqui autem doctores sunt, quos ipse pro suis invocationibus sanctorum adducit, qui quamvis in aliquibus locis ex proprijs fortè, vel aliorum loquentes opinione videãtur loqui pro parte invocationis sanctorum, alibi tamen melius prospicientes, & fundamẽtis scripturæ innitẽtes, aliter scribunt, ut patet de *B. Gregorio* qui quamvis in *Omel. super illud Euangelij: Si quis vult venire post me, etc.* pro ut ipsum allegat Rokenz. scribat, & præter fundamentum scripturæ, exprimat, ut in causa nostri examinis, quam cum districto iudice habemus, patronos faciamus, & in die tanti terroris illius, defensores adhibeamus, ad hoc inducens manuductivũ exemplum, quod si apud quendam magnum iudicem causa quælibet nostra esset die crastina ventilanda, nonne totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, patronus quæreretur, magnisq; precib. ageremus, ut apud tantũ iudicem nobis defensor adveniret, tamen alibi melius prospiciens, & fundamento scripturæ innitens, lib. 22. *moralium tractans illiud Iob capite 31. Quis mihi tribuat adiutorem, ut ipse desiderium meum audiat, ita scribit: beatus Iob per totius Ecclesiæ significationem loquens, sciebat quod ad liberationis æternæ requiem humanæ preces, nisi per aduocatum audiri non possent, de quo per Ioannem Apostolũ dicitur:*

dicitur: Si quis peccavit advocatum habemus apud Patrem IESVM *Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro uno tantùm, sed etiam totius mundi, de quo Paulus Apostolus dicit:* CHRISTVS IESVS, *qui mortuus est pro nobis, imò & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* & infrà ad propositũ dicit: *adiutor ergò quaritur, ut desiderium exaudiatur. Quia pro nobis, nisi interpellatio mediatoris intercedat ab aure Dei procul dubio nostrarum precum voces silerent.* Hæc ille.

HÆC Gregorius fundabilius loquitur, unicum mediatorem, scilicet interpellatorem certum, & sufficientem demonstrans, Christũ, quàm ibi in authoritate eius per Rokenz. allegata, ubi patronos & defensores sanctos nobis suadens facere & quærere, exemplum familiare, quod præmissum est ad hoc inducit, per quod exemplum non benè potest invocatio Sanctorum stabiliri. Hinc est, quod B. *Ambrosius* exemplum simile redarguens, super illo *Rom. 5. dicentes se sapientes, stulti facti sunt*, ita scribens, *solent pudorem passi, neglecti Dei, misera uti excusatione, dicentes: per istos posse iri ad Deum sicut per Comites pervenimus ad Regem, esto, nunquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, ut honorificentiam Regis vendicet comiti, cùm de hac re, si qui etiam tractare invẽti fuerint, iure ut rei damnentur maiestatis,? & isti se non cogitant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino conservos adorant, quasi sit aliud, quod plus reservetur Deo. Nam ideò ad Regem per tribunos ac comites itur, quia homo utique est Rex, & nescit, quibus debet Remp. credere, ad Deum autem promerendum, (quẽ utiq; nihil latet, Omnia enim merita novit,) suffragatore non opus est, sed mente devota. Vbicunque enim talis ei locu-*

us fuerit, respondebit illi. Hæc ille.

Ex cuius verbis patet, quod non conveniente ter solet allegari exemplum pro stabilitione invocationis Sanctorum, quo dicere solent, Quod sicut præcisè coram Rege terreno ipso irascente, alij non sic irati pro aliquo intercedunt, iram eius erga ipsum mitigantes, quod sic fiat coram Deo, quod Sancti minus quàm Deus irascentes peccatori, iram eius erga peccatorem mitigarent, pro quo à viantibus debeant necessariò invocari. Idem potest dici & de *Doctore Euangelico*, qui quãvis in sermone: *Mariaoptimam partem elegit*, ubi ipsum allegat Rokenz., videatur pro parte invocationis Sanctorum *loqui, quando inter cætera scribit, qualiter ad hoc quod beata virgo sit procuratrix viantium, requiritur quod sequantur eam in moribus, & quod impossibile est nos præmiari sine Mariæ suffragio*, hoc per illud suum dictũ(, ut videtur) intelligens, quod ipsa occasionaliter omnib. generaliter suffragatur. Quia dicit ipsã fuisse quodammodo causam incarnationis & passionis Christi, & per consequens totius salvationis mundi, tamen evidentius in hac materia suã exprimens sententiã. quid ex fide scripturæ finaliter sentiat de invocationẽ sanctorũ, in suo trialogo, prout ante, in prima huius parte 1. cap. huius materiæ extitit allegatus, scribit, *Quod certum est ex fide, quod oportet mediatorem Dei & hominum* CHRISTVM *Iesum, si aliquid à Trinitate concedi debeat, per orationem cuiuscunq; alterius mediare, & quod foret expediens, Christum simpliciter inter homines adorari, & quod non oportet ad captandum eius colloquium Sanctos cæteros mediare, & quod stultus foret, qui alium intercessorem quæreret, & quod quondam in Ecclesia primitiva singula-*

ingulariter oratio directa fuit ad illam personam meliam, pro adiutorio spirituali, & quando sic fuit, quod unc plus profuit, & crevit Ec. lesia, quàm facit modò ultis intercessoribus adinventis. Hæc ille.

Ex cuius eximij Doctoris verbis *evidet*, quid pse ex fide scripturæ & æstimatione multorum probabile de invocationibus Sanctorum sserunt. Non ergò multùm Rokenz. cum illo glorietur. Nec in hoc sibi suffragatur, ubi dicit ipsum non damnare orationem ad Sanctos, illam, quæ attendit & præparat ad Christum amandũ, quando antè, verbo per nos immediatè superius allegato, scribit, quod Ecclesia nostra rationabiliter habet hanc consuetudinem, quod quemcunq; Sanctum oraverit, sermonem ad Christum Deum dirigit, non ad illum sanctum principaliter. Hoc enim quando dicit, *Quemcunque sanctorum oraverit*, sic est intelligendum: in commemoratione sanctorum, si quis orationem ab Ecclesia usitatam, de aliquo dixerit, sermonem ad Christum Deum dirigit nõ ad illum sanctum principaliter. & hoc verum est, quia nulla oratio in toto Missali invenitur, quæ in commemoratione sanctorũ ex institutione Ecclesiæ solet dici, quæ dirigeretur principaliter ad aliquem sanctorum, sed ad Deum omnes diriguntur, videlicet transcurrendo omnes illas orationes, & per consequens, nihil hoc dictũ Doctoris Euangelici facit ad propositũ Rok. sicut nec illud, quod per se allegat lib. suo decalogi, super illo præcepto: Memẽto ut diẽ Sabbatthi sanctifices, & consequenter multæ aliæ autoritates sanctorũ, quas allegat, essent pẽsandæ, quia nihil faciũt pro invocatione sanctorũ. Si originalia haberemus præ manibus unde eas trahit, appareret

ſenſus alius in multis,quàm quē habuerit ex illis, nihilominus tamen ſi qui ſunt doctores , quos Rok.,pro invocatione ſanctorum adducit, & ſic ſapiant,ſicut ipſe eos intelligit , quia *ut ſic* carent fundamento ſcripturæ ,ideò in hoc ſuſcipiendi non ſunt,quia ſuperius *3.c.huius.2.partis* oſtenſū eſt,ex authoritatibus Sanctorum, quod dicta ſanctorum Doctorum poſt Apoſtolos,non ſunt accipienda ad authoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum,nec ſententiæ eorum ſunt acceptandæ vel admittendæ,niſi de quanto in ipſis Chriſtus loquitur,& de quanto verè & directè fundari poterunt,in lege expreſſa Domini noſtri Ieſu Chriſti.

CAPVT XLIIII.

Quid Vigilantius de invocatione Sanctorum crediderit.

EX quibus omnibus fideliter ſuprà ſcripta adverenti,patere poteſt , quod nullum fundamentum M. Ioannis Rokenz. cum ſibi adhærentibus , ſuper quo fundare nititur, ſtare poteſt, & per conſequens , nihil per gravem ſuum labyrinthum contra noſtram benè in petra fundatam ſententiam effecit , nec in minimo ipſam veraciter improbaverit,quamvis leuiter,& ut ita dicamus , taliter qualiter, non ex lege Domini, nec ex authoritatibus ſanctorum Doctorum , ſe in eadem veraciter fundantium, ad ſcripta noſtra reſponderit, nec hoc eſt in deturpationem cauſæ noſtræ,nec in noſtram inculpabilem accuſationem,ſed magis in excuſationem noſtram & cauſæ noſtræ in hac materia , confirmationem maiorem , quod Ioan. Rokenz. in principio tertiæ culpæ,

culpæ, quam nobis objecit, scribit, quod non sit novum dogma de non astructione pro fidei articulo dictæ invocationis Sanctorũ, sed antiquum & nostris temporibus renovatum, quamvis à modernis in Vigilantio pro errore condemnatum, quem Hieronymus de hoc videtur reprehẽdere, qui dicit in libello suo: *Quod dum vivimus mutuò orare possumus, postquam autem mortui fuerimus, nullius pro ullo sit exaudienda oratio, cùm martyres ultionem sui sanguinis obsecrãtes, impetrare nequiverũt,* qui quamvis pro errore habendus sit, si & de quãto aliquid pertinaciter asseruit veritati contrarium, non tamen ex hoc pro tali habendus est, si invocationem Sanctorũ pro fidei articulo non promouerit, cùm hoc tenendo non videtur alicui scripturæ expressè aut alicuius doctoris sancti sententiæ se veraciter in eadem fundantis contraire, sed cum Ecclesia Græca concordare, quam periculosum videretur cuiquam damnare, quò ad hanc Sanctorum invocationem, quam, ut dicitur, ipsa minimè tenet, cùm ipsa sit immediata Apostolorum filia, ut in antecedentibus dictum est, & mirabile videtur, quod Hieronymus de suprà dicta sententia Vigilantium redarguat, cùm ipsemet, *ut 13. q. 3. habetur, scribat, in præsenti sæculo scimus, sive orationibus, sive consilijs invicem nos posse iuvare, cùm autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noe, rogare posse pro quoquam, sed unumquemq; portare onus suum.* Hæc ille.

Græca Eccl. non invocat Sanctos.

PROPTER quod M. Ioan. Rokenz. cum sibi adhærentibus timens, ne in promovendo invocationes Sanctorum seu orationes ad eosdem, sic notabiliter crimine idolatriæ tituletur, strictus rationib. in scripturis, se impugnantiũ, moderatur

dicta

dicta ſua,quando in principio culpæ tertiæ nobis obiectæ,inordinatas invocationes Sãctorum reprehendere ſe dicens,articulum ſpecialem in hac materia fabricat ,& eum exprimit ſub hac forma:Credimus & ex ſcriptura comperientes tenemus , quod Sancti in cœlis Chriſtianis hîc fidelibus ſuis orationibus & charitativis auxilijs, pro capacitate ſive eorum diſpoſitione ſuffragantur, quorum fideles poſſunt licitè ſuffragia poſtulare,& exorare pro auxilio & interceſſione, circa hoc tamen cultum latriæ ſoli Deo debitum eis non impendentes,ſed in moderamine prout dicet, ad Sanctos ſe habere , & quicquid deordinati foret reſpectus ad Sanctos , & ſupra menſuram poſtulationis, hoc abijcientes , ubi timens notabiliter confundi non audet negare ,quando ſolus Deus eſt orandus , ſed ne per hoc videatur à ſuo Sanctorum invocationis propoſito cedere,addit,quod Sancti ſunt poſtulandi , & exorandi pro auxilio & interceſſione , non quod ipſos ſimpliciter pro illo poſtulemus & exoremus, ſed ut affectus noſter ad eos ad hoc dirigatur , ut nos,quia ex ſe indigni ſumus exaudiri , adiuvent noſtras orationes coram Deo,& in eo adhuc ſemper volens videri iuſtus coram hominibus,ſe munit,quando in fine addit:Circa hoc tamen cultum ſoli Deo debitum eis non impendentes,ſed in moderamine pro ut decet ad ſanctos ſe habere, ad eoſdem habentes,& quicquid deordinati foret, reſpectus ad ſanctos & ſupra menſuram poſtulationis hæc abijcientes.Rokenz. carẽs in materia invocationis Sanctorum,fundamento fidei,neſcit in quo ſe debeat ſtabilire,ſed nunc ſic,nunc aliter ſua *opinativa muniens* , fabricat uerba , ne faciliter à ſimplici-

simplicibus capiatur, & in hoc videtur in oculis suis multum prudens, quod nunc in articulis suis ponit: Credimus ex scriptura, comperientes tenemus, & nunc, obmittendo illa verba, *credimus, & ex scriptura comperientes*, ponit, *simpliciter tenemus*, & minimè in eisdem articulis ponit, Credimus quod fideles possunt licitè suffragia Sanctorum in cœlis postulare & exorare pro auxilio & intercessione, & nunc ponit: Tenemus, quod possunt fideles licitè suffragia sanctorum in cœlis postulare iuxta doctorum sententias, ut per hoc se de numero illorum esse denunciet, quos Chrysost. arenæ comparat, propter hoc quod nunquam unũ sapiunt, sed per diversas sunt opiniones dispersi, quemadmodum nec grana arenæ sibi cõveniunt, aut sibi invicem adhærent, sed ne in his sibi prudens esse videatur, quamvis hîc propter antiquam de opposito consuetudinem, difficilem habeant explanationem, paucis tamen occasiones intelligentiæ legentibus dabimus, quò & ipsi faciant quod scriptum est, ut his auditis sapiens sapientior fiat, & occasionem sapienti ut sapientior fiat, examinando, si ex fide script. deducibile sit, quod Sancti corpore exuti hîc à fidelibus, modo quo docet Rokenz, licitè possint aut debeant pro auxilio eorum & intercessione orari & postulari, etiam & cum moderamine atque mensura per eum in eis articulis expressatis. & videtur, quod hoc primò ex scriptura veraciter deducibile non est, quod Sancti corpore exuti sint postulandi & exorandi pro auxilio & intercessione, sub ista conditione, ut non ipsos pro illo simpliciter postulemus & exoremus, sed ut effectus viantium in ipsos ad hoc dirigatur, ut quia nos ex nobis indigni sumus

Doctores inconstantes, similes sũt arenæ.

mus exaudiri, adiuvent orationes noſtras coram Deo. Quia qui ſecundum illam eorum doctrinã ſic addiſcit orare Sanctos, ille incipiens orare Deum, oportet Sanctos auxilium quærere, ex hoc, quia ipſe eſt indignus, & in orando nihil proficeret ſine illis, ſed modici valoris videtur eſſe talis oratio, in qua homo orans, ex ſe ſpe exauditionis caret, niſi Sancti adiuverint intercedendo. Non ſic Chriſtus docuit orare, cùm ipſe doceat orare patrem cum humili elevatione mentis ad eum, ex fide boni ſalutaris, & confidentia filiali, præſuppoſita fide & ſpe exauditionis, quando Matth. 11. dicit: *Habete fidem Dei, amen dico vobis, Quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mari, & non hæſitaverit in corde ſuo, ſed crediderit quodcunque dixerit, fiet ei, propterea dico vobis: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. Pro eodem eſt & Iacobus, Canon. cap. 5. ubi dicit: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei, poſtulet autem autem in fide nihil hæſitans. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur.* Non ergò *exiſtimet homo ille, quod accipet aliquid à Domino.* Iſtæ valdè evidentes & planè certæ & veræ doctrinæ ſunt, Chriſtus enim fideliter docet, ut homo volens orare Deum, fundat orationem ſuam ſuper fide, quod videlicet accipiet illud, pro quo orat Deum, & quod illud per fidem quam de hoc habet, ſibi dabitur etiam, ſine intermixtione aliorum, & ſimiliter Iacobus publicè docet orare Deum, & hoc cum confidentia, & nihil hæſitare: exprimens, quòd vana eſt oratio ſine fide & cum hæſitatione. Quia pro illa nihil dabitur homini, cùm non ſit ſpes, quod ille aliquid

aliquid in oratione obtineat, qui orando credit aut confidit sanctis, & in Deo non. Reddent Magistri rationem de ista conficta prudentia, eò quod per hanc eorum doctrinam, quandam in orando in corda hominum vacillationem inijciunt. Concedentes enim orationẽ debere fieri Deo, submittunt hominum indignitatem, & propter illam Sanctos de novo pro adiutorio quærere docent, & sperare eos in eorum intercessione faciunt, aliâs se credentes ob propriam indignitatem non exaudiendos, sine illa. Christus autem docet orare Patrem, & nõ expressè Sanctos corpore exutos, etiam qui in peccatis fuerit, ut dimittantur, quando in oratione Dominica præcipit sic orare: Dimitte nobis debita nostra. Quod si Deus orantibus sine auxilio & intercessione aliorum, per se peccata non dimitteret, nunquam sic orare doceret. Vnde triplices peccatores seu indigni reperiuntur in Scriptura. Quidam sunt impœnitentes, & in malo pertinaces, illos Deus etsi multùm ad eum clamaverint, vel alij quicunq; sanctorum pro eis oraverint, non audit *Esaiæ. Et cùm extenderitis manus vestras avertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaveritis orationem, non exaudiam. & Ieremiæ 15. Dixit Dominus ad me, si steterint Moyses & Samuel coram me. non est anima mea ad populum istum*, & ad hunc sensum cæco nato Pharisæi dixerunt, *Ioan. 9. Deus peccatores non exaudit.* aliquando sunt pœnitentes, & illos Deus cùm oraverint ipsum, per se, etiam sine intercessione aliorum audit. Patet de Publicano *Lucæ 18.* & de Servo, cui omne debitũ dimisit, cùm rogasset eum, *Matthæi 18.* Alij sunt ex fragilitate peccatis levibus peccantes sæpius præter voluntatem propriam, qualiter

Indigni, sunt trium generum.

Impœnitentes.

Pœnitentes.

Peccantes præter voluntatem.

qualiter & Apoſtoli, Spiritum Dei habentes, dixerunt: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Illos etiam per ſe orantes audit, dicens eis *Matthæi 6. Orantes autem nolite multum loqui, ſcit enim Pater veſter quid opus ſit vobis, antequam petatis eum.* Illis prohibet multum loqui, quia faciliter eos audit, qui eò minus interceſſione indigent aliorum. Quia tales priuſquàm petant, audit. Ex quibus patet, quod Deus maximos peccatores, verè ad ſe converſos etiam ſine interceſſione aliorum audit, & quem ex ſe propter eius indignitatem non audit, nec aliquem ſanctorum pro eo audit. Si autem Deus audiret aliquem propter interceſſionē aliorum pro eodem, & interceſſio eius coram Deo pro illo proficeret, & hoc & idoneitas ipſius, pro quo petitur, requiritur, & ſi idoneitas eius affuerit, ſolus ſine interceſſione aliorum, ſibi poterit apud dominum impetrare. Quod ſi interceſſor neceſſarius ſit, illē non videtur alius eſſe, niſi unicus & ſolus, certus, verus & ſufficiens advocatus Chriſtus Ieſus, de quo 1. Ioan. 2. de quo multus ſermo in prima parte huius præceſſit, & hæc fuit fides quondā fidelium adhuc ante aſcēſionem Domini, antequā interceſſio ſanctorū callidè fuit introducta, quādo nec adhuc aliquis ſanctorū, qui corpus geſtavere, fuit in cœlo, & hodie hæc eadem fides ſufficeret hominibus, quibus ſufficeret doctrina Euangelica, & qui non eſſent taliter per adinventas noviter interceſſiones ſanctorum faſcinati. Et per conſequens, non videtur ſana doctrina Rok., ponere tantam vim in interceſſione ſanctorū, concedendo orationē debere fieri Deo, interponere indignitatem homini, & propter

pter illam sanctos de novo pro adiutorio & intercessione quærere, & aliàs se non exaudiẽdos credere sine illa, per quod fides & spes ad Deum omittitur & reflectitur ad Sanctos,& committitur peccatum occulti recessus à Deo in tali oratione & invocatione Sanctorum, & spoliatio Dei de eius gloria, cùm homo non credens se propter indignitatem propriam à Deo exaudendum, nisi per interpositionem Sanctorum ipsis sanctis corde afficitur, cum confidentia & affectu sub illa conditione, ut pro ipso intercedatur, & quantò libentius velit habere id, quod ab eis affectat, tantò plus afficitur. Conversus autem ad Deum in oratione propter propriam indignitatem non habet confidentiam ex se, quod audiatur, licet multa sentiat de eius immensa bonitate,& ideò illuc homo mente convertitur,ubi profectum sperat, & rem frustratoriam relinquit.Et hæc est magna perversitas concedere orationem debere fieri Deo, & postea retrahere ab illa ad Sanctos, & per hoc vituperatur & contemptui datur oratio Deo facta,& populus constituitur in spe intercessionis Sanctorum, & illa iam intercessio pro oratione manebit hominum, & sic creaturæ attribuetur hoc, quod soli debetur creatori. Ista si fideliter declararentur hominibus, peccatores impœnitentes,non ponerent spem in intercessione Sanctorum, pœnitentibus verò spes relicta staret in Deo, & non sic involuerentur homines per incerta, & hoc movit *Doctorem Euangelicum* dicere, ut in antenoribus tactum est, *quod foret expediens Christum singulariter inter homines adorare.quia ipse est mediator & intercessor optimus, paratissimus, quo ad utrumq; extremum & benignissimus ra-*

tione charitatis & misericordiæ infinitæ. Stultus ergò foret, qui alium intercessorem quæreret. infrà, *Christus enim est semper vivens apud Patrem ad interpellandum pro nobis est paratissimus, illapsus in mentem cuiuslibet viatoris, qui eum dilexerit, unde non oportet ad captandum eius colloquium sanctos alios mediare, cùm sit benignior & pronior ad adiuvandum, quàm aliquis eorum, & monet quod mens viatoris ex multitudine beatorum, quos orat, dispergitur, cùm affectio à Christo laxatur, eò quod tantum est finita, & per consequens remittitur, cùm sit in plures sic dispersa.* Hæc ille.

CAPVT XLV.

Difficile esse moderamen, invocationis Sanctorum,

IAM restat secundò videre, quod stante doctrina & promotione invocationis Sanctorum modo quo M. Ioan Rok. cùm sibi adhærentibus illas promovet, nec illud sibi suffragatur, aut ab inordinato cultu Sanctorum excusat, quod in fine articuli sui addit, circa hoc tamen cultum soli Deo debitum eis non impendentes, sed in moderamine prout decet se ad Sanctos habere, ad eosdem habentes, & quicquid deordinati foret, respectus ad Sanctos & super mensuram postulationis hoc abijcientes: ubi volens semper coram hominibus apparere justus in materia dictarum invocationum, scuto quodam fucato se munit & protegit, Vnde secundum hoc dictum ipsius necessarium foret cuilibet in sic invocando Sanctos, se in tali proportione formare, ne in hoc à recta exorbitet via. Cùm *ut sic*, ad duo quilibet talis debet attendere, ad Deum scilicet & Sanctos, ex parte.n. Sanctorum debet primò attendere, ut postulet & exoret eos

eos pro ſuffragio & interceſſione, ſecundò ne ultra menſuram poſtulationis in affectu toto corde in eos effluat: ex parte autem Dei primò attendere debet hoc, quod ipſum debeat orare, & ſecundò cogitare ſuper propria indignitate, quæ orationem impedit, & ſic ſemper mens viatorum, quoad hoc eſſet diviſa, & remitteretur, cùm ſic in plura ſit diſperſa. Magiſtri licet pulchra verba fundunt, ſub illis tamen occultè procuratur receſſus à Deo, & errores ſub illis adverſariorum circa hoc dudũ tenti, periculoſè confirmantur, quin libenter verba per magiſtros conficta amplectuntur, audientes ipſos promovere invocationes ſanctorum non quod attendunt menſuram vel moderamen in talibus magiſtrorum, ſed in confirmationem ſui antiqui erroris, ea captant, ut in eo perpetuentur. Quia quando adverſarij prædicant, ſanctos habere poteſtatem, ſe pro peccatoribus coram Deo opponendi, & ſententiam Dei quam ipſe fert in peccatores per interceſſiones ſuas pro quibus invocarentur immutandi. & quando inſuper adverſarij Sanctos nominibus Deo proprijs vocant, ea, quæ ſolius Dei ſunt ab eis quærere inſinuant, & ſpem in eos ponere docent, & diverſas infirmitates corporis eos fatentur poſſidere, & magiſtri in his eos ſequuntur, & omnia illa excuſant, non videmus, qualiter illa menſura vel moderamen quod circa tales invocationes ſanctorum magiſtri in articulo ſuo adiſciunt à crimine Idololatriæ, & ab inordinato cultu ſanctorũ ipſos poſſit excuſare, ut inferius lucidè apparebit. unde adverſarij tenent, quod Deo iraſcẽte peccatoribus ſancti ſibi adſiſtãt tanquã Marſcali intercedentes pro ijs, qui eis offerunt, & alia ſervitia ieiuniorum

Magiſtri Pragenſes, non evitant idololatriam, & inordinatum cultum ſanctorum.

& orationem exhibuerunt. Qui interponentes se erga Deũ, percãtabilẽ cõcordiam tanquã corã rege terreno *Gratiam* facere solẽt, Deũ leniũt & mitigãt, ut patiẽtiam in eos habẽs nihil extra rationẽ infirma vehementer aggravet, & sic innuunt eos misericordiores fore Deo, cùm sic per suam interpositionem mutant quodammodò sententiam Dei quam fert in peccatores, & hoc specialiter de B. virgine dicentes prædicant, quod Deus, qui est iustus iudex, non est inspector personarũ, nec acceptor munerum, quando dat sententiam super peccatorem *æternæ damnationis*, *tunc ipsa precibus suis hanc sententiam mutat*, *quod dicunt: figuratum in Nabal, qui contemptus & sententiatus fuit à David, & placatus fuit per Abigael, 1. Reg. 25. Vocant* insuper adversarij sanctos nominibus Deo proprijs, extra fidem scripturæ, ut patet specialiter de beata virgine, quam in quodam cantu Reginam *omnipotentẽ* appellant, in Idiomate Bohemico cõmuniter cantantes: *Maria Matko Przezaduzytys kralocena rossemohutzy*, &c. Ea etiam quæ solius Dei à Sanctis habere quærunt, ut patet exemplariter in multis. Vnde quamuis solius Dei sit per se peccata dimittere vel delere iuxta illud Esaiæ *43. Ego sũ ipse & non alius, qui deleo iniquitates*, tamen hoc per invocationem petitur à Sanctis. Canitur enim in hymno de beata virgine: *Sanctissima te poscimus, supplicibus nunc vocibus, adveni dulcis domina, dele nostra peccamina.* Et de Euangelistis similiter canitur in prosa: *Vos ergò Apostoli, & amici Domini, nostrorum absolvite peccatorum vincula, iuvando per sæcula.* Et de beato *Bartholomæo* similiter canitur: *Quæsumus te sancte Bartholomæe exorantes, quos egas nostra hîc facinora.* Et de *S. Michaele* sic canitur: Tu *nostros*

Exempla idololatriæ in Sanctorum invocatione admissa.

In remissione peccatorum Mariæ adscripta,

vostros Gabriel hostes prosterne, Tu Michael agris affer medelam, morbos absterge, noxas dilue, nosq; fac interesse gaudijs beatorum. De *Ioanne baptista* etiam sic canitur: *Te deposcimus, ut crimina nostra & facinora cõtinua prece studeas absolvere.* Et de *S. Dorothea* similiter canitur: *Virgo bona crimina terge, victum dona, mores rege, ne damnemur gravi lege, causa negligentia.* Ab istis omnibus Sanctis, supra tactis per invocationem quæritur, quod non ipsis per se convenit, sed soli Deo Similiter quamvis animas hominũ facere beatas, seu facere eas interesse gaudijs beatorũ soli Deo propriũ sit teste *Augustimo, super Ioan Omel. 20.* dicẽs: *Hæc est fratres mea religio Christiana, ut colatur unus Deus, & non multi Dij. Quia non facit animam beatam nisi unus Deus, participatione Dei fit beata, non participatione sancta anima fit beata infirma anima, Quia nec participatione Angeli sit beata sãcta anima, Sed si quærat beata esse infirma anima, quærat unde beata sit, anima, Non enim beatus efficieris ex Angelo tu, sed unde Angelus, inde & tu, his præmissis & firmissimè constitutis animam rationalem non beatificari, nisi à Deo.* Hæc ille. Tamen hoc per invocationem petitur à Sanctis, Canitur enim de *S. Dorothea* in prosa: *Pugil Christi Dorothea, tua nos virtute bea, ut associemur iustis, cum condigno præmio.* Sic etiam quamvis reconciliare & pacificare ea quæ in cœlo sunt, & quæ in terra sanguini Christi propriũ sit, cùm ipse nos cũ Deo & omni cœlesti militia concordat & pacificat, figuratus *per sanguinem fœderis. Exod. 24. & Colloss. 1. Pacificans per sanguinem suum sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt, Et Ephes. 2. Vos qui eratis longè, scilicet à Deo & Angelis, facti estis propè in sanguine Christi.* Tamen per invocationes Sanctorum hoc fieri à Sanctis postulatur, & spe-

In conferẽda Beatitud.

In reconciliatione.

cialiter.B.virgini annotantur.Dicunt enim ipsam peccatores cum filio reconciliare, *& iure inquiunt hoc tenetur, Quia si peccator non fuisset, Maria gratiam non invenisset,& quia peccator perdidit, Maria invenit, Ergò iure inquiunt tenetur, peccatores reconciliare, Quia Deus dicit: Ego mortifico, ipsa autem: ego vivere faciam,*& ideò de ea canitur: *Per te sumus terrigenæ simulque cœligenæ, pacati pace nobili, morte inæstimabili.* Et de undecim *milibus virginibus* similiter canitur: *Quarum orationibus felices cum felicibus, pace fruamur sedula, per sæculorum sæcula.* Item quamvis aditum præbere ad regnum cœlorum, proprium sit soli Deo, *Christus enim est ostiũ,& per illum,si quis introierit,salvabitur.Ioan.10. Et nemo venit ad Patrem nisi per eum*, Ioan.14.Tamen hoc per invocationé Sanctorum innuitur, fieri per Sanctos, cùm de beata virgine sic specialiter canitur: *Fit porta Christi pervia.*Et iterum: *Quod Eua tristis abstulit, tu reddis almo germine, intrent ut astra flebiles, cœli fenestra facta es*,& hoc inquiunt, est magnum solatium peccatori,quia portam regis quilibet tangere potest, sed ab ingressu prohibetur: portam autem & fenestram cœli Mariæ quilibet tangere potest peccator, & ingressum obtinere. Quia ipsa inquiunt, nos vocat *Proverb. 8.capit. Beatus qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie.*

ne recludendo coelo.

In Adoratione.

Item, quamvis solus Deus propriè dicatur esse adorandus propriè, tamen per invocationem Sanctorum creatura iubetur adorari. Canitur enim de beata virgine: *Omnis homo,omni hora hanc adora, & implora eius patrocinia.* Et iterum: *Te adorant superi,matrem omnis gratiæ, Maria.*Item quamvis ex scriptura non videtur esse, nisi unicus, certus, verus, & sufficiens advocatus, mediator,

mediator, & interpellator pro peccatoribus apud Patrem, CHRISTVS IESVS, ex prius declaratis, tamen per invocationes Sanctorum hoc officium alijs à Christo annotatur. In Mediatoria intercessione.

CANITVR enim de beata virgine: *Eia ergò advocata nostra.* Et iterum: *Salve decus virginum, mediatrix hominum.* Similiter quamvis consolari in tribulationibus, & ab eisdem homines liberare, & omne malum ab ipsis repellere, eis misereri, & in necessitatibus auxiliari, alteri approprian-dum esse non videtur, quàm ipsi Deo, tamen hæc omnia per invocationē quæruntur à Sanctis, cùm in vulgari Bohemico de sancto *VVenceslao canitur: Spomozi im zwe Zadaure sum hickse naduami utiess sumtne adzen Rossezwe switti waszlave &c.* Et de beata virgine deprecamur in hoc festo: *Sis solamen omni mœsto, fuga mortem, confer sortem nobis in cœli patria.* Iterum: *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu, nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe,* cùm tamē illa omnia videantur Deo esse approprianda. Ipse enim Esaiæ 51. dicit: *Ego ipse & non alius (secundum Lyram,) consolabor vos consolatione æterna, quæ à solo Deo potest dari.* In consolatione.

QVOD autem ipse solus sit adiutor, auxiliatorque in necessitatibus & liberator, hoc exprimere videtur *Esther, in oratione sua, capite 14. Domine mi rex noster es solus, adiuva solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator est alius. Ostende te nobis in tribulationibus, & mihi da iustitiam. Nos autem libera in manu tua, & adiuva nullum alium habentem auxilium. Hoc & David Psal. 39. Auxilium meum & salutare meum tu Dominus meus, ne moreris, pro quo Deus & vult invocari, dicens: Invoca me in die tribulationis, & ego exaudiam, & liberabo te.* Et in multis locis scri- In liberatione ex periculis.

 pturæ

pturæ promittit ſe invocantiũ adiutorem fore in opportunitatibus, miſeratorẽ, auxiliatorẽ, conſolatorẽ & liberatorẽ, imò & in oratione dominica ſic præcepit orare : *Libera nos à malo.* Similiter quamvis ſpem noſtram in alio, quàm in ſolo Deo ponere non debeamus, exemplo ſanctorum Prophetarum. David enim *Pſal. 72. dicit: Poſui in Domino Deo ſpem meam*, quod & alijs ſuadebat, *Pſal 77. Narrabunt filijs ſuis*, ut ponant ſpem in Deo ſuam. *Et Eſai. 25. dicitur: Factus eſt fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua.* Spes à turbine, *& umbraculũ ab æſtu. Et Ioel 3.* Dominus *ſpes populi ſui, & filiorum Iſraël.* Tamen per invocationem Sanctorum, ſpes in alio quàm in deo reponi cernitur Canitur enim de B virgine : *Et ſpes noſtra ſalve.* Contra quod eſt expreſſè *Auguſt. in Pſal. 124. ſuper verbo : tranſmigra in montem, ſicut paſſer*, qui taliter ſcribit: *Venturi ſunt enim homines, & dicturi ſunt : Magnus eſt ille vir, magnus eſt ille homo*, & ſequitur: *Cùm ergò tibi laudati fuerint iſti montes, & cœperint tibi ſuadere, ut venias ad illos montes, quaſi ad auxilium, & ibi requieſcas, reſponde : in Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem ſicut paſſer, bonum eſt tibi, ne in illos montes leves oculos, unde tibi à Domino auxilium ſit, ut evadas ſicut paſſer de muſcipula venantium.* Sequitur: *Si vis amari à bonis montibus, non pones ſpem nec in bonis montibus. Nam qualis mons erat Paulus, quando invenitur talis? de manſuetudine loquimur hominum, nec ergò tantæ gratiæ quiſquam poteſt facilè inveniri, & tamen timebat ne paſſer ille in illo poneret ſpem, & quid ait : Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, ſed levate oculos in montes, unde vobis auxilium veniat, Quia ego plantavi, Apollo rigavit, ſed auxilium veſtrum à Domino, qui fecit cœlum & terram.*

in ſpe collocanda.

jam. Quia Deus incrementum dedit. Hæc ille.

IDEM *super Ioannem Tractatu. 1.* scribit: *Qualis ergò iste mons, quàm beatus, quàm altus inter illos montes, qui susceperunt pacem populo Dei, ut possint colles suscipere iustitiam? Videte fratres, ne fortè de ipsis montibus est Ioannes, de quibus paulò antè cantavimus: Levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi. Ergò fratres mei, si vultis intelligere, levate oculos in istum montem, id est, erigite vos ad Euangelium, erigite vos ad eius sensum, sed quia montes isti pacẽ suscipiunt, non potest esse in pace, qui spem ponit in homine, nolite sic erigere oculos in montem, ut putetis in homine, spem vestram esse collocandam, & sic dicite: Levavi oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi, ut statim subiungatis, auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Ergò levemus oculos in montes, unde veniat axilium nobis, & sic tamen non ipsi montes sint, in quibus spes nostra ponenda est, Accipiunt enim montes quod nobis ministrent, Ergo & unde montes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est.* Hæc ille.

EX cuius verbis lucidissimè ostenditur, quod spes non in alio, quàm in Domino ponenda est, & quod debemus invocare auxilium à Domino, qui fecit cœlum & terram, quando ergò adversarij omnia illa iam dicta Sanctis attribuunt, & ab ipsis quærunt, & omnia, quæ homines odiunt, & non libenter patiuntur, in eorum dicunt esse potestate, hortantes populum, ut si qui volunt per eos à talibus liberari, ipsos orent, eis diligenter serviant, ipsis ieiunantes, offerentes, solennizantes, Monasteria, Ecclesias, & Altaria erigentes, & Magistri in ijs eos sequuntur, & omnia talia legunt, canunt, & varijs modis excusant, ubi iam moderamen, & mensura expressa in articu-

lis Magistrorum, non subsistet, cùm in tali solennitate, gloria & magnificatione Sanctorum, & hominum, ipsis ascriptione, quæ soli Deo propria sunt, mensura prædicta & moderamen non proderunt. Sed illuc cor totum in affectu effluet, ubi tale & tantum sentit iuvamen. Quis enim audiens tot Sanctorum patrocinia, & specialiter excellentiam beatæ virginis super Angelos & Sanctos cæteros, & utilitates tantas, in ea recollectas, & curas eius ac solicitudines de peccatoribus, permanebit, quin per illa à Deo non retrahatur, & honorem soli Deo debitum in eam non transferat, cùm dicat eam, *prædesiderabilem peccatorum spem, reginam cœli, omnipotentem, misericordem, & sub protectione pallii sui omnes indifferenter colligentem* & sic de alijs excellentijs, quibus eam extollunt.

Ex cuius tali magnificatione, videtur simplicibus etiam maximis peccatoribus, quod nullus damnabitur, ex quo spes peccatorum dominatur in cœlo: & est operosa, pro talibus eius patrocinijs adducunt *Bernhardum* dicentem: *Securum habes accessum ô homo ad* DEVM, *ubi filius ante Patrem ostendit latus & vulnera, & mater ante filium pectus & ubera, Nulla ergò erit repulsa, ubi tot & tanta concurrunt charitatis insignia.*

ET de S. *Dorothea, Barbara sive Catharina* publicè legunt sive canunt: *Dum sub ense præstolatur, mortis ictũ deprecatur, pro ijs à quibus veneratur, sua necis memoria, ut abundent temporalibus, salventur à mortalibus, & à falsis criminalibus, per hæc vivant in gloria.* Quis ergò ex spiritu desolatis, stultis & cœcis hominibus aliter sentiet, de Sanctis audiens hæc tenere & promovere Magistros, Doctores,

res, Papas, & diligentius docere & obſervare, quàm Dei mandatũ de dilectione? cùm omnis ferè Praga, ex Doctrina Magiſtrorum firmiter tenet tales invocationes Sanctorum, & contradicentes ſibi non patitur: illos autem nimis multos ſuſtinet, qui Dei mandatum de dilectione transgrediuntur, & ipſis favorabiliter converſantur, ſed ſic magnificare creaturas, poteſtatem Dei ipſis tribuere, & recedere à Creatore, cum maiore inclinatione cordis, eis quàm ſoli Creatori, hæc eſt magna perfidia, quam nec Diabolus, etſi vellet, per Meretrices & Publicanos tantùm poſſet inducere, ſicut inducere potuit ſub tali mendaci forma & magnificatione falſa matris CHRISTI, & aliorum Sanctorum, nec Diabolus in hoc conſtitueret præcones aut tortores, qui Sanctos poſſint ad tàntum ſic falſè magnificare, & DEVM ſua gloria ſic taliter ſpoliare, ſed utitur in hoc omnibus doctis, qui ſub magna aſtutia, & imperceptibiliter occultum receſſum procurant à Deo per tales invocationes Sanctorum, colorantes manifeſta mendacia, Deo, Scripturis ſanctis, & alijs illius Meretricis magnæ Apocalypticæ veneficijs. Ex quo oriuntur falſæ devotiones, & multiplicantur præter ſcripturæ authoritatem, tot feſtivitates Sanctorum, in quibus Diabolo ſervitur liberius. Et quis poſſet deſcribere omnia inconvenientia, quæ ſuper illa falſa Sanctorum magnificatione ſunt fundata? Ex quibus maximum inconveniens ſurgit, quod homines cœci, malè & carnaliter ſentiunt de Deo & Sanctis, æſtimantes, quod ſicut fit quẽ admodũ prædictũ eſt, ut corã rege terreno, ipſo iraſcente, alij non ſic irati pro aliquo intercedant,

De multiplicatis ſanctorum feſtivitatibus.

dant,iram eius erga ipsum mitigantes, sic Apostolus æstimet fieri coram Deo, quod Sancti minùs quàm Deus peccatori irascentes, iram eius erga peccatorem mitigarent. Ex quibus apparet simplicibus, quod Sancti magis misericordes sint,quàm Deus,& quem ipse condemnaverit, illum ipsi adhuc à condemnatione suis intercessionibus liberant.Ex quo ulterius continuant,quod sit inter Deum & Sanctos difformitas voluntatum,ita quod cui ipse indignaretur, ipsi eidem non viderentur indignari, & per consequens ex tali Sanctorum magnificatione ipsis plus confidunt,& affectuosius ipsis serviũt, quàm soli Deo, & sic in crimen Idolatriæ incidunt. Ex quo ulterius simplices æstimant, quod Sancti laudes & munera diligant,& quod nõ nisi pro illis intercedunt,qui eis offerunt, & quantò plus aliquis eis obtulerint, tantò diligentius intercedunt pro eis. Sed sic sentire de Sanctis, est carnalium & erroneorum hominum,qui sicut de hominibus avaris & vanè glorioſis sentiunt de Sanctis, nec de Deo sic, quemadmodum de rege & suis *Gratianis* est sentiendum, ut patuit suprà ex authoritate Beati Ambrosij super illo *Roma. 1 capit. Dicentes, se sapientes, stulti facti sunt*, cùm Deus supremum bonum sit,& immensum, plus habens charitatis ad peccatores quàm Sancti,& prius eos diligens, quàm Sancti,differens in hoc à rege terreno, quod homini multa bona promittit & exhibet,& si homo incidit in indignationem eius non festinat, sed nolẽs mortem peccatoris, patienter expectat,movens ad pœnitentiam, & si quis egerit pœnitentiam,vita vivet,Ezech.18.cap. etiam sine Sanctorum intercessione.

DE Sanctis etiam, sicut dictum est, quemadmodum ex promotione invocationis talis Sanctorum, tenent, sentiendum non est, sed sic de eis sentiendum esset, quando Sancti exuti corpore difformis essent voluntatis à voluntate Dei, & secundum acceptionem personarum & numerum cũ peccatoribus agerent, & in his sine Deo ex spirituali gratia proficerent, quod minimè est dicendum. Et tantùm de materia invocationis pro præsenti.

RESPONSIO. SACERDOTUM Taborienſium, ad culpam quartam eis objectam.

De Iejunijs abrogatis.

CAPVT. XLVI.

IAM ad culpam quartam accedimus nobis sub tali forma verborum propositam. Sacerdotes Taboritarum sunt concausa hominibus gulæ & voracitatis, & Gastrimargiæ, ieiunia fidelium ab antiquo tenta, deponentes, & ad hoc nec legem Dei neque Sanctorum scripturas habent, quod hoc sit malum. Circa quam culpam nobis asscriptam caventes ne ex multiplicitate ieiuniorum in populo Christiano ex institutione diversorum hucusque observatorum, populus gravetur, aut ultra libertatem legis oneretur, aut Idolatriam incurrat ad ipsam respondentes, *ipsa ieiunia circumstantionanda* iudicantes, fore dicimus, intentionem nostram circa ea enodantes, quod ieiunia

De jejunio

ieiunia à lege Domini commendata, tam ex lege veteri, quàm nova meritoriè obſervanda, ipſi certis temporibus obſervamus, & nobis ſubditos ad obſervandum tenemus, optantes, ut totus populus Chriſtianus, nedum ea, ſed & alia ab Eccleſia rationabiliter & divinitus indicta, Domino complacenter ac ſanctis DEI primitivis conformiter, non obſervantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ ieiunaret, libertate tamen Dei utentibus ſemper ſalva. Cùm ſciamus præſuppoſito ſpirituali ieiunio, quod eſt omninò ceſſare à peccatis, corporale ieiunium, quod eſt virtuoſa & rationabilis à cibo & potu corporalibus abſtinentia, ex cauſa rationabili procedens, & ad finem debitum ordinata, eſſe multipliciter cõmendatum, multam verè ieiunantibus afferre utilitatem. Dicimus quoque quod libertas eſt Chriſtiano per omne tẽpus ieiunandi, Cùm omni die ieiunii ſibi tempus aptum ſit, *non obſervantiæ ſuperſtitione, ſed virtute continentiæ, ut ſcribit Origenes Omel. 10. ſuper Levitico.* Ieiunia autem Scribarum & Phariſæorum, & ab Antichriſto inſtituta ieiunia hæreticorum, & ſuperſtitioſa, quæ obſervant Sacrilegi, incantatores, & nigromantici, ieiunia ſapientia Idoolatriam, ut ſunt ieiunia limitata Sanctis, in lege Dei non fundata, & ieiunia aliâs deordinata cum cibis ſpiritualibus, rarioribus, pretioſioribus, & lautioribus, occaſione quorum plus pauperes ſpoliantur, divites autem ingurgitantur, & eleemoſyna pauperibus ſubtrahitur, ubi ſi in levioribus cibis & communibus ieiunarent, citius & facilius poſſent familiæ & alijs egentibus miniſtrare, illa omnia & ſimilia deordinata ieiunia deteſtamur, & non promovemus, de quo repre-

Jejunia in honorẽ ſanctorum ſunt idololatrica.

reprehendi non deberemus, nec inculpari, ſicut nec Sancti ex hoc ſunt reprehendendi vel inculpandi, quòd damnabant ſuprà prædicta deordinata ieiunia, *ut Eſaiæ 58. Zachariæ 7.* & Apoſtoli *ieiunium in Sabbatho, & in dominica* ſub anathemate prohibentes, & Chriſtus excuſando diſcipulos, de hoc, quòd ieiunia phariſæorum & diſcipulorum Iohannis, cum eis non obſervabant. Vnde videtur, quod ſoli Deo eſt ieiunandum, iuxta illud *Matthæi 6. Chriſti verbum: Tu autem cùm ieiunas, unge caput tuum & faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo*, qui eſt in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi, &c. ubi ex verbo Chriſti, ieiunium videtur ſoli Deo fore limitandum, in cuius ſignũ etiam notanter Iohel præcipit dicẽs: *ut in toto corde ad Deum convertantur in ieiunio, & fletu, & planctu. Et* Zachariæ 7. videtur argui, *qui non Deo, ſed ſibimetipſis ieiunabant*, ſimi iter & Matth. 6. *reprehenduntur non patri, ſed hominibus ieiunantes.* Hinc eſt quod Beda in Omelia ſuper illo verbo Matthæi 6. cùm ieiunatis, ita ſcribit: *Nõ propter humanam gloriam, ſicut hypocritæ faciunt, ſed propter futuram ſpem ſoli Deo ieiunemus, à quo expectamus humilitatis huius devotam mercedem.* Hæc ille.

Soli dio jejunandum.

AMBROSIVS in libro de Naboth ſcribit: *Cõpara nunc affectum pauperis, nihil habet & ieiunare voluntarius, niſi Deo neſcit ieiunare, niſi ex neceſſitate non vovit dives.* Hæc ille.

ETIAM videtur, quod Chriſtus nõ determinavit quibus cibarijs uti debeant, vel non uti ieiunantes, ſed ſub differentia pro libitu & voluntate hominum reliquit, cum *Matth. 15. determinet, quòd non coinquinat hominem, quod in os intrat, & Lu. 11.*

Chriſtus non determinavit ſpecies ciborum.

Quam

Quamvis diligenter præcipiat, *ne graventur corda nostra nimia crapula & ebrietate, non tamen determinat & limitat aliquem cibum.* Hinc est, quod Apostolus *1. Tim. 4.* errare dicit, sic cibos discernentes, & ibi improbat hunc errorem rationibus pluribus, super quo *Doctor Euangelicus* ita scribit: *Error de discretione ciborum triplex destruitur. Primò, Quia Deus creavit cibos, ut fideles ipsos percipiant cum gratiarum actione, & non Deus malus. Secunda ratio, Quia omnis res creata, est bona, videlicet Gen. 3. & per consequens, cibus à Deo ordinatus, est etiam bonus. Nihil enim quod intrat in os coinquinat, sed omne quod in macello venditur, licitè manducatur. Tertia ratio, Quia etsi Diabolus, quamtumcunq; immiscat coloribus, odoribus, saporibus excitantia ad voluptatem, tamen verbum Dei æternum & orationes, sanctificant* Hæc ille.

ADHVNC etiam erroré detestandum, Augustinus quem adducit *Linconiensis* dicto suo de ieiunio, quærens sic conc'udit: *A quibus autem cibis corporalibus est ieiunandum?, à nullis*, & infrà: *si à malis vel immundis, quia omnia munda mundis, & nihil est reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, sed à multis, utpotè à lautioribus & actu rarioribus, quasi non necessarijs, quia moderari corporis esum, pro tempore, Christianorum est.* Hæc ille.

QVAMOBREM *Eleutherius in epistola* dicit: *Qua de re necessum iudicamus, vos instruere ut escas, quas vitare vos audivimus, rationabiliter non respuatis. Scitis fratres legislatorẽ docuisse omnia quæ creavit Deus, fuisse valdè bona, & ipsa per se veritas ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore, unde constat, non refutari debere escas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis.* Hæc ille.

AD hoc de ciborum indifferentia clarius confirman-

firmandum, adhuc *Beda in Omel.* ſuper illud *Matthei: Nolite iudicare, ita ſcribit: De genere autem ciborum, quia poſſunt bono animo & ſimplici corde, ſine vitio concupiſcentiæ, quicunque humani cibi indifferenter ſumi, prohibet Apoſtolus eos iudicare, qui carnibus veſcebantur & vinum bibebant, ab ijs qui ſe huiuſmodi alimentis temperabant. Qui manducat inquit, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantẽ non iudicet. Ad hoc etiam pertinet illud, quod alio loco dicitur: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis.* Hæc ille.

CIBI etiam ſpirituales, rariores, precioſiores aut lautiores, occaſione quorum pauperes plus ſpoliantur & divites ingurgitantur, in ieiunantitibus reprehendantur. *Hinc Auguſtinus in ſermo. de adventu Domini, qui ſic ſe à carnibus temperavit, ut alias eſcas & difficilioris præparationis & maioris precij inquirat, multùm errat. Non enim eſt hoc ſuſcipere abſtinentiam, ſed invitare luxuriam.* Hæc ille.

AD idem Vincentius 15 lib. hiſt. cap. 12. allegans ſanctum Baſilium, dicit ipſum ſcripſiſſe inter cætera ſic: *Oportet tamen omninò illis uti cibis, qui facilius & vilius cõparantur, ut non occaſione abſtinentiæ inveniantur præcioſa quæque ac difficiliora ſectari, dum ſuavitate condimentorum, viles natura cibos in ſummum ac delicatum ſaporem conamur extollere.* Hæc ille.

IMO, qui abſtinentes à carnibus & ieiunantes, vacare ſolent delicijs ciborum lautioribus, illis conceditur in Canone eſus omniũ aliorũ. Hinc eſt quod *diſt. 4. ſub autoritate Gregorij ſcribitur. Par autem eſt, ut qui his diebus à carnibus animalium abſtinemus, ab omnibus quoque, quæ ſementivam trahunt ori-*

hunt originem carnis, iciunemus, à lacte videlicet, caseo & ovis. Et post pauca. *Cæterũ piscium esus ita Christi, ano relinquitur, ut hoc ei infirmitatis solatiũ, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui carne abstinent, nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum convivia præparent. Vinum quoq; ita bibere permittimus, ut ebrietatem omninò fugiamus: alioquin restat, ut omnia quæ corporibus libent similiter faciamus.* Hæc ille.

LEVES PROBATIONES jeiuniorum modernorum.

CAPVT XLVII.

EX his iam scriptis potest quilibet bene iudicare, quàm leves probationes sunt Rokenz. & infundabiles eius magnificationes ieiuniorum ab antiquo constitutorum, & hucusque communiter tentorum, quibus fundare nititur ieiunia Sanctis limitata. Ieiunia cum cibis specialibus, carioribus, precio sioribus & lautioribus, cùm ut ex præmissis patuit, soli Deo videtur ieiunium limitandum & appropriandum, & lex Christi non determinat, quibus escis uti debeant ieiunantes, sed præsuppositа modestia rationabili, hoc sub indifferentia & voluntate hominum reliquit. Nec hoc à ieiunantibus in consequentiam trahendum est, quod *Daniel* non de communi lege sed ex speciali privilegio *trium hebdomadum diebus, lugens, panem desiderabilem non comedit, & caro & vinum non introierunt in os eius. Et quod Ezechiel ieiunabat in pane ex hordeo & faba, & lente, & milio, comedens, & in pondere bibens aquam*, quando ieiunando liceret caseum, ova, lac vel carnes comedere, & vinum vel aliud *potagium* ab aqua bibere. Nec

specia-

ſpecialitatem ciborum à jeiunantibus nunc communiter frequentatorum, verè probabit Rokenz. ex illo quod David de ſeipſo dicit: *Genua mea infirmata ſunt à jeiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum, cum Lyra hoc ſic exponat: Genua mea infirmata ſunt á jeiunio: Quia Chriſtus 40. diebus & noctibus jeiunabat, & poſt ea eſurit, ex tenuitate corporis, & non ſolùm ex iſto jeiunio, ſed etiam in aliis laboribus & vigiliis paſſus eſt fagitationem corporis, quia maximè ſentitur in genubus, eò quod ſuſtinent, totum pondus corporis, & caro mea immutata eſt propter oleum, id eſt, ex defectu olei, in quo notatur tenuitas cibi, ſcilicet condimento carentis.* Hæc ille.

NEC hoc dictum Rokenzanæ bene videtur fundare illa jeiunia cum cibis ſpiritualibus, modò communiter obſervatis, qui dicit, quod peccante Adam tunc maledicta eſt à Domino terra in opere ſuo, ſed non ſic aqua, & ex inde inquit, animãtia de terra naſcentia, plus contrahunt maledictionis ſcilicet fomenti peccati, quàm piſces de aqua nati, qui non ſic inflammant, ſive ſuccendunt ad libidinem, ipſam carnem, & per conſequens inquit, cùm eſus carnium eſt magis delectabilis cõmuniter, quàm eſus piſcium quamvis in aliquibus aliter ſe habet, ideò Eccleſia magis prohibet eſum carnium quàm piſcium. Nimis levis probatio jeiuniorum prædictorum, cùm dici poſſet, quod animantia terræ, quæ in Arca erant concluſa, tantã ſi non ampliorem habent ſanctitatẽ, ſicut piſces in aqua: & dato, quod animantia de terra naſcentia, plus inflammant ipſam carnem, tamen verbum Dei æternum & orationes fidelium ſanctificãt & tamen modeſtiâ hominum illa omnia ſuppetunt ſeu moderantur. Hinc Vincẽtius lib. hiſtor. 17. cap. 64. al-

Rokenzanæ opinio, cur a carnibus abſtinendum ſit magis, quã à piſcibus.

64. allegans Hieronymum ita scribit: *Non nulli vitam impudicam appetentes, in medio itinere corruunt, dum solam carnium abstinentiam vitant & leguminibus stomachum onerant, & ut quod sentio, loquar: Nihil sic inflammat corpora & titillat genitalia, sicut cibus indigestus, victus convulsus. Quicquid seminarium voluptatũ est, venenum puta, parcus cibus & venter semper esuriens, triduanis præfertur ieiunijs, & multò melius est quotidie parum, quàm rarò satis sumere.* Hæc ille. Non ergò in tantũ glorietur Rokenz. cũ talibus ieiunijs, nec ipsa tantum magnificet: scribit enim *Chrysost. de opere perfecto, Omel. 30.* super illud: *Ecce homo vorax & vini potator, publicanorum amicus & peccatorum. Audiant quicunque magnã gloriam in ieiunijs sibi ipsis circumponere student, & cogitent, Quoniam dominator noster edax & vini potator vocatus est, & non verecundabatur, sed omnia despiciebat hæc, ut propositum expleat, quod & factum est. Etenim transmutatus publicanus, & melior ita factus est, ut discant quàm magnum hoc explevit in communicando ei mensam.* Hæc ille.

Ex cuius verbis patet, quod Christus non tantam gloriam, nec tantam vim sibi in ieiunijs corporalibus posuit, sicut moderni ponunt, sed illis ieiunijs prætulit abstinentiam ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus. Similiter in huius signum *Origenes Omel. 10. super Leviticо* scribit: *Vis tibi ostendam, quale te oportet ieiunare ieiunium, ieiunia ab omni peccato, nullũ cibum sumas malicia, nullas capias epulas voluptatis, nullo vino luxuriæ concalescas, ieiuna à malis artibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis, noli contingere panes furtivos pessimæ doctrinæ. Non concupiscas fallaces Philosophiæ cibos, qui te à veritate seducant. Tale ieiunium*

Deo

Deo placet. Abſtinere verò à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, hoc facere cum ijs, qui Chriſtum crucifixerunt, acceptum eſſe non poteſt Deo. Indignati ſunt aliquando & Phariſæi Domino, cur non ieiunarent diſcipuli eius, quibus ille reſpondit: Quia non poſſunt filij ſponſæ ieiunare, quamdiu cum ipſis eſt ſponſus. Illi ergò ieiunent, qui perdiderunt ſponſum, Nos habentes nobiscum ſponſum, ieiunare non poſſumus. infrà, *Eſt aliud adhuc ieiunium, cuius laus etiam quorundam Apoſtolorum literis prædicatur, invenimus enim in quodam libello ab Apoſtolis datum: Beatus qui etiam ieiunat pro eo ut alat pauperem, huius ieiuniũ valde acceptum eſt apud Deum, & revera dignum ſatis. Imitatur enim illum, qui animam ſuam poſuit pro fratribus ſuis.* Hæc ille.

ET *Chryſoſt. de opere perfecto morali 46. ſcribit: Non dico ut ieiunes, non ut ſaccum & cinerem ſubſternas, ſed ſi pecunias deſpicias ut deſpicere oportet, Si amator hominũ fueris, & eſurienti ſervaveris panem tuum, Si iram continebis, ſi vanam gloriã proijcias, ſi æmulationem deſtruxeris, ita ipſe erudivit: Diſcite enim ait, à me, quia mitis ſum, non dixit, quoniã ieiunavi, quamvis habebat dicere, Quoniam ieiunavi 40. diebus, ſed quoniam mitis ſum, & humilis corde. Et rurſus mittens eos, nõ dixit, ieiunate, ſed omne quod apponitur vobis, comedite. Et ſequitur: Hæc autem dico non ieiunium vituperando abſit, ſed & multum laudans. Doleo autem cum multis alijs neglectis, hæc æſtimatis ſufficere ad ſalutem vobis.* Hæc ille.

ET *Auguſt. ſuper Ioannem Omel. 55.* ſcribit: *Ieiunium autem magnum & generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus. Similiter, Quid eſt perfectum ieiunium, niſi ut abnegantes impietates & ſeculares cupiditates, tẽperãter & iuſtè & piè vivamus in hoc*

ſæculo. Hinc ieiunio quam mercedem addit Apoſtolus, ſequitur & dicit: Ex pectantes illã beatam ſpem & manifeſtationẽ beati Domini Dei & Salvatoris IESV *Chriſti. In hoc ergò ſæculo quaſi quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cùm benè vivimus, cùm ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus abſtinemus.* Hæc ille.

OMNES iſtæ autoritates *ſententiant*, quod Chriſtus non tantam vim ſibi in ieiunijs corporalibus poſuit, ſed illis ieiunijs prætulit abſtinentiam à peccatis, unde ieiunium à cibis corporalibus parum aut nihil prodeſt, niſi ſit informatum illo magno ieiunio & generali, quod eſt abſtinere ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus. Hæc eſt enim forma ieiunij perfectiva & quaſi vita, cuius formæ ſeu vitæ quaſi materia, vel corpus eſt ipſum ieiuniũ à cibis corporalibus. Quod ſine ſpecie ſuprà dictæ formæ, eſt quaſi informis materia vel corpus exanime. Cui rei Eſaias in perſona Domini loquens conſonat, dicens: *Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi, diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, & omne onus diſrumpe, frange eſurienti panem tuum, egenos vagoſque induc in domũ tuam.* Nec in Eccleſia primitiva fuit tanta appretiatio talium ieiuniorum corporalium, qualiũcunque, quanta eſt modò, & quod hoc ſit verum, ſcribit *Doctor Euãgelicus ſuper ad Ro. 1. ſic: Non enim creditur, quod tempore Apoſtolorum fuit tanta ſolenniſatio ieiunij quadrageſimalis, quatuor temporum, ſabbathi, vel cuiuſcunque diei, ut eſt modò. Et fortè melius eſſet, quod homines liberè honoraſſent Deum ſuis modis referendo actus, qui benè & malè poſſunt eſſe Deo ſecundum gratiarum actiones.* Hæc ille.

Forma jejunij eſt, abſtinere a peccatis.

Conſuetudo primitivæ Eccleſiæ quoad jejunia.

EX cuius Doctoris verbis poteſt patere, quod non multum repræhendi deberent, qui diligen-

ter

ter hortantes populum ad abstinentiã à peccato, reponerent homines in libertate bona, in ieiunando, & non astringerent eos ad multiplicitatem talium ieiuniorum, ab antiquo constitutorum, & hucusq; communiter tentorum, Cùm ex verbis doctoris Euangelici antè dictis, nec ieiunium quadragesimale fuit tantæ solennitatis tempore Apostolorũ, ut est modò Hinc in *historia Satyrica cap. 16.7.* legitur, qualiter *sub tẽporib. Costantini, erat quidã Spiridion Cyprius Episcopus, qui videns peregrinum semel ad se venire, quadragesimali tempore, præcepit Verenæ filiæ suæ virgini, lavare sibi pedes & cibos sibi apponere. Cui respondenti panem non adesse, aut quicquam ciborũ, mandavit ut salitas carnes porcinas, quas domi habebat, excoqueret, appositas comedens, ad edendum peregrinum invitat, Quo renuente & Christianum se profitente, Episcopus inquit, magis refutare non debes: Omnia enim munda mundis*, Hæc ibi. Ecce Episcopus iste fuit illius fidei, comedẽs carnes in quadragesima & peregrinum ad comedendum invitans, quòd Christianus hoc refutare nõ debet, credens illi scripturæ, quod omnia sint munda mundis. Protestamur tamen hîc, quod non ista de ieiunijs ideò dicimus, ut abstinentiæ Christianæ frena laxemus, cum certè sit libertas Christiano per omne tempus ieiunandi non observantiæ superstitione, sed virtute continentiæ. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta servatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidijs? quomodo scripturis operam dant, quomodo sapientiæ & scientiæ student? Nonne per continentiam ventris & guttu-ris? Quomodo seipsum quis castrat propter regnum cœlorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia utatur ministra. Hæc ergò

Christianis ieiunandi est ratio, sed ideò ista de ieiunijs interserimus, ut conscientia cauteriata multorum in hypocrisi circa ea loquentium mẽdacium, rectificetur. De hoc autem quod nobis specialiter imponitur, quod simus occasio sive concausa hominibus, gulæ, voracitatis & gastrimargiæ, si præter communem nostram intentionem aut decretum per nos uniformiter prolatum, contigit talis dissolutio tempore istius moderni *disturbij*, non debemus iudicari concausa esse talium, sic nec Saluator cum sanctis suis fuit damnabilis concausa, si aliqui reprobi & mali homines occasione malè acepta, ex illo Christi verbo. *Quod intrat in os, non coinquinat hominem*, vel ex illo: *Nunquid possunt filij sponsi, quamdiu cum illis sponsus est, ieiunare.* vel ex illo, *Omne quod apponitur vobis, manducate*, vel ex illo: *Omnia munda mundis, & nihil est reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*, vivebant dissolutè & sibi contrariè & culpabiliter.

RESPONSIO SACERDOtum Taborienſium, ad culpam quintam eis obiectam,

De Bello, cum suis circumstantijs.

CAPVT XLVIII.

QVANTVM ad culpam quintam, in qua nos reprehendunt, vel aliquos ex nobis de duobus. Primò quod bella nunc currentia, populo non detestamur. Secundò, quod illa nec lege Dei, nec scripturis Sanctorum cum illis conditionibus & circumstantijs, sicut aguntur, scimus

ſcimus neque poſſumus emetiri, priuſquàm huic culpæ vobis reſpondeamus, primùm & ante omnia omnibus & ſingulis ad memoriam revocamus, qualiter cùm inimicus veritatis ac humanæ ſalutis Diabolus, nolens ut hoc bonum augeatur in regno Bohemiæ, quod ex gratia Dei & fideli prædicatione Magiſtri Ioannis Huſſ. ſanctæ memoriæ, & aliorum Magiſtrorum ac ſimplicium fidelium ſacerdotum, ortum fuit in hominibus, pro tunc propoſitum belli non habentibus, ſuſcitavit membra ſua, quatenus hoc bonum per potentiam, violentiam, cæterasq; crudelitates tàm per ſpirituales, quàm ſæculares impediatur, qui conabantur, ſicut & nunc conantur, qualiter hoc bonum inceptum, & cum Bohemicæ nationis *linguagio* condemnent, deleant & exterminent, propter quod nolentes per talem potentiam, violentiam atq; crudelitatẽ à bono ceſſare propoſito, aut à fide reſilire Catholica, bellum ex neceſſitate erexerunt, & hoc ſolum in dicti boni defenſionem & fidelium illud debitè promoventium protectionem, ad hunc principaliter finem directum, ut per illud omnis error Antichriſti quantumcunq; palliatus pro poſſe deſtruatur, & promoveatur fides Chriſti, ordo inſtituatur, & veritas per media debita ſecundum legem Dei, omnib. excluſis deordinationib. Illis ad memoriam reductis, ad primam partem culpæ nobis obiectam taliter reſpondemus, quod nos illa bella moderna, quæ ex neceſſitate ſicut præmittitur, ad hunc finem erecta ſunt, ſed & dum continuarentur in caritate, contra fidei deſtructores, innocentum oppreſſores, vel alios pertinaces & ſceleratos legis Dei tranſgreſſores, qui alijs modis levioribus nullate-

Origo Belli Bohemici.

nus à ſua pertinacia & invaſione fidelium reduci poſſent & coerceri, ſemper parati exiſtentes, illa bella contra tales ſubiectis dimittere conditionibus, dū inimici veritatis, vellent viam veritatis & iuſtitiæ fideliter ſuſcipere, Illa inquā nos bella omninò *deturpare* nō audemus, quāvis viam ſecuriorem fore dicebamus, pugnare ſpiritualiter, non cum gladio aurem verberando, ſed Deum orando, ac in tractatu hoſtes ad concordiam obſecrando, & in illa reputata vecordia mortem, ſi oporteat patiendo, ſcientes quoniam in præſenti iſtorū bellorum, mutua ſimul cum Magiſtris in Praga habentes conſilia, bella cum debitis circumſtantijs requiſitis ad eadem habitis, ſimul aſſeruimus eſſe licita, quas circumſtantias inter nos recitantes & futura pericula præcavere volentes, populo ſimul cum ipſis diximus, quod nobis iuſtum & rectum videbatur, & ſic bellum erectum eſt, ex Magiſtrorū & noſtro ſimultaneo cōſilio, adhunc finem, qui dictus eſt, & ſpecialiter quatenus veritates toti Eccleſiæ ſalutares in Dei Eccleſia debitum ſortiantur effectum, prout patet communitatib eorum & noſtris abſq; ulla ambiguitate. Vbi autem ſecundò nobis obijciunt, quod nos ea bella neſcimus lege Dei, neq; ſcripturis ſanctorum cum illis conditionib. & circumſtantijs, ſicut arguitur, emetiri, ad hoc taliter reſpondemus, quod non eſt intentionis noſtræ promovere, aut quomodolibet excuſare vel defendere, quod malum eſt & deordinatum eſt circa bella. Hinc advocamus inteſtimoniū communitates noſtras, qualiter nos dudum, videntes hoc bellum dictū, per multos, qui ſeipſos fraudulenter cum alijs applicuerunt intētionibus in magnas verti deordinationes ſemper

An bella pro Relig. in Bohemia ſuſcepta, poſſint ex Verbo Dei defendi?

per contra propoſitum & intentionem noſtram & aliorum qui pro illo prædicto bono ſe fideliter oppoſuerunt, ob hoc plures inter nos habuimus convocationes, unam in civitate Preſſk, ſub anno Dommi 1422. tempore *carnis privæ*, Aliam in monte Hadriſt ſub anno Domini 1424. infra octavas reſurrectionis, Et tertiam in Glotho, eodem anno circa feſtum Martini, in quibus convocationibus, contra omnes deturbationes, licèt contra noſtram omnium communem intentionem in dicto populo exortas, ſine iniuſtis bellis, ſpolijs, exactionibus vel vindictis ſive ineptis Scripturarum per Sacerdotes applicationibus, & eorundem ſæcularibus negotijs, implicationibus, cogitamus, & pro reformatione illorum omnium deordinationũ, quæ poſſunt accidere, articulos formavimus, eoſdem in omnibus noſtris prænunciantes communitatibus, quos hîc cauſa brevitat s non oportet inſerere. Quod autem præter noſtram communem omnium intentionem aut decretum per nos uniformiter prolatum in populo, cui prædicamus, contingunt tales deordinationes, de hoc dolemus, ſicut & multi exceſſus ſimiles æſtimamus præter Magiſtrorum intentiones contingunt conformiter, inter ſubditos eorum informationi.

Deliberationes variæ de bello.

RESPONSIO SACERDOTUM Taborienſium, ad culpam ſextam eis obiectam.

Quod Taboritæ cauſis civilibus ſe immiſceant.

CAPVT XLIX.

Quo

QVO ad sextam culpam in qua nos inculpant, quod nos aut quidam ex nobis contra articulum ex nostris quatuor, unum, actus quosdam civilis dominij, prosequeremur astutè & simulatè sub specie legis divinæ, ad illos suos actus, nec legem Domini, nec scripturas Sanctorum habentes, ad hoc taliter respondemus, Quod quamvis in convocationibus nostris, de quibus in responsione præcedentis culpæ fecimus mentionem, & hæc inter nos decrevimus, *quod nullus sacerdos, aut alijs ordinibus insignitus, de communi lege debet sæcularibus negocijs implicari, in offensum & scandalum aliorum, limites sui status excedens, actione cuius excessus, pœnam irregularitatis incurret:* Tamen si sæcularibus existentibus ex permissione divina, improvidis aut incurabilibus, aliquis Sacerdos spiritu Dei agitatus debitè & meritoriè, pacem inter homines sæculares promoverit, & ad concordiam ipsos induxerit, ne occasione eorum discordiæ, pauperes spolientur, in hoc, non quæ sua sunt quærens, *pro tempore, quo non negligeret magis utilia*, nostrum non est condemnare vel judicare, cùm per *Clementem in itinerario in epistola*, quam scripsit ad Iacobum fratrem Domini, hoc non videtur esse interdictum *Sacerdotibus, quos ibidem hortatur, ut orphanis exhibeant semetipsos Parentes, viduis virorum curam impendant, & ijs qui ignorant artificia, exquirant honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quarant, & si qui ex fratribus negotia inter se habuerint, apud cognitores sæculi non iudicētur, sed apud Presbyteros Ecclesiæ quicquid illud fuerit, dirimatur.* Et æstimamus nullum inter nos esse Sacerdotem, qui non libenter privaretur huiusmodi occupatione sui officij impeditiva. Et utinam

Licere putant Sacerdotibus in casu necessitatis, tractare quædam civilia.

nam inter Magistros & eis adhærentes nullus esset Sacerdos, qui plus occultè & palliatè regeret sæcularia facta, quàm aliqui certi ex nostris regant huiusmodi ad hoc *necessitati* manifestè. Et si impugnator impugnans nos vel aliquos ex nobis de *ducatu* quorundam actuũ sæcularis dominij, scrutaretur vias suas, & aliorum sibi à latere assistentium, & verè cognosceret, ex cuius scitu aut consilio, Sacerdote cum Sacramento præcedente, excutiebant domos, spoliabant & captivabant homines per Pragam, & postea insequebantur fratres Thaborienſ. in Costeletz, Malessow, Gretz, & Gasllaniam, & demum in Principem Lituwaniæ Sigismundum irruerunt, & nova civitate Pragensi devastata, exercitus campestres circa Gurym prostraverunt, timemus ne conveniret sibi aut alicui ex suis, illud Apostoli, *Qui alium doces, te ipsum non doces? qui prædicas non furandum, furaris?, qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris Idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris per prævaricationem legis Deum inhonoras? Et illud Ethnici commune proverbium: Turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.*

RESPONSIO SACERDOtum Taborienſium ad culpam ſeptimam & ultimam eis objectam.

De ritu missæ objecto. de cruce, aquæ cum vino mixtione.

CAPVT. L.

QVANTVM ad culpam ſeptimam & ultimam in qua nos inculpant de quinque

Primò,

Primò, quod ritum Missæ abiecerimus. Secundò, quod ritum eorum missandi contempsimus & abiecerimus. Tertiò, quod signo crucis in Missa non uteremur. Quartò, quod aquam cum vino non misceamus. Et quintò, quod ritus cæteros eorum Missæ non obseruemus.

Taboritæ seruarunt ritus primitiuæ Ecclesiæ.

Quantum ad primam particulam articuli respondemus, quod re iniuriam magnam nobis facit Magister Ioannes Rokenzana cum sibi adhærentibus Magistris & Sacerdotibus, imponens nobis simpliciter officij Missæ seu ipsius ritus abiectionem, cùm non abiecerimus officium sive ritum Missæ, qui tempore Ecclesiæ primitivæ secundum testimonium Bernhardi & VVilhelmi in suis rationalibus, & Archidiaconi glossatoris Decreti, in prima parte allegatorum in vestibus communibus, solùm cum forma verborum Sacramentaliũ, cum additione postea per Petrum seu Apostolos: Pater noster, & lectione Epistolæ & Euangelij peragebatur, & per consequens circa missationem obseruamus ea, quæ sunt de substantia Missæ, & circa ipsam sunt utilia non proprio in hoc utentes capite, sed imitantes in hoc specialiter ritum Beati Dionysij, in quantum promouet deuotionem populi secundũ formam in prima parte huius descriptam, non verè imponitur nobis simpliciter, quod officium sive ritum Missæ abijciamus. Vbi autem nobis secundò imponitur, quod ritum missandi Magistrorum contempserimus & abiecerimus, benedictus sit Dominus, quod non inculpamur de abiectione & contemptu ritus Ecclesiæ primitivæ, cùm illũ pro posse sequamur, & si quæ nondum assecuti sumus, parati sumus suscipere. Si

inculpa-

inculpamur de abiectione ritus Magistrorum, qui est ritus curiæ Romanæ modernæ, (à qua etiam in administratione Sacramenti Eucharistiæ sub utraque specie discrepamus, & in tolerantia prostibulorum capillatorum, chorearum lasciviarum, & sic de alijs,) qui non est ille aut talis, qui tempore Christi & eius Apostolorum in Ecclesia primitiva servabatur : nec est ritus Ecclesiæ Catholicæ & *universalis* : cùm alius sit ritus *Græcorum*, alius *Ambrosianus*, quem sine contemptu ex causis rationabilibus obmisimus in prima parte huius, ubi ista latè tractatur materia descriptis. in hoc, ut speramus cæteris paribus non peccantes. Quodautem signum crucis in Missa non facimus, hoc agimus ideo, quia facere signa crucis in Missa, non est de substantia neque necessitate Missæ seu Sacramenti Eucharistiæ, sed magis videntur præstare multis occasionē perfidiæ & superstitionum, & sunt laqueus simplicibus Sacerdotibus, & consequenter alijs plebibus, qui virtutem Dei more gentiliū ponunt in characteribus & in signis. Caret quoque hæc signa facere in Missa, vel aliâs ubicunque authoritate scripturæ sacræ, videlicet *dist. 11. cap. 1.* exprimit dicens: quod nulla scriptura novi vel veteris testamenti docet fideles signaculo crucis insigniri, nec Christus legitur aut aliquis ex Apostolis ipsius fecisse hoc, quibus ut æstimamus se conformavit Ecclesia primitiva. Hæc ille. Eodē modo respondemus ad hoc, quare in Missa non miscemus aquam vino, quia hæc admixtiō non est de necessitate Sacramenti, ut *dicit Tho. 3.* parte sum. quæst. 75. arti. 7. respondendo ad tertium argumentū. Sed ut in principali responsione ibidē ponit, Appositio aquæ ad vi-

Ritus Missæ varij.

De signo crucis in Missa non adhibito

De mixtura aquæ & Vini.

ad vinum, refertur ad significandum participationem huius Sacramenti a fidelibus, quantum ad hoc quod per aquam mixtam vino significatur populus adunatus Christo. Et ibidem patet q. 83. in responsione præsenti ad quartum. Et in signum illius Cyprianus ponit, quod si aqua vino non miscetur ex ignorantia, potest simplicitati eius venia concedi, quod non esset, si aqua esset de necessitate Sacramenti. Viderit ergò Rokenzana per quid probabit dictum Theophili, quem nuper coram toto auditorio allegavit, sic dicentis: *Erubescant ergò, qui vinum in sacris non lymphant mysterijs. Videntur enim non credere, quod aqua de latere fluxit Christi.* Hæc ille.

Non videtur hoc dictum suam habere veritatem, cùm aliter nullus à tempore ascẽsionis Christi usq; ad Alexandrum Papam crederet aquam de latere Christi fluxisse, quod nefas est credere. Cùm Max. Papa primùm statuit aquam
» in missando vino misceri, ut scribitur de consecrat. dist. 2. in Sacramentorum. Et hodie Ecclesia Græcorum dicitur aquã vino non apponere, Vbi autẽ nobis ultimò opponitur, quod ritus cæteros eorum Missæ nõ obscrvamus, quare hoc facimus, huius *tractatꝰ* sunt rationabiles causæ. In prima parte huius, ubi tractatur hæc materia, quas hîc non oportet secundariò repetere, Cùm sciamus istum ritum missandi curiæ Romanæ, esse alium, & in multis differentem à ritu Apostolorum & sanctæ Ecclesiæ ptimitivæ, videlicet cuilibet, qui dicta Dionysij verè & diligenter pensaverit. Ritus etiam iste Magistrorum & curiæ Romanæ modernæ, non est ritus Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ, cùm alius sit ri-

De alijs ritibus Missæ Romanæ, à Taboritis, omissis.

sit ritus Græcorum, alius Ambrosianus, ut tactum est superius. Hic ritus missandi Magistrorum est idem omnimodo cum ritu Ecclesiæ Romanæ modernæ.

PLVRA enim aliqui eorum obmiserunt, ut osculum pacis, Euangelia, Epistolas secundum ritum illorum, sed pro suo beneplacito legunt: in die Paraseeves, *non mittunt hostiam* consecratam in vinum non consecratum, *thurificationem*, *aspersionem*, *benedictiones placentarum*, *ovorum*, *caseorum*, *candelarum*, *cinerum*, *imagines*, *& organa* in Ecclesia non habent, & multa alia sunt *quæ obmiserunt per se & non per concilium generale*. Quæ ergò excusatio servit eis, servit & nobis. Qui ritus Ecclesiarum semper fuerunt varij, sicut & nostris apparet temporibus, & sic curret usque in finem, ut patet per *Gregorium*, *distinctione duodecima: Novit fraternitas*, qui imitari possunt pro necessitate temporum & locorum, *distinct. 14. Sicut Deus quadam &c. Et dist. 29. regulæ sanctorum Patrum*. Sicut & Ecclesia Romana statuta sua secundum temporis exigentiam quandoq; *mutat. 23 q. ult.*, *His ita*, & in capite ultimo, & in pluribus locis alijs. Quamvis ergò Magistri Pragenses quondam publicè scripserunt, & in magna civitate Pragensi manifestè pronunciari mandaverunt, quod iste ritus missandi, quo ipsi utuntur in vestitu sacræ Missæ & gestu, in universali Ecclesia, sicut ab Apostolis & in primis eorum discipulis traditus est, huc usque in Ecclesia Dei cõtinuetur, tamen nunquàm hoc verè ostendere possunt, quod ille eorum ritus sit ille aut talis, qui tempore CHRISTI & eius Apostolorum in Ecclesia primitiva servabatur.

VEL quod sit ritus Ecclesiæ Catholicæ & universalis, veruntamen hoc eis admittimus, quod ritus eorum est ritus curiæ Romanæ modernæ à multis Pontificibus Romanis longè post Apostolos ab imitatione iam Christi ipsiusq; Apostolorum notabiliter declinantibus, institutus, & infundabiliter quoad scripturam & onerosè introductus, videlicet per *Hugonẽ de Sacramentis parte secunda, libro secundo, per Doctorem Euangelicum de apostasia capite 18. Per Magistrum Iacobellum in uno suo tractatu, & per diversas chronicantes*, qui omnes brevem missationem Beati Apostoli Petri præmittentes, tangunt, qui postea Pontificum quæ & qualia in successu temporis ad istum addiderunt, & illum ritum missandi sic longum & onerosum, & quoad scripturam infundabilem comportaverunt. Et si Magistri illum eorum ritum voluerint lege Dei rectificare, necessarium habent *viaticos eorum*, & missalia, aliasque legẽdas, quas in horis & Ecclesijs legunt, in multis corrigere.

RESPONSIO SACERDOtum Taborienſium ad fundamentum M. Ioan. Rokenzanæ, ſuper quo ritum ſuum miſſandi fundare nititur.

CAPVT LI.

QVANDO autem M. Ioan. Rokenz. fundare nititur ritum ſuum ſacrificandi in Miſſa & Veſperis, & circa alia officia divina in ha-

in habitu alijsq; ab Ecclesia Romana moderna consuetis, allegans pro illo, Primò in genere illud 1. Cor. 14. *Omnia honestè & secundum ordinem fiant*, quod dicit consuetudinum laudabilium fundamentum, secundum Doctorem Euangelicum, quẽ ibidem adducit. Secundò allegans pro illo ritu in genere illud *1. Timoth. 2. Obsecro ergò omnium primò fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*, ubi inquit secũdum gloss. ordin. Ordo Missæ suæ præmonstratur. Et tertiò allegans pro illo dicto suo ritu, magis in speciali, ritum *Dionysij in de Ecclesiastica hierarchia*, cui ritum suum dicit fore in multis consimilem & adaptatum, illa tamen omnia prædicta super quibus fundare nititur ritum suum sacrificandi, si fideliter & verè advertantur, non sunt pro illo, nec ipsum datum est primarium significatum alicuius partis sacræ scripturæ, quas ipse cum alijs pro fundatione illius sui dicti ritus allegare consueverunt. Ideo relinquitur, quod ritus ille sacrificãdi M. Ioan. Rokenz. vero caret fundamento. Nam illud primùm dictum beati Apostoli non militat pro eo directè, quando dicit, omnia honestè & secundum ordinem fiant. Ibi enim secundum Lyram Apostolus ostendit, quod dona Spiritus sancti sunt appetenda, & quod ipsis utendum est ordinatè; & à personis quibus uti decet, id est, pro ut decet viros & mulieres ad vitandam confusionem. Nec ad hoc suffragatur sibi dictum Doctoris Euangelici, quod pro se allegat, *ubi in de potestate Papæ scribit*, quod ibi includantur omnes usus Ecclesiæ, in dicẽdo, servitium, omnes ritus ordinum privatorũ, & breviter omnis consuetudo Laicalis vel Clericalis laudabilis, cùm laudabilis inquit consuetudo Ec-

1 Cor. 14.

1 Tim. 2.

Responsio ad locum 1. Cor 14.

do Ecclesiæ est obseruanda, licet non sit explicita sed implicita in scriptura. Nam ipse quamvis dicat & scribat sic, non tamen intentio est eius fundare ibi in illo dicto Apostoli totum ritum sacrificandi in Missa & Vesperis, & circa diuina officia in habitu, & gestu, & signis omnibus alijsq; ab Ecclesia Romana & moderna consuetis, tam oneroſum & legis Christi liberæ restrictivum & impeditivũ. Hinc est quod Doctor Euangelicus, illa quæ Magister Ioannes Rokenzan. recipit exprimẽs, immediate post hoc, (satis per longum passum, redarguens præponderantiam traditionum & adinventionum humanarum, ultra expressa in lege Domini, & per illas Ecclesiæ ultra Pharisæos legis veteris onerationem, quam CHRISTVS à traditionibus huiusmodi pro tempore legis gratiæ liberam esse ordinavit,) quid intelligat per ritus, usus vel consuetudines laudabiles in prædicto verbo Apostoli fundatos subdit: *Conceditur igitur, quod ritus & leges honestæ ex lege Domini eliquatæ, sunt in suo ordine obseruandæ, sed caveat Christianus de nimietate studij eorum & obseruantiæ. Suspensus itaq; sine ulteriore solicitudine sit contentus de flatu spiritus, si veistis extravagantibus dirigendis.* Hæc ille.

ET adhuc magis specificans se in dicta materia, & quasi concludens intentum suum sequenti capitulo, post multa quæ interserit, subdit: *Contentemur ergò de paucis ritibus, quos ex doctrina Domini nostri Iesu Christi servarunt Apostoli, & omninò superadditos verè & modestè non præponderanter vel hypocriticè obseruemus. Omnia enim talia non expediunt vel sunt licita, nisi de quanto iuvant ad obseruantiam mandatorum.* Hæc ille. Ex cuius verbis, quæ Magister

giſter Ioan. Rokenzana omiſit, patet ſua intentio quam ipſe habuit in ſic dicendo, ubi ipſe eum allegavit, Nec Doctor Euangelicus ſimpliciter dicit: Conſuetudines Eccleſiæ laudabiles *ibi eſſe fundatas*, licet non ſint explicitè in ſcriptura, ſed ipſe notanter dicit, quod obſervanda eſt laudabilis conſuetudo, *licet non ſit explicita, ſed implicita in ſcriptura*. Illud autem dicitur implicitum in ſcriptura, quod verè & directè ſequitur ex eadem. Non ergò æſtimet Magiſter Ioannes Rokenzana, quod ſuus ritus quoad omnia & ſingula, quæ ab eo & ſibi adhærentibus circa miſſationem communiter obſervantur, in prædicto verbo fundetur Apoſtoli, cum illa, quæ ridiculoſa vidétur in ſuo ritu, puta geſticulationes facere, brachia extẽdere, manus iungere, digitos complicare, & ſeipſum incurvare, & ſæpius ſe ad populum vertere, & alios characteres multiplicare, cum erroneis & mendoſis, proſis & hiſtorijs, & alijs inconvenientijs in prima parte huius tactis, non videntur in illo dicto Apoſtoli, vel alia quacunque parte ſcripturæ verè fundabilia. Et per conſequens illud dictum Apoſtoli, ſuper quo Rokenzana ſuum nititur fundare ritum miſſandi, ſuo propoſito minimè ſervit. Sicut nec illud dictum eiuſdem B. Apoſtoli Pauli 1. Timoth. 2. ut patebit poſterius. Nec ritus Dionyſij, cui dicit ſuum ritum in multis conſimilem fore, & adaptatum, ſibi famulatur. Tempore enim Dionyſij Epiſcopus ſeu Sacerdos ſecundum Apoſtolorum conſuetudinem, Euchariſtiæ celebrationem cum devota oratione incipiebat, & veriſimiliter ſic fiebat quod populo conveniente Sacerdos accedens ad Altare, incipit orare, legendo vel cantando

Reſp. ad dictum 1. Tim. 2.

Ritus Cœnæ Domini in Vetri Eccleſ.

cum choro & populo orationem dominicam: Pater noſter, exemplo CHRISTI, qui ſic orare docuit Matth. 6. capite. Hinc beatus Petrus Apoſtolus poſt paſſionẽ Domini, anno primo legitur primam Miſſam celebrando, dixiſſe tantùm, Pater noſter. Et hoc ſecundũ *Archidiaco.* gloſſatorem decreti *de conſe. diſt. 4.* Iacobus ſuper illo verbo, miſſæ celebrationem, ſignificat, officiũ diei veneris ſancti circa altare, quod incipitur à Pater noſter, à Sacerdote celebrante, & hoc in Eccleſia Lateranenſi Romæ: Secundum teſtimonium *VVilhelmi* in ſuo rationali, *Non dicitur alia omninò in officio, niſi oratio dominica. Quia in Eccleſia inquit, primitiva ſic fiebat poſt ea legebantur lectiones de ſacris ſcripturis ſeu hagiographorum tractatus, & hoc ſecundum exigentiam temporis & populi fiebat in vulgari, ut colligitur ex dicto Apoſtoli 1. Corinth 14. cap. ut populus audiens inducatur ad virtutum inſtructionem, & ad vitiorum purgationem, cùm iuxta Pſalmi teſtimonium, teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis. Ad cuius ſignificationem, ut dicit Archidiaconus gloſſator decreti, ubi ſuprà die Sabbati ſancti officium Miſſæ incœpit à prophetijs ſeu lectionibus, quibus finitis decantabuntur Pſalmus, Hymni, vel divina præcepta, & hoc in vulgari, ne fiat inſania ſecundum Apoſtolum, cùm Laici & Idiotæ neſcirent ad id, quod non intelligebant, dicere Amen. Ad quod Apoſtolus memoria tenens illud præceptum, quo præcepit Deuter. 31. capite, ut ſcribentes ei canticum Domini doceant filios Iſraël, ut memoriter teneant & ore decantent, & ſit eis carmen hoc pro teſtimonio inter filios Iſraël. Ad Epheſ. 4. capite, Chriſtianos hortatur dicens: Loquentes vobismet ipſis in Pſalmis, & Hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino,*

mino, ubi gloss. loquentes nobiumetipsis, id est, Si vos intelligitis & si vos ipsos instruitis ijs quæ dicitis in Psalmo, & Hymnis, & canticis spiritualibus, quæ de æterno gaudio sunt, & ideò spiritualiter intelligenda sunt, quia spiritualia sunt, quæ dicitis. Hæc glossa.

POST hæc fiebat prædicatio verbi DEI ad omnes indifferēter: boni, & mali, proselyti & pœnitentes admittebantur, ad hoc, ut eorum in veritate Euangelica illuminetur intellectus. Quia Psalmo 118. dicitur: *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Tempore cuius prædicationis si sedenti aliquid revelabatur, prior tacebat*, ut scribit Apostolus, ubi suprà, qui autem digni habebantur communione, manebant. Erant autem ad hoc ordinati *Diaconi*, qui conscij erant populi, ij si quem sciebant indignum, non admittebant, sed eijciebant, nisi prius probaretur, & ageret pœnitentiam. Interim apponebatur panis & vinum ad Altare, cum decantatione prius Symboli Catholici à cuncta Ecclesia. Quo finito ad excitandū homines in bono, exhortatio brevis præmittebatur, in qua alloquebantur homines congregari ad recordationem omnium Christi beneficiorum, & vitæ ipsius *pœnosæ*, ad quam amplectendam, hortabantur ut se in talibus probent.

Diaconorum munus.

DEINDE Sacerdos, accedens ad Altare sub silentio populi & chori, expressè alijs circumstantibus & intelligentibus, Sacramentum altaris conficiebat. Et postquàm perfecerit consecrationem in silentio, demonstrando eam, communicavit, & invocando nomen Domini super populum, & exhortando ipsum ad charitatem & pacis unitatem, ipsum communicavit, iuxta ritum sancto-

rum Apoſtolorum teſtante *Anacleto*, qui dicit: *Peracta conſecratione omnes communicent, qui nolunt Eccleſiaſticis carere liminibus*. Sic enim & ſancta Romana tenet Eccleſia & Apoſtoli tenuerunt. Tandem finita communione Sacerdos cum tota congregatione gratias agebat, & ſic officium complebat, exemplo Chriſti, & Hymno dicto exierunt in montem Oliveti. Et hunc ritum miſſandi non Magiſter Ioannes Rokenz docet, ſed beatus Apoſtolus Paulus, ubi eum pro ſuo ritu allegat, 1. Timoth. 2. cap. quando dicit: Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus &c, ubi ſecundū gloſſā. ordinariam quā allegat Magiſter Ioannes Rokenzana, beatus Apoſtolus Paulus tradidit omnibus Preſbyteris, omnique Eccleſiæ formam, quomodo deberent Miſſarum ſolennia celebrare, & pro omnibus hominibus orare. Nam obſecrationes ſecundum gloſſ prædictam ſunt, quicquid præcedit in Miſſarum ſolēnijs uſque ad illum locum, in quo incipit Sacerdos conſecrare myſteria corporis & ſanguinis Domini. Orationes ſunt, quas Sacerdos fundit in conſecratione Euchariſtiæ. Poſtulationes ſunt benedictiones ſeu adhortationes, quas dicit Sacerdos ſuper populum, invocans nomen Domini ſuper illum, & adhortans eum ad charitatem & pacis unitatem, quod tractum eſt de veteri. Teſtamento per Moyſen. Namque dixit Dominus Sacerdotibus: Invocabitis nomen Domini ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eis. Gratiarum actiones ſunt laudes, quas communicato populo refert Sacerdos Deo Patri cum univerſa Eccleſia,

ſia, quod dignatus eſt eis ſacroſancta myſteria corporis & ſanguinis filij ſui dare ad redemptionem & ſalutem. Iſta conſuetudo & agendi ritus Dionyſij includit, quæ remota ſunt à ritu M. Ioan. Rokenz. videlicet cuilibet fideliter penſanti ritum ſuum, & ritum Dionyſij antè dictum. Et per conſequens ritus Magiſtri Ioannis Rokenzanæ non eſt ſimilis aut coaptatus ritui Dionyſij, aut verè fundabilis in eodem, niſi fortè, ut loquamur ironicè in aliquo iſtorum locorum ibidem fundetur.

I

Ritus miſſæ Rom. differt a ritu per Dionyſ. Areop deſcripto.

PRIMO in illo, ubi tempore Dionyſij eijciebantur indigni à communione etiam & à viſione Sacramenti, ibi Rokenzana cum ritu ſuo admittit omnes indifferẽter, & pulſu campanæ convocat ad viſionem Sacramenti, & ſæpè proceſſionaliter extra Eccleſiam in conſpectu omnium deferunt Sacramentũ cum magno tumultu, cantu & plauſu, omnes ad ſpectandum Sacramentum excitantes.

II

SECVNDO ubi tẽpore Dionyſij ea quæ legebantur in congregatione populi, vel decantabantur, omnia erant certa & vera, cùm lectiones ſolùm fiebant de ſacris ſcripturis, & ſi qua legebantur vel decantabantur in lingua peregrina, illorum ſtatim interpretatio fiebat, ibi in ritu Rokenz. multa leguntur & decantantur incerta, falſa, & erronea, & multa in lingua peregrina, quorum nulla *pro tunc* ibidem fit interpretatio contra præceptum Apoſtoli 1. Corinth. 14. Cap.

III

TERTIO ubi tempore Dionyſij Sacerdos ſub ſilentio populi & chori expreſſè alijs circumſtantibus & intelligentibus Sacramentum Altaris conficiebat, ibi ſecundũ ritum Rokenzanæ con-

secratio fit tacitè nullo audiẽte, *& tempore cantus & tumultus magni.* Quarto ubi tempore Dionysij sacerdos celebrans cum munda conscientia & devotione, observatis ijs, quæ sunt de substantia Missæ, & circa ipsam sunt utilia, sacramentum Eucharistiæ conficiebat, & cum digno & probato populo communicans in corde puro & quieto, mortem Christi cum alijs suis beneficijs memorabatur, iuxta præceptum Domini, quo ait per se & in suo Apostolo, *Hæc quotiescunque feceritis in mei memoriam facietis:* ibi in ritu Rokenzanæ multa legis Christi liberæ restrictiva & impeditiva congregantur, longè unum Pater noster sancti Petri excedentia. Cùm multa pars inutiliter in huius ritus occupatione decurrit, ex quo populus redditur tædiosus, & indisponitur ad dignam sacramẽti perceptionem, Et Sacerdotes oportet negligere magis utilia, cùm multò melius foret minus cantare, quod verum & ædificatoriũ esset, & reliquũ in doctrina salutifera consumere, quàm duas Missas ab hora octava usque ad decimam inclusivè cantare, & una hora prædicare. Nec stante ritu illo tumultuoso & inquieto, & nimis longo, propter inutilem in talibus occupationem principalis finis missationis, qui est Christi mortis vivax memoria, attingi utiliter potest. Nec valet excusatio Rokenzan. ubi illam prolixitatem ritus sui excusans contra nos invehendo scribit. Si propter tædium, ritus noster sit omittendus, multò magis ritus Taboritarum est detestandus, cùm ferè omnes docti clerici sacerdotes pro maiori sua parte, viri & mulieres regni Bohemiæ, cæteræque terræ adiacentes, ritum nostrum detestentur, etiam vilipendant. Ad hoc dicimus,

quod

quod licet decorus & glorioſus ritus Rokenzan. coram carnalibus à Spiritu Chriſti vacuis, & coram ſimplicibus de altitudine Sathanæ, aſtutijs, ignaris fulgeat, tanquam Sol in virtute ſua ſupra ritum Chriſti & Eccleſiæ primitivæ, qui reſpectu eiuſdem ſicut ſtella in Solis præſentia tenebreſcere totaliter videtur: tamen in rei veritate hic ſplendidus modus & glorioſus ritus miſſandi Rokenzan. in multis videtur eſſe poculum aureum in manu magnæ meretricis, plenum abominatione & immũdicia fornicationis eius, quo terrenos inebriant, Apocal. 17. Videturque quantum ad talia, in quibus in ſcriptura fũdabilis verè non eſt, eſſe fucus meretricis magnæ Ieſabel, qui ſi fuerit abſterſus, apparet horrendus, & tanquã leproſus à cunctis odiendus, & ipſum magnificantes omninò confuſi & nudi ſtarent, eò, quod ornatum ſanctorum Apoſtolorum, puta divinam ſciẽtiam & ſanctam converſationem, tanquam diſcoloriam veſtem ex cunctis virtutibus compoſitam, perdiderunt, & nihil *ut communiter* in ſe habent, niſi maculatam tunicam cunctorum vitiorum. Et hæc ratio quare Chriſtus ſæpe in Euangelio generationẽ Phariſaicam, quæ ſe extrinſecè ritibus ornare conſuevit, comparat quandoque ſepulchris foris pulchrè depictis, quæ ſunt intus plena oſſibus mortuorum, quandoque verò catino extra loto & intus immundo. Quid ergò miri mi Rokenz. quod multi tales de genere talium Phariſæorum ritum noſtrum innocentem deteſtentur ſic, & vilipendant. Et per conſequens invanum Rokenz. cum ſuo ritu gloriatur, referendo ſe cum illo, ad ritum Dionyſij, qui fertur fuiſſe diſcipulus Apoſtolorum. Cùm nec ſanctus Petrus libertã-

Nota, quid de pompa Miſſæ Romanæ Taboritæ ſentiant.

libertatem prædicandi aut missandi cum suo ritu haberet inter illos, ut cavet unus eorum articulus, in quo decreverunt, ut nullus inter eos haberet libertatem prædicandi aut missandi, qui se in ritu minimè eis conformaret, & hoc non magis propter aliquid aliud fieret, nisi propter non observantiam accidentalium, & non de necessitate & sub natura ad missationem requisitorum, quæ paleas nunc culpant Mirabilis ergò sapientia Magistrorũ non daret libertatẽ, gratiam verbi Dei habẽtibus, propter paleas illud fidelibus ministrãdi.

QVÆ NON DE SVBstantia Missæ, Baptismi, & aliorum sacramentorum sint.

CAPVT. LII.

VBI autem circa culpam istam septimam nobis obiectam, & hoc pro culpa ponitur, quod signo crucis circa sacramenta admixtione quoque aquæ ad ipsum vinum in calicem non utamur: Quare hoc faciamus, tactum est prius in cap. primo responsionis nostræ, ad istam culpã septimã nobis obiectã, Quia scilicet facere signa crucis in Missa, vel aquam in vino in calice miscere, non est de substantia, nec necessitate Missæ seu Eucharistiæ sacramenti, caretq; hæc signa facere in Missa vel aliâs ubicunque, autoritate scripturæ, ut ibi declaratũ est: nec autoritates Sanctorum, quas pro illis adducit, oppositum sententiãt, sed secundum Augustinum & Thomam ibidem adductos, est earum intellectus: autoritates autem Sanctorum quotquot per Rokenzanam ad hoc adducun-

adducũtur,quòd ſine impoſitione talis ſigni nihil ritè,horum quæ ſecundũ nos fiunt , perficiatur, videntur debere intelligi de paſſione Chriſti crucifixi,virtute cuius, & non à ſigno crucis omnia ſacramenta ſuam recipiunt efficaciam. De qua Apoſtolos ad *Galat.6. dicit : Mihi autem abſit gloriari , niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et ipſemet Chriſtus Matth. 16. dicit: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum,tollat crucem ſuam & ſequatur me,aliàs non videntur ad intentionem adverſarij habere veritatem. *Hinc Magiſter Ioannes ſanctæ memoriæ ſuper 3. diſt. 9. dicit , quod illud, tuam crucẽ adoramus & ſimilia. Omnia inquit, illa debent exponi ad ſignatum , & non ad ſignum.* Hæc ille.

De conſecratione, Aquæ, olei, chriſmatis.

EODEM modo dicatur ad autoritates,quas M. Ioan.Rokenz.adducit , pro conſecratione aquæ, olei,& chriſmatis pro ipſo baptiſmo,pro exorciſmo,ſalis impoſitione, ſputo,alba veſte,exſufflatione,& ſic de alijs , quod omnes illæ quotquot ſunt,non ſunt ad hoc , quod omnia illa prædicta ſunt pro neceſſitate Sacramenti baptiſmatis , vel alterius,ſed quod ſunt non de neceſſitate ad ſacramentum baptiſmatis requiſita,à quibus multi capiunt occaſionẽ erroris & ſuperſtitionis,& ſecundũ aliquos non aliquid efficiunt,ſed ſolùm ſignificant,quod efficiatur in baptiſmo,videlicet in prima parte huius circa ſacramẽtum baptiſmatis tactum eſt.In cuius ſignum plures ſunt autoritates per adverſarium pro his adductæ, quæ ad ſenſum myſticum impoſitionem ſalis , ſputum,& veſtes interpretantur.Eodem modo interrogatur, & de pluralitate luminum & candelarum in Miſſa, quòd illa non ſunt de ſubſtãtia Miſſæ,nec neceſſaria tanta multitudo luminariũ ad cultum vel reverenſ-

De pluralitate luminum.

verentiam ſacramenti debitã, vel Chriſto,qui ſpiritualiter, realiter & ſacramentaliter creditur in eodem,requiritur,cùm cultus divinus, qui debet fieri in ſpiritu & veritate, ſimiliter Euangelica ſacramentorum miniſtratio,non requirat ritum ſplendidum & talia extrinſeca ſplendida in oculis carnalium hominum,vel ornatum precioſum veſtimentorum.Et melius videtur,foret,ut non tanta pecuniæ ſit conſumptio ſuper tàm multis luminaribus, ſed moderamine ſervato in talibus, omni criminoſo ſublato ſacramento Euchariſtiæ contẽptu,ſuper magis neceſſarijs fiat talis pecuniæ impenſio,cùm pro alimonia pauperum,pro redẽptione captivorũ,& ad alios pios uſus, res tales,ad ſplendidum ritum ſacramentorum deputatas, diſtrahere liceret,teſte *Ambroſio in libro de officijs*, & habetur in *Canone 12.q.2. Aurum habet Eccleſia*, Nec ſuffragatur Rokenzanæ hoc, quod Deus de oleo puriſſimo,ut luceret ſemper in tabernaculo,ſibi lucernã fieri voluit,pro ut ſcribitur *Exod.27.& 37.& 40.& Levit.4.& 8.cap.*& in alijs pluribus locis,quæ per ſe allegat Rokenz, cũ *M. Iacobellus* bonæ memoriæ in tractatu,quẽ fecit contra imagines, *ſcribat de obſervantijs legis veteris,quod non ſequitur,illa facta ſunt ibi,& tenta ex Dei revelatione vel præcepto,Ergò nunc debemus habere vel obſervare illa,ſed benè ſequeretur,Ergò deberent fieri, ſi hæc ſcriptura legis novæ doceat, vel ex Deo per revelationem Dei eſſemus certificati. Non oportet etiam ritum templi Salomonis nos trahere in conſequentiam, quod ergò nos Chriſtiani debeamus ſimilem ritum obſervare, unde Hieronymus ad Nepotianum:Neq; verò aliquis mihi dicat vel obijciat in Iudea templum, menſam,thuribula, lucernas, patellas, ſcyphos, mortariola, &c. ex auro fabricata,tunc hæc proba-*

probabantur à Deo, quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat redemptio peccatorum. Quanquam hæc omnia præceſſerunt in figura. Scripta autem ſunt propter nos, in quos fines ſæculorum devenerunt. Nunc verò, cim paupertatem Dominus dedicarit, portemus crucem, & divitias lutum putemus. Quid miramur quod CHRISTVS *vocat iniquum Mammona? Quid ſuſcipimus & amamus, quod Petrus ſe non habere teſtatur, alioquin ſi tantùm literam ſequimur*, & in auro & divitijs, ſimplex nos delectat hiſtoria, cum auro obſervemus cætera, *Ducant Pontifices ſibi uxores, virgines, & quamvis ſit bonæ mentis, quæ cicatricem habuerit, & deformis, privetur à ſacerdotio, lepra corporis, animæ vicijs præferatur: creſcamus & multiplicemur terram, immolemus agnum, figamus ſeptimo menſe tabernacula, & ſolomne, ieiunium buccina concrepemus. Quod ſi hæc ſpiritualibus comparantes, ſentientesque cum Paulo, quod lex ſpiritualis eſt, & David verba cantantes: Revela oculos meos, & cætera, ſic intelligamus, ut Dominus quoq; intellexit & interpretatus eſt: Sabbathum & aurum repudiemus cum cæteris ſuperſtitionibus Iudæorum, aut ſi aurum placet, placeant & Iudæi, quos cum auro aut probare nobis neceſſe eſt, aut damnare. Hæc Iacobellus per totum.*

Ex cuius verbis patet, quod tempore legis gratiæ propter illud antiquum præceptum de habendis lucernis ſemper in tabernaculo, non ex hoc ſequitur, quod nunquam deſint dicta luminaria & candelæ in Miſſa, vel quod tanta pluralitas luminum & candelarum ad Miſſam neceſſariò requiratur: Vel quod Hieron. hortans circa ſepulchra ſanctorum, & Chryſoſt. circa corpora defunctorũ accenſionem fieri luminum, hoc prætendant, cùm

ſecun-

ſecundum Apoſtolum ad Gal. 5. Si quis vult unum aliquod cuſtodire de obſervantijs legis, obnoxius eſt univerſæ legi ſervandæ, & illa ſententia eſt beati Hieronymi, quem Magiſter Iacobellus, ubi ſuprà allegavit, & per conſequens, facta legis veteris talia, non ſunt à nobis in conſequentiã trahenda, quod ergò nos Chriſtiani debeamus ſimilia obſervare.

HINC eſt, quod idem Hieron. in libro ſuarum explanationum tractans illud Eſaie 66. Qui recordatur thuris reprobans ceremonias Iudæorum ſcribit: *qui thus tribuit quaſi blaſphemus, imò quaſi benedicens Idolo*, & Dominus inquit: Poſt filium meum, *qui venit manſuetus & pauper*, nolo carnes, victimas, deteſtor ſacrificium *Iudæorum, & umbras legis reprobo*. Hæc ille.

De Veſtibus ſacr.

ET per hoc fieri poteſt reſponſio ad aliud ſcriptum Rok. ubi pro veſtibus, ſacris altaribus communiter deputatis, adducit præceptum, quo Dominus Moyſi præcepit, quod faceret Aarõ ſacerdoti & filijs eius veſtes *ſanctas in gloria & de colore, ut ſacris induti veſtibus fungerentur officio ſuo in ſacris, Exodi 28. 31. 35. & 40.*

EX illis enim arguere, quod ſacerdotes legis gratiæ, debeant neceſſariò habere antiquas veſtes exteriores ſpecialiter ad ſacrificandum deputatas, argumentum non eſt ſufficiens, cùm illa in figura præceſſerunt, & in novo Teſtamento non ſunt obſervandæ ceremoniæ legis veteris, *utvales*, prætactum eſt.

Veſtes miſſati ex non probãtur exemplo Aaronis.

ERGO infundabiliter, quo ad ſcripturam ſacerdotes Chriſti artantur, habere illa veſtimenta, virtute illius Aaron præcepti, quando iam legaliã ceſſaverunt, & quando Chriſtus, qui non proceſſit

cessit de tribu Levi, sed de tribu Iuda, cui non fuit tale datum mandatũ, existens sacerdos spiritualis, interioribus spiritualibus estimentis, suos volens esse ornatos sacerdotes, (ut in prima parte huius latè declaratum est, excipiendo suos sacerdotes ab illo prædicto Aaron præcepto,) cœnam suam instituens, noluit aliqua specialiter uti veste sed in vestimẽto suo usuali cum discipulis suis exequendum *exemplavit*. Et ergò cùm Magistri quondam voluissent ex prædictis vestibus Aaron arguere, sacerdotes Christi debere uti aliqua specialiter ad sacrificandum deputata veste, & hoc per nos fuisset eis rationabiliter reiectum, per ea, quæ in prima parte huius scripta sunt videtes, quia ibi non possunt subsistere, cùm Christus ipse oppositũ docuisset, qui non venit solvere legem sed adimplere, tẽtaverũt, illos ornatus ex nova fundare lege Primò ex opere Christi, *quo Ioh 18.* alijs vestimentis usus est circa officia prima corporalia, & alia circa sacramẽtorum mysteria, secundò ex illo *Matthæi 17.* ubi Christus in monte Thabor apparuit *in vestimentis albis sicut nix*. Et Ioseph Iustus ab Armathea laudatur, qui mercatus sindonem mundam, *ut habetur Marci 15.* deputavit eã ministerio & obsequio Christi corporis, Ex quibus Magistri illud eliciebant, quod ex quo CHRISTVS circa corporalia servitia usus fuit alijs vestimẽtis, quàm circa cœnæ suæ ministerium, quare sacerdotes moderni non similiter facerent Et iterum ex quo Christus placuit Deo Patri in vestibus albis & candidis, quare moderni sacerdotes in ornamentis sericis vel diversicolorijs non placerẽt, vel si Ioseph laudatur deputans sindonẽ mundam obsequio Christi corporis,

Neque exẽplo Christi.

quare ſacerdotes moderni non uterentur aliquibus talibus veſtimentis, circa ſacramentorum miniſterium. Hæ erant probationes Magiſtrorum pro fundandis eorum ornatibus ex lege nova. Sed poteſt quilibet compos rationis cognoſcere, quod iſtæ nõ ſunt ſufficientes probationes ad hoc, quod ſacerdotes Chriſti ex ijs operibus iã dictis, deberent neceſſariò uti aliqua tali exteriori veſte ſpecialiter ad ſacrificandum deputata. Quia ſi CHRISTVS per hoc quod circa lotionem pedum alia utebatur veſte, quàm circa miniſterium cœnæ ſuæ, inſtituere voluiſſet, ut ſacerdotes moderni in Miſſa ornatibus, vel aliqua alia ſpirituali veſte uterentur, tunc potius Chriſtus in veſte uſuali laviſſet diſcipulis pedes, & cœnam ſuam miniſtrans, linteo ſe præcinxiſſet, ſed quia oppoſitum huic Euangelium exprimit, ideò non convenienter Magiſtri in hoc opere Chriſti ſua fundant ornamenta. Nec etiam ornatus modernorum ſacerdotũ in hoc habent ſuum verũ fundamentũ, quod Chriſtus in monte Thabor in veſte alba, ſicut nix, apparuit, *cùm Marci 9. dicitur, quod talia veſtimenta fullo non poteſt ſuper terram candida facere.* Ex quo elicitur, quod talia non ſunt ornatus ſacerdotũ, cùm illa faciant homines, & notorium eſt, quod Chriſtus ibi, ubi in tali veſte apparuit, non celebravit nec miniſtravit cœnam ſuam, ſicut nec ibi, quod Ioſeph corpus Chriſti in ſindone munda involvẽs, ſepelivit. Ergò relinquitur, quod non ibi ornatus habent verum fundamentum. Quod ſi adhuc ſemper volunt Magiſtri aſſerere, quod in talibus dictis operibus ornatus ſacerdotum haberent fundamentum, tunc eadem ratione exercitus fideles debebunt in ornatibus

incedere, eò quod Ioannes Apocal. 19. *vidit exercitus sequentes Christum in equis albis, vestitos bissino albo & mundo* & secundum hoc Laici circumdati sindone munda communicare Christi copori deberent, sicut Ioseph lineus existens Christi corpori fecit. Ex his iam dictis fideliter pensatis, quilibet intelligere poterit, quod illa ornamenta in Missa, pro quibus Magistri tàm avidè instant, nec in lege nova nec veteri habent suum verum fundamẽtum, & quod illa, quæ pro fulcimento circa hoc sibi capiunt, aliud non ostendunt, nisi quod sacerdotes Aaronici tempore legis veteris, alia speciali veste induebantur, quando in sancta sanctorum *ministrabant, & alia, quando egrediebantur ad populum*, & hoc nunquam negamus. Sed quod hæc vestis Aaronica sacerdotes sub tempore legis gratiæ, obligaret ad habendum aliquam talem specialem vestem in ministerio, hoc magistri nunquam docere poterunt. Nec illi sancti, quos pro se allegant illud asserunt.

HINC est quod Magistri videntes, quod nullum fundamentũ, sive ex nova sive ex veteri lege, quib. dictos ornatus fundare nituntur, ipsis stare potest, ultimò recurrunt ad Pontifices Romanos, si saltem per illos circa illorum ornatus possunt persistere, & pro illo adducũt diversos Papas & doctores, qui de veste aliqua sacerdotibus deputata, faciunt mentionem. Et sicut ex eorum scriptis percipi potest, inprimis post institutionem factam de illis vestibus, potuit una esse differentialis vestis, & postea in successu temporis ille unum, & ille aliud addidit. Nullibi tamen doctores quamvis de illis vestimentis faciant mentionem ipsa mysticantes, tempore quorum iã de illis

Papæ legẽ vestiariæ.

præcesserat institutio, scribunt quod Christus vel eius Apostoli alicubi præcipiunt, quod sacerdotes moderni utantur aliqua speciali & extrinseca veste circa Sacramenti ministrationē, aut quod soli ipsas habeant. Verùm M. Iacobellus bonæ memoriæ in quodam tractatu suo expressè scribit, *quod olim Sancti missando conficiebant communiter sine vestibus exterioribus iam ad hoc consuetis, & consuetudine adinventione hominum deputatis, & in hoc non peccaverunt. Et infrà argumento Alberti magni sic arguit, cùm Christi actio nostra sit instructio, & in nullo legitur Euangelistarum, quod vel Christus vestes sacerdotales in consecratione Sacramenti induerit, vel etiam quod Apostolos induere fecerit, Ergò Christus & Apostoli sine talibus Sacramentum confecerunt, & per consequens adhuc sacerdotes absque talibus possunt adhuc conficere.* Hæc ille.

IN cuius confirmationē in rationali VVilhelmi parte prima cap. 2. legitur: *Sanè in primitiva Ecclesia sacrificium fiebat in vasis ligneis & vestibus communibus, tunc enim erant lignei calices & aurei Sacerdotes. Nunc autem econtrà est.* Hæc ille.

IMMO institutione iam facta de vestibus, adhuc nō erat tanta obligatio ad eas, ut est modò, sed libertatem habuerunt ipsas nunc assumendi, nunc dimittendi. Hinc est quod *Doctor Euangelicus* scribit: *Libertas religionis Domini requirit, quod cuncta talia sensibilia, quæ non sunt virtutes vel gratiæ, licet fideli, nedum laico, sed clerico nunc dimittere, nunc tenere, cùm de indumentis corporalibus non legimus Christum vel suos Apostolos legem particulariter tradidisse, sed sine dissensione vel scandalo, nunc unum indumentum, nunc aliud leniter acceptasse, docendo nos ut faciamus similiter in cuius signum Christus legitur*

Wiclefi de Vestib. sacris judicium.

in ultimo die ſuæ viationis variationem triplicem ſui habitus ſive apoſtaſiæ indubiè ordinaſſe, quandocunq; quidem habuit veſtē communem, qua probabiliter creditur tunica inconſutilis, ſuper qua milites ſunt ſortiti, habuit, ſed ſecundò veſtem albam, in qua Herodes induit ipſum tanquam ſtultum, habuit tertiò veſtem purpuream, per quam ſua cruenta alia cælarētur. Ad quid autem ordinaſſet omniſciens ſic fieri, ſi non ad futuras privatas obſervantias in veſtibus refutandas? Hæc ille.

Veſtitus Miſſaticus, eſt ab Imperatoribus.

ET hoc nos Magiſtris concedimus, quod illorum ſuorum ornatuum, non niſi in Imperatoribus & Pontificibus Romanis habent fundamentum, quia ab illis longè poſt Apoſtolos, ut in prima parte huius tractatum eſt, inſtitutum exiſtit, ut ſacerdotes ſpeciali veſte ad ſacrificandum deputata, & ab Epiſcopis vel Epiſcopo conſecrata, circa miniſterium cœnæ Dominicæ uterentur. Quamvis pars in hoc nobis adverſa certitudinaliter oſtèdere neſcit, quis Pontificum primus excogitaſſet illas, cum quidam uni, & alij quidā hæc aſſcribant. Veriſimile tamen videtur, ut quidam dicunt, *quod Sylveſter Papa recipiens à Conſtantino Imperatore* ornamēta imperialia, poſt hoc ſtatuit, ut Sacerdotes circa miſſationem ſimilibus utantur.

HINC Doctor Euangelicus ſæpe in ſuis ſcriptis *illas veſtes vocat cæſareas. Et poſtea ut Euſebius Cæſar.* ſcribit, quod hoc fuiſſet candidiſſimum collobium ſancti Iacobi Apoſtoli. ſed nos ignoramus, ſi Iacobus cōfitebitur eis hoc, qualitercunq; autem ſit de hoc, nos relinquentes eis hanc cōtentionem inutilem, in hoc reſidemus, quod illos ornatus aut tales non habuit Chriſtus, nec ſui Apoſtoli, nec de habēdo ipſos nobis aliquid in ſcripto reliquerunt.

EX quo quilibet perſpicuè intelligere poteſt quod non ex lege, ſed à Papis ornatus Magiſtrorum, pro quibus tam avidè & acriter inſtant, initium receperant,

EX iam dictis patet, quid ſit dicendum ad Doctores, quos pro illis ornamentis adducit Rokenz. tempore quorum iam erat inſtitutio de eiſdem, quod illi qui de ipſis faciunt mentionẽ, quandoq; ipſa myſticantes, intelligunt ipſa non de neceſſitate Miſſæ, neceſſario requiſita fore, ſed de benè eſſe, ſicut teſtatur Albertus Magnus lib. de officio Miſſæ circa finem libri, quem Rokenz. pro ſe adducit, qui ſic ſcribit: *De veſtibus dicendum videtur, quod veſtes ſunt de benè eſſe, ut oſtẽderent mundiciam & virtutes, quæ in tanti Sacramenti miniſterio deberent eſſe. Et ad hoc etiam fuerunt in veteri Teſtamento, & quò ad hoc benedictio veſtium non eſt ſuperflua, ſi tamen ſacerdos ſine eis celebret Sacramentum pro certo ipſe conficit, ſed contra Eccleſiaſticam inſtitutionem graviter peccat & Sacramenti reverentiam.* Hæc ille.

ISTA authoritas Rokenz. reſpondet omnibus alijs quas adducit, qualiter ſunt intelligendæ, quia videlicet ornamenta illa circa Miſſam ſunt de benè eſſe & Sacerdos ſine illis celebrans, conficit Sacramentum, licet peccet contra Eccleſiaſticam inſtitutionem. Non autem dicit ipſum peccare contra inſtitutionem Dei. Et illo modo poteſt intelligi & dictum *Lyræ libro ſuarum miſſationum*, quod etiam pro ſe allegat Rokenzana, qui ſic ſcribit; *Sacrificium autem Eccleſiæ quod eſt Euchariſtia non eſt licitum offerre, niſi in debitis veſtimentis propter reverentiam Sacramenti.* Vult enim quod non eſt licitum ſic facere, intelligendo ſecundum Eccleſiaſticam inſtitutionem. Non autem

autem debet intelligi, quod non liceat secundum legem Dei aliter facere, aliâs non esset verum dictum Iacobelli & Alberti Magni per eum superius allegati, Rationalis VVilhelmi & Doctoris Euangelici, qui ut suprà patuit, exprimunt, quod licitè & sanè in primitiva Ecclesia sacrificium in vestibus communibus sive vestibus exterioribus, jam ad hoc consuetis, peragebatur. Si autem Rokenzana intelligere vellet dictum Lucæ, quod non sit licitum secundum legem Dei sacrificium Eucharistiæ offerre, nisi in talibus vestimentis, concordet hoc proprium dictum cum alio suo dicto Alberti Magni, & nos manebimus in pace. Et quod usus vestium talium cum alijs quæ non de substantia Missæ & substantia aliorum Sacramentorum ad Missam vel aliud Sacramentum requiruntur, non ex authoritate scripturæ, sed Ecclesiæ institutione observentur, testes sunt huius replicantes contra nostros quatuor articulos, ex parte concilij *Basilienſis, qui in ſuis replicis expreſſè ſcribunt, quod ritus & modus Sacramentum conficiendi Euchariſtiæ cum talibus orationibus, ſecretis myſticis, ſignis & veſtibus ſacris, in vaſis conſecratis, in Eccleſia, in Altari cum luminaribus, in ſigno crucis benedictionis, fieri Sacramentorum conſecrationes, ſal & aquam benedicere, & ea in ſimul miſcere, exequias mortuorum facere, & alij ritus Eccleſiaſtici Sacramentorum, non ex authoritate ſcripturæ ſacræ, ſed ex authoritate & inſtitutione Eccleſiæ prodierunt.* Hæc ille.

CONFESSIONIS AVRICULARIS per Innocentium tertium introductæ invalidum argumentum.

CAPVT LIII.

ADHVC quia M. Ioan Rokenz. incidentaliter magnificat confessionem auricularem modernam, adducens pro ea plures authoritates Sacramentorum, & fundans eam in illo *Levitici. 13. & 14. capitulis*, *Vbi Dominus iubet leprosos ut se ostendant Sacerdotibus, aut in illo Luc. 17. ubi Salvator decem viris leprosis dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Aut in illo Iacobi. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra, ideò restat pertractandum*, si illa huiusmodi confessionis auricularis eius sint stabilia fundamenta. Et breviter dicimus, quod ex illis prædictis scripturis per eum pro confessione auriculari prædicta allegatis, non sequitur necessariò & directè, quod tempore legis gratiæ quilibet qui discretionem attigerit, & proprium Sacerdotem paratum habuerit, taliter confiteatur omnia peccata sua proprio Sacerdoti sub pœna damnationis æternæ, cum multi tempore utriusque legis sine confessione tali in patria sunt salvati, & per consequens non est necessariò facienda à quolibet viatore semel vel ter in anno si salvabitur, cum Baptista & multi alij salventur, qui nunquàm confessione huiusmodi erant usi, nec subiacet potestati humanæ huiusmodi Sacramentum: Deus enim liberavit suam Ecclesiam, quod ex sua gratia & contritione cordis fidelium sine pœnitentia ista sint salvati, videlicet de Petro, Paulo, Magdalena, cum multis cæteris. Nam isti tres sunt salvati ex fide scripturæ, tamen quod ista sacramentali confessione mũdati fuerant, nõ docetur. Hinc est, quod Doctor Euangelicus, quem Rokenzana inter alios Doctores pro sua auriculari confessione allegat, quamvis non reprobet confessionis auricularis

Argumenta pro confess. Auriculari.

ticularis meritoriæ factum, videlicet ex suis scriptis pluribus: tamen quid sentiat de illa ipsemet melius & fidelius se exponit quàm Rokenzana, ipsum potest exponere ipse. *Namque in tractatu, quẽ fecit de duobus Sacramentis Eucharistia scilicet & Pœnitentia*, solvens & respondens ad illud Euangelij de leprosis dictum: *Ite, ostendite vos Sacerdotibus, ex quo sic arguunt*: Cùm Christus omnia dicta illa dixerat in figura, videtur, quod ex hoc dicto figuravit quod leprosi sunt spiritualiter à Sacerdotibus confitendi, ita scribit: *Concedenda ergò est historia Ecclesiastica supra dicta, & dicitur, quod ex illa non infertur fideliter, quod homines debeant in tempore gratiæ taliter confiteri. Si hoc videtur probabiliter concludi, quod sicut in lege veteri leprosi debuerunt se sacerdotibus taliter confiteri. Si hoc videtur probabiliter concludi, quod sicut in lege veteri leprosi debuerunt se Sacerdotibus ostendere, videlicet Levit 14. Sic Christus author utriusque legis approbat pro suo tempore veterem istam legem, & per authorisationem sanationis quod ista ostenso Sacerdotibus, cessare debuit pro tempore legis gratiæ & novæ, Istud significat reditus Samaritani, qui ultra novem Iudeos sanatos, taliter est regressus ad medicum.* infrà concludẽs subdit: *Sicut enim non infertur ex hoc Euangelio quod confitendus ferat in manu sua denarium Presbytero offerendum: Ita non sequitur ex ista historia, quod fidelis debeat secundum istam traditionem ficonteri.* Hæc ille.

DEINDE in tractatu eodem *Cap. 3.* dat intellectum illius alterius dicti *Iacobi in Canonica Cap. 5.* distinct. Confitemini alterutrum peccata vestra, super quo Rokenz. nititur dictam suam fundare confessionem, ubi sic scribit, *videtur multis, quod generalis confessio & publica* quàm confessio hæc fucata, utraque tamen est bona, licet in lege veteri & lege gratiæ prima

* Locus mutilus.

prima sit magis fundabilis, quàm secunda. Nec solùm Presbyteris est illa confessio facienda, sed discretis tam viris, quam fœminis, & commodè Deo nostro. Et de illa generali confessione & publica videtur loqui Iacobus, quando dicit: Confitemini alterutrum, & aliter, usus Ecclesiæ, quod Sacerdos confitetur peccata sua, tam viris, quàm fœminis, ipsiis existentibus, quandoq; solis in missarum suarum initijs foret culpabiliter introductus. Hæc ille.

PRO eodem est *Beda super Epistolam Iacobi* Capite ultimo dicit: *Quod peccata quæ ex ignorantia vel infirmitate humana committuntur, dicit & præcipit Apostolus alterutrum confiteri, quia facilè dimittuntur,* & ponitur 25. distinct. Criminis, & dicit gloss. ibidē. *Etiam Laico possumus ea confiteri, quamvis habeatur copia Sacerdotum.* Hæc ibi.

EX quibus verbis quilibet potest lucidè cognoscere quod fundamentum Rokenzanæ non benè substernitur confessioni auriculari prædictæ quam dicit ex fide tenendam sub damnationis pœna, quod ipse in scriptis suis limitavit. Et quod Doctor Euangelicus melius seipsum exponit in prædicta materia, quid sentiat, quam Rokenz. Ipsumq; præter eius intentionem, quod ibi minimè intendit pro se trahendo. Qui ibidem & ad alias respondet authoritates Doctorum, quas pro sua confessione auriculari adducit Rokenz. quæ sonant ad hoc, quod homo debeat Presbytero confiteri, & omnes tales *sub uno per Dominum soluit, quando scribit, sicut ergò in quatuor religionibus privatis sæpè dictis licet quædam facere, quæ regulæ istarum religionum faciunt, stante semper Domini libertate, & non licet istis traditionibus ut legi Domini taliter obligari: Sic sentiendum est de hac traditione Papæ, qui est Patronus primæ sectæ. Observet ergò fidelis Christianus*

nus hanc libertatem taliter confitendi, quod confiteatur taliter ſacerdoti, ſi & quatenus profit ei & Eccleæ, & iſtam libertatem habet conceſſam à Domino, quã Papa non poteſt deſtruere neq; dare. Et per hoc inquit, patet ad dicta Auguſtini & ſanctorum ſimilium ſolutio, quod homo debet Preſbytero confiteri, quando Deus monet peccantem humiliter confiteri. Hæc ille.

Ex cuius verbis patet, quid dicendum ſit ad Doctores, quos laboriosè Rok. pro ſua auriculari comportat confeſſione. Ex illo ulterius poterit expergiſci & digitum ori apponendo cogitare Rokenz. ex qua fide ſcripturæ cogit & obligat homines ſibi ſubiectos, ut quilibet ſemel vel ter in anno ad talem ſomniatam & infertilẽ confeſſionem ſub pœna ſit aſtrictus, cùm idẽ Doctor Euãgelicus in tractatu eodem, quo ſupra, inter cætera ſcribit, hortari poteſt Papa vel alius ad taliter pœnitẽdum, ſed quod omnis homo qui diſcretionem attigerit, & proprium Sacerdotem paratum habuerit, confiteatur ſemel in anno omnia peccata ſua proprio Sacerdoti ſub pœna damnationis, non ſubiacet poteſtati Papali, cùm nec poteſt damnare hominem nec ſalvare. Et infrà in fine *eiuſdem 3. Cap.* magis ad propoſitum noſtrũ ſic ſub infert. *Concedo ergò dictum Auguſtini, quod homo debet ideò neceſſitate confiteri peccata ſua ſecundum formam, quam Deus limitavit. Sed abſit ex iſto concludere, quod rationale eſt omnem hominem confiteri ſemel in anno omnia peccata ſua proprio Sacerdoti, ut ſalubre eſt homini audire tempore congruo, verbum Dei, ſicut ſalubre eſt homini quoad corpus, paſci cibaria corporali, ſed inſanum foret homini, ipſum ſtatuere, in quo ſub pœna mortis taliter ſermonem audiat ſive edat. Deus enim dedit homini liberum arbitrium & multis ſpecialẽ inſtin-*

instinctum, quando & qualiter debent taliter operari. Ideò nimia excellentia supra CHRISTVM *foret sic generaliter concedere talem legem.* Hæc ille, sententiam contraria praxin Rok. Quæ autem ex confessione tali per homines introducta, mala possent faciliter promoveri, legat, qui vult *Cap. 6. eiusdem tractatus*. Etsi latius cupit materiam istam discutere, & ad medullam veræ pœnitentiæ & istius confessionis per homines introductæ, & per modernos nimium magnificatæ devenire, legat cum diligentia & penset tractatus Doctoris Euangelici *de blasphemia Cap. 8. 9. 10. atque 11.* quæ causâ brevitatis hîc inseri obmittuntur. Ex quibus Rok. judicare posset & illud dictum suum si continet veritatem, aut in quo ipsum fundare poterit, quo magnificando dictam auricularem confessionẽ modernam scribit: Nisi enim hæc confessio haberet efficaciam, videtur quod Christus in nova lege superfluè dedisset Apostolis & Sacerdotibus clavium potestatem, cùm Apostoli receperunr à Christo potestatem clavium, & secundum illam officium suum exercuerunt sine tali confessione humanitus introducta. Imò Doctor Euangelicus scribit quod Apostoli usi sunt Euangelica, non auriculari confessione, *& quod multis videtur, cùm Ecclesia melius militavit per mille annos & amplius sine illa confessione auriculari, quod adhuc melius sine illa militaret.* Et si hoc est verum, quomodo stabit dictum Rokenz., unde claves, quas acceperunt Apostoli à Domino secundum Magistrum sententiarum & alios Doctores sunt discernendi scientia, & iudicandi potentia, qua dignos recipere, indignos debet excludere à regno Euangelicus iudex. Ipsi enim habuerunt clavẽ scientiæ alios illuminandi,

De clavibus regni Cœlorum,

minandi, cùm sint dicti lux mundi, ut possint mũdum ab immundo secernere, & culpam maiorem in homine vel minorem cognoscere, contra quod mandatum Domini militaret, sic quod educentes populum de tenebris, statuerũt eum in lumine veritatis manifestæ, ut stent sub obedientia Christi mandatorum, & extrinsecus in sancta conversatione habentes talem in se intellectum, ex fide ut verè per opera iudicare possent, quis transgeditur mandata Dei, & quis ea tenet, quis consentit fidei, & quis repugnet, & quis in fide defectum patitur, & quis in ea perfectus sit, propter quod nõ suspicantes occultè de alicuius bonitate vel malitia, sed manifestè cognoscebant, quis trãsgressor sit legis, & ideò ex præcepto Domini quærebant in eo *emendam* mediante doctrina vel fraterna correptione, & si consentit ad *emendam* & propositum pœnitendi ostendit, secundum clavem alterã solùm pronunciabant. Quod si quis protervus fuerit inventus, nolens emendare, iam ligatum denunciabant, negantes sibi gratias divinas, & conversationẽ inter fideles non admittebãt. Et quod sic clavibus à Christo eis datis, in Ecclesia primitiva utebantur, patet ex verbis Christi, *Matth 18. dicentis: Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus es fratrem tuum Si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, quod si nec sic illos audierit, dic Ecclesiæ. quod si nec Ecclesiã audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Ecce plana sententia de exercitio claviũ in primitiva Ecclesia. Iterũ tradere Satanæ cum communitate talẽ in interitum carnis & Satanæ, ut tẽtetur & vexetur, est uti clavibus à Christo datis Apostolis & eorum successoribus, vel non tolerare illos in

com-

communitate,qui essent otiosi, & vellent alienis vivere,victum sibi acquirere negligentes,ideò Apostolus ligat quemlibet talem, & authoritatem ligandi in eum in communitate reliquit. *Si quis frater nominaretur inter eos,& esset avarus, &c.ut nec cibum cum illo capiant*, & sic in multis alijs locis scripturæ similibus,patet ista sententia. Ex qua sententia prædictarum scripturam evidenter ostenditur, qualis fuit usus clavium à Christo suis Apostolis datarum in Ecclesia primitiva, sine illa confessione auriculari humanitus post introducta. Qua autem authoritate dicta confessio introducta fuerit,patet in prima parte huius circa Sacramentum Pœnitentiæ. Ille usus prædictus clavium hodie à Sacerdotibus est obmissus, cùm heu moderni Sacerdotes discedentes unà cum populo à veritate primitivorum Christianorum,usurpantes sibi potestatem clavium per aliũ spiritum quàm Christi,ligant & soluunt,contrariè Christo & suæ legi,æstimantes, quod solùm circa confessionem auricularem illis clavibus uti debeant,& credentes,quàm citò quis in prospectu populi fit Sacerdos,quod habeat ius ad omnia, quæ Petro Apostolo sunt commissa, propter fidem eius illuminatam & charitatem quamvis illis careat propter quæ Petrus claves à Christo recepit, & credit se habere claves,& securè de grege Domini se intromittit,& tales nimis multi sunt hodie prætensi Sacerdotes, qui nullam veram habentes intelligentiam de clavibus nec de vera potestate Sacerdotum,excepta simplici confessione quàm sine iudicio veritatis exercent nihil ligantes, sed omnia per ordinem solventes,specialiter in his, qui sunt eis consẽtanei,licet non habeant propositum

Acceptio personarum in usu clavium.

cessandi

cessandi à malo, eos autem omnes ligantes qui eis sunt contrarij, etiam si Baptistæ haberent sanctitatem, sic quod apparet eis, quod per potestatem clavium, quam fingunt se habere, possent damnare innocentem & impium iustificare. In hoc est magna perversio in usu clavium hodie currens. Et potest ex isto catholicè ostendi, quod homines non sunt cogendi ad confitendum semel in anno omnia peccata sua propria Sacerdoti sub pœna damnationis æternæ. Quia omne opus meritorium in quantum huiusmodi debet esse voluntarium, omnis confessio hominis peccatoris secundum formam quam Deus limitat Sacerdoti facta, debet esse opus meritorium. Ergò omnis talis confessio esse debet opus voluntarium, Ergò Sacerdotes coactè exigentes hanc confessionem, extinguunt meritum confitentis, & per consequens præsumptuositate seipsos inficiunt, & rempublicam damnificant & perturbant, & hinc debet homo addiscere, ut confiteatur taliter Sacerdoti, si & quatenus prosit ei & Ecclesiæ, & istam libertatem habet concessam à Domino, quam Sacerdos cogens eum ad taliter confitendum, non potest destruere neque dare. *Hinc sanctus Apostolus 2. Cor. 9. rogat collectam sibi dari pro fidelibus quasi benedictionem non coactè, sed voluntariè quando dicit: Vnusquisque enim prout destinavit in corde suo, non ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.* Patet ergò, quod Pastorum Ecclesiæ est cavere præcipuè de exactione pecuniæ subditorum, & sic confessionis, attendens illud *1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem Domini providentes non coactè, sed spontanè.*

RESPON-

RESPONSIO SVB VNO, per Dominum, ad cauſas ferè omnium culparum Sacerdotibus Taborienſium obiectarum.

CAPVT. LIIII.

EXPEDITIS duabus partib. ſecundæ partis præſentis, in quibus Dei adiuti præſidio ſatisfecimus culpis nobis per M. Ioan. Rokenz, nomine ſuo cæterorumque Magiſtrorũ & Sacerdotũ Pragenſium obiectis, & ſcriptis ipſius, quibus noſtra poſitionem Catholicam, explanationemque cauſæ noſtræ multipliciter impugnevit, jam reſtat nobis reſpondere ad hoc, ubi idem Magiſter omnia ſua & aliorũ ſibi adhærentium, quæ contra nos promovet, debens pro ſe probare, quod omnia illa benè & fundamentaliter faciat, ſuum laborẽ, qui ſibi congruit, in nos conatur retorquere, quando poſt quamlibet, quaſi culpã nobis obiectam, ſubiungit quod ad hoc legem Dei & ſcripturas ſanctorum Doctorum non habent, quod hæc ſint mala. Ad hoc ergò reſpondentes, dicimus, quod ipſius eſt probare, ſi benè & iuſtè facit omnia, quæ contra nos promovet in materia Sacramentorum, rituum, invocationis Sanctorum, Purgatorij, Miſſæ, & aliorum, & hoc faciant ex fide ſcripturæ & teſtimonio Sanctorum ſe in eadem veraciter fundantium, non ex fabulis, nec ex ſomnijs, ex quibus conatur nos ad multa inducere, ut ea pro articulo fidei teneamus & promoveamus, quæ non in fide, ſed in humana & infundabili phantaſia cõſiſtunt, ut verificetur in eo illud

illud Psal. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua.* Nobis sufficit, quatenus causam nostrã contra eum & sibi adhærentes iustificemus. Qua ex gratia & auxilio Dei justificati, apparere poterit, cuilibet causam nostram diligenter & fideliter advertenti quantum est, & quid valét sua, pro quibus inutiliter vires suas exhaurit. Et quid ultimò valebunt suæ ampulosæ, detractoriæ & confusivæ fratrum sine causa rationabili prædicationes, quãdo velut *alter Achitophel, cuius consilium erat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum,* magnis afficietur tædijs, cùm suos sudores & labores videbit vanos, & sua non stabilia consilia, quæ tanta verbositate & prolixitate fabricavit.

INIVRIARVM NOBIS per Magistrum Rok, iniustè asscriptarum notificatio.

CAPVT LV.

IAM ultimò restat pro abluendis criminibus, quæ nobis objiciuntur, respondere iniurijs, quas nobis facit Rokenz. in nos graves calummias fulminando, blasphemiasq; nobis imponendo, ac nominibus pravis nos fordidando, truncationem, falsificationemque authoritatum sanctorum minus iustè asscribendo, Fortè ideò hoc agens, ut aliorum criminatione ipse iustus esse possit, atq; aliorum maculis purus remanere, quæ postquam fronti ipsiusmet incutientut merito, illum poterunt confundere ad rubotem. Qualem autem iniuriam & quàm iniuriosam calumniam Rok. nobis inferat, potius eligimus patienter ferendum quã puniendum. Ne tamen iustus sibi ap-

pareat eius respondebimus obiectis, scientes quia opus nostrum pro nobis interpellabit, quia nihil truncamus, nihil ponendum deposuimus de sacris scripturis. Nihil corrupimus scienter & intentione, testis Deus est, qui videt in cœlo & in terra. Quotiens autem Rok. ad hoc probandum ubi & quando hoc fecerimus sit monitus & petitus, ut dicat, certum est, quod nec usque hodie, nec usque in diem iudicij poterit probare, licet asseruisset hoc nos fecisse, non tamen veraciter probabit, ut hîc immediatè inferius patebit. Vbi ergò primò nobis ascribit, quod truncassemus Thomam de Aquino, ad hoc respondemus, sicut & tunc coram auditorio in collegio Caroli respondimus, quod nunquam probavit, nec probare poterit unquã, quod truncassemus Thomam Aquin. quando nos diximus allegando *Thomam 3. parte summæ, q. 72. articulo 1.* quod loquens de institutitione Sacramenti confirmationis scilicet quantum ad Chrismationem & cæteros ritus humanitus circa hoc introductos, dicit, *quod aliqui dixerunt hoc Sacramentum non esse institutum à Christo nec ab Apostolis*, sed post in processu temporis in quodam cõcilio, in hoc quilibet potest videre, quod nos non truncamus eum, sed diximus quod ipse hoc dicit de quibusdam, qui sic dixerunt, & hoc est verum: Vbi autem ipse Thomas suam opinionem & sententiam circa hoc determinat, illa sunt verba sua & sensus suus, quem Rok. referat, illum nos non videntes fundabilem veraciter in scriptura, non recipimus. In hoc ergò non potest nos iuste arguere de truncatione ipsius ex eo, quod non assumimus eius sententiam infundabilem in scriptura, & assumimus hoc, quod de alijs

Diluitur crimen de corruptis testimonijs.

Thom. aquin

de alijs dicit, qui in illo suo dicto se fundant in scriptura, sicut nec Rokenz. deberet dici truncator M. Ioannis de Ragusio impugnatoris sui articuli, de communione utriusque speciei, quando diceret, M. Ioannis de Ragusio, dicit M, Ioan. de Rok. tenere communionem Sacramenti Eucharistiæ sub specie utraque panis scilicet & vini, quantum ad plebes & alios universaliter fideles, cadere sub præcepto, quamvis ipsemet Ragusio oppositũ teneat & determinet Rok. Vnde de Doctore isto Thoma scitur, quod in 47. punctis invenitur sibimet contrarius, & reperitur fuisse talis conditionis, quod quasi omnem consuetudinem Ecclesiæ, quam invenit, si bona vel mala vel approbare, vel adminus excusare innitebatur, videlicet de adoratione imaginum, cultu latriæ, ut dicit adorandarũ, de indulgentijs, in quibus dicit Deum sequi sententiam Sacerdotum, sententiam etiam de Sacramento Eucharistiæ tenet infundabilem, contra quam se obtulerunt aliqui Pragæ contra omnes alios, qui illam eius opinionem velint defendere, quam nec Magister Iacobellus bonæ memoriæ tenuit, & æstimamus ut nec Rokenzana, cum multis sibi adhærentibus, illam tenet, imò & simonias Papæ, ut plurimum videtur excusare, ideò non sumus obligati, omnes eius tenere sententias, nisi de quanto se fundaverit in scriptura, & per consequẽs non benè Magister Ioannes Rokenzana dicit, quod in illo quod dictũ est, ipsum truncassemus. Eodem modo potest quilibet considerare, quod nec in illo alio loco ipsum truncamus, quando volentes ostendere, quod non est de necessitate Sacramenti extremæ unctionis, quod oleum prius ab Episcopo consecretur,

Thomas in 47 punctis sibi ipsi cõtradicit.

vel Chrisma ad confirmationē, diximus hoc Thomam 3. parte q. 72. articulo 3. quamvis postea respondendo ad argumentū ad intentionem Ecclesiæ modernæ Romanæ declinet, sic arguere. Baptismus in quo fit plena remissio peccatorum, nō est minoris efficaciæ, quàm hæc duo prædicta Sacramenta, sed non est de necessitate Sacramenti baptismi ut aqua benedicatur, ut patet in casu necessitatis. Ergò nec est de necessitate istorum Sacramentorum, scilicet confirmationis & extremæ unctionis, ut oleum & Chrisma sint per Episcopum benedicta. In hoc enim quod diximus, quia Thomas sic arguit, non truncamus eū, cùm sic arguit In hoc autem, ꝙ ipse postmodū solvit, & ad mentionē modernæ Ecclesiæ determinat, ille est sensus suus, illum nos non obligamur assumere, nisi illum veraciter fundet in scriptura, sicut argumentum suum quod accepimus nos, expressum habet fundamentum cùm experti suorū scriptorum & nutriti in Theologia sciunt, quod sæpè argumenta sua vel motiva, quæ facit, fundabiliora sunt quàm eius solutiones, quas ad sensum curiæ modernæ Romanæ applicat. In hoc ergò nōn potest nos Roken. iustè arguere, de truncatione ipsius in hoc, quod nō assumimus eius infundabiles solutiones, & assumimus eū in hoc, quod verè arguit, in tali argutia se veraciter fundans in scriptura. Sic nec iniuriam facimus Dionysio dicētes, quod loquens de Sacramentis in de *Ecclesiastica hierarchia*, nullam facit mentionem de extrema unctione, & Thomas hoc testatur, quod ita est, ut patet cuilibet intuenti. Quamvis Thomas assignat rationes, ibi quare Dionysius non facit de hoc Sacramēto mentionē, hoc nō est contra nos.

Thomas Aqu. sæpe melius opponit, quā solvit.

Quod

Quod autem iterum nobis Rokenz. aſcribit, quod truncaſſemus Hugonem, ad hoc ſic reſpondemus, ſicut reſpondimus ad Thomam. Cum enim diximus, quod Hugo de Sacramentis lib. 2. parte 16. ſcribit referẽs de quibusdã & dicens: Quidam putant animas corporalibus pœnis cruciari nõ poſſe, niſi per corpora & in corporibus manentes, &c. Nos in hoc non truncavimus eum, ſed diximus, quod ipſe ſic dicat de quibusdã, quod iſtud dixerunt & hoc eſt verum, quamvis ipſe Hugo ſuam alienam ſententiam determinet. Tertiò. M. Rokenz. dicit de nobis, quod truncaſſemus M. Ioannem Huſſ ſanctæ memoriæ in ſententia, quã exprimit in ſermone, Dixit Martha ad Ieſum, hoc nos negamus, quia quãdo nos diximus iſto modo, quod quãvis M. Ioannes Huſſ plura ibi de illo loco purgatorij ſcribat, tangatq; modos, quibus melius vivi, dato quod non ſint aliqui in tali purgatorio poſſint mortuis ſuffragari, ſequẽs in hoc Thomam & alios, de hoc ſine ſcripturæ expreſſæ authoritate loquentes, quid tamen ſolus finaliter de eo ſentiat, concluſivè manifeſtat, quando dicit in eodem ſermone, *in tota ſcriptura ſacra non docuit Dominus expreſſè, orare pro mortuis præter librum Machabæorum, qui non eſt de veteris teſtamenti apud Iudæos canone*, demique ſubdit: Neq; Prophetæ, *neq; Chriſtus cũ ſuis Apoſtolis, neq; ſancti eorũ ſequaces propinqui orare pro mortuis docuerunt explicitè, ſed docuerunt valde ſolicitè populũ ut vivens ſine crimine foret ſanctus.* Hæc ille. Non truncavimus eum, ſed de eo dicẽtes, cùm non negamus, ſed manifeſtè expreſſimus, quod alios ſequens & eorum ſententias enarrans, multa alia ibi ſcribit, ſed illa ſic ſcribens, per iſtam concluſionem ſuam manifeſtat, quod non ut arti-

Teſtimonia ex Ioh. Hus recitè adducta eſſe.

culum fidei tenebat, & promovebat modernum magiſtrorum purgatorium. Quartò nobis aſſcribit, quod truncaſſemus dictũ B. Hieronymi poſitum in decreto diſt. *13. q. 2. ubi ſic ſcribit: In præſenti ſæculo ſcimus ſive orationibus, ſive conſilijs invicem poſſe nos adiuvare, cùm autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Nohe rogare poſſe pro quoquã, ſed unumquemque portare onus ſuum.* Sic enim verba Hieronymi allegantes non truncavimus eum, cùm allegamus eũ ſic integraliter, ſicut poſitus eſt in decreto ſine omni diminutione, & cum hoc referimus nos ad locũ ubi ſcribitur. Sed quod Rok. addidit, capiens verba ſequẽtia in decreto, quæ poſita ſunt, poſt verba prædicta Hieronymi, quæ nos nõ adduximus, illa nõ ſunt verba Hieron. ſed Gratiani, ſenſum illis verbis Hieron. applicãtis, & hoc poteſt quilibet, qui vult recipiendo decretum videre, quia ita eſt, quod dicimus. Non ergò reprehendat nos de truncatione verborũ Hieronymi, ſed ſeipſum de eisdẽ verbis Hieron. additione reprehendat. Quintò nobis aſſcribit, quod *doctoris Euangelici* verba truncaſſemus, quando recipientes iſta eius verba, quæ loquitur de ſacramento extremæ unctionis *dicẽs: Sed iſta videtur nimis levis in verbis prædictis Apoſtoli Iacobi, fundatio ſacramenti, quia ſi iſta corporalis unctio foret ſacramentum, ut modò fingitur Chriſti & cæteri apoſtoli eius promulgationẽ & executionem debitã non tacerent, uſque ad illud* ipſum allegantes non addidimus iſta eius verba, quæ immediatè poſt verba per nos allegata ſubſequuntur, ubi dicit: *Concedo tamen tibi, quod iſta corporalis unctio eſt aliquibus cæteris paribus ſacramentum*, per hoc non debemus argui truncatores, cùm non addidimus illa verba, cum verba illa ſunt de alio reſpectu, ad quem

Vindiciæ loci Hieronymiani.

Defenditur teſtimonium ex Wiclefo adductum.

quem illa dixit,quam illa prædicta per nos adducta,nec necessum fuit illa nobis adducere,cùm nõ est inter nos & ipsum difficultas,de hoc quod corporalis unctio est aliquibus cæteris paribus sacramentum,cùm nos ex fide teneamus,quod infirmi poscentes,licitè possunt oleo unctionis competẽti,quod valeret ad corporis sanitatem,ad intentionem & finem,ac effectum per Apostolos memoratum,inungi, intentioneque & ritu apostolico unctionem talem factam,ut in prima parte huius tactum est, salubrem fore & utilem profitemur, sed de alia unctione,quam est illa. loquitur Doctor Euangelicus,ubi nos eum adducimus. Vnde prointelligendis dictis doctoris Euangelici & aliorum doctorum in prima parte huius post octo suppositiones quas pro fundamento dicendorum per nos præmisimus,posuimus unum notabile, quod circa sacramenta duo advertimus.

PRIMVM,institutionem Christi , in quantum videlicet à Christo in sua puritate & substantia sunt instituta ac exemplata.

SECVNDVM sensus ipsis extraneos & impertinentes ac ritus circa illa humanitus adinuentos, ut ibi latius descripsimus,adiungentes, quod secundum illum duplicem respectum, Doctores, quem circa dicta sacramenta habuerunt,loquebãtur variè , nunc ad unum habentes respectum, nunc ad alium Et sic intelligendus est Doctor Euangelicus in suis scriptis, quod loquens de Sacramentis,illum duplicem habuit respectum , loquens quandoque secundum unum , quandoq; secundum alium , verbi gratia , cùm *scribit in Postilla super 1.Cor.1.* ut Rok.eum adducit:*Omnia Sacramenta sunt Christi,ipse enim instituit,omnia Sacramẽ-*

Duplici sensu loquuntur D D de Sacramentis.

ta,& ipſe dat gratiam, quàm efficaciter ſignificat quod-lib. t Sacramentum,& ab ipſo ut fundamento habet efficaciam,ſecundum eius benedicta merita. Et quando iterum ſcribit *in trialogo de ultimo Sacramento. quod vocatur extrema unctio,quod fundatur in illo dicto Iacobi 5.Infirmatur quis in vobis,&c,* & quando iterũ ſcribit *ibidẽ in trialogo:Concedo quod iſta corporalis unctio eſt aliquibus caeteris paribus Sacramentum,* & ſic de alijs ſimilibus ſuis ſcriptis. Illa ſic ſcribit habendo reſpectum ad inſtitutionem Chriſti, in quantum videlicet hoc Sacramentum à Chriſto in ſua puritate & ſubſtantia eſt inſtitutum. Vbi autem in trialogo,ubi ſuprà ut nos eum contra Rok.allegamus ſcribit,*quod nimis levis videtur in verbis prædictis Iacobi. 5.fundatio ſacramenti extrema unctionis & confirmationis in illo Act. 8.* & iterum *ſi illa corporalis unctio foret ſacramentum,ut modò fingitur,Chriſtus & caeteri Apoſtoli eius promulgationem & executionem debitam non tacerent.Similiter quando ſcribit in ſuo trialogo, ubi ſuprà in ſacramento baptiſmatis, in ſacramento confirmationis & cunctis alijs Antichriſtus ritus infundabiles adinvenit,& ad onus Eccleſia extra fidem ſcripturæ ſupra fideles ſubditos cumulavit. Sacramenta autem alia neceſſaria prætermiſit,videlicet de ſeptem operibus miſericordia ſpiritualis, quæ debent apud fideles & ſpecialiter preſbyteros eſſe ſacramentum,ſed hoc ſacramentum licet ſit valde neceſſarium,quia tamen caret lucro temporalium, & eſt Præpoſitis tadioſum,ideò eſt infideliter prætermiſſum unde videtur mihi ſingulos,qui inſtituunt tales privatos ordines & dant generaliter regulas,ut talia ſacramenta inviliter à ſubditis ſint accepta,in Deum blaſphemare,ſpecialiter cùm Deus vult ſalvare multos ſine ſuſceptione huius ſacramenti.* Quæ ergò Antichriſtiana præſũptio prælatum aſſerere & infundabiliter affirmare, quod ne-

quod nemo salvabitur sine susceptione huius sacramenti, similiter quando de sacramento confirmationis scribit, *videtur quod ista confirmatio introducta a supra Apostolos blasphemat in Deum, & ista levis & brevis confirmatio cum adiectis ritibus tantum solennibus, est ideò motione diaboli introducta, ut Apostolus in fide Ecclesia illudatur, & Episcoporum solennitas aus necessitas plus credatur, & quantum ad oleum, quo ungunt pueros, & peplum lineum quod complexum est capiti, videtur quod sit ritus levis & infundabilis in scriptura.* Illa omnia & alia similia, quæ taliter scribit, scripsit ea indubiè, respectum habens ad extremã unctionem & confirmationem modò usitatis, & ad sensus eis extraneos impertinentes, & ad ritus circa illa humanitus adinventos, & extra fidem scripturæ supra fideles subditos cumulatos. Non autem sic scripsit respectum habens ad unctionem infirmorum & confirmationem, quæ fit per manuum impositionem, in quantum à Christo & in sui substantia & puritate sunt instituta aut exemplata, in cuius signum Doctor Euangelicus parum inde & notabiliter formam loquendi servat in talibus specialiter quando loquitur, quantum talem respectum secundum communiter addit hanc dictionẽ: Ista vel talia sive tales, & hoc facit ad magnam differentiam habendam inter illa, quæ loquitur respectũ habens ad sacramẽta in quantum in sui substantia & puritate à Christo sunt instituta, & illa, quæ loquitur habens respectum ad sensus eius impertinentes & extraneos ad ritus circa illa infundabiliter extra fidem scripturæ humanitus introductos, & hoc est benè pro intelligendis scriptis eius pro regula advertendum, & per consequens minus iustè Rokenz-

nobis aſcribit, quod in verbis prædictis Doctorem Euangelicum truncaſſemus, ſicut nec in illo eum truncamus, ubi allegantes ipſum *in trialogo lib. 3. cap. 3.* ubi ſcribit: *Certum eſt ex fide ſcriptura, quod oportet mediatorem Dei & hominum Ieſum Chriſtum, ſi aliquid à trinitate concedi debeat per oratione cuius cunque ſancti alterius mediare, &c.*

Non allegamus eius verba, quæ immediatè ante hoc ſcribit, videlicet iſta: Eccleſia noſtra Romana habet hanc conſuetudinem, quod quecunque ſanctum oraverit, ſermonem ad Chriſtum dirigit, non ad illum ſanctum principaliter. &c. Illa non eſt truncatio verborum ipſius, cùm illa verba pro Rok. allegata, non ſunt contraria illis verbis per nos allegatis, ſed habent ſuum ſenſum ſanum, qui per nos ſuperius quando reſpondimus ad doctores, quos Rok. pro invocatione ſanctorum adduxit, eſt expreſſus. Sextò aſſcribit nobis M. Ioan. Rok. quod iniuriam feciſſemus M. Iacobello allegantes ipſum in illo, quod in uno ſuo tractatu ſcribit. *quod Innocentius, qui viguit anno domini 1404. ſtatuit tunc oleo ad uſus infirmorum conſecrato ab Epiſcopo, uti, non ſolùm preſbyteris, ſed etiam omnibus Chriſtianis. Et quod in eodem tractatu ſcribit, quod olim ſancti miſſando conficiebant communiter ſine veſtibus exterioribus jam ad hoc conſuetis, & conſuetudine & inventione hominum deputatis, & ſine ritu longo, modò à ſacerdotibus uſitato, & in hoc non peccaverunt*, in illis nos ſibi iniuriam non facimus, cùm ſic ſcribat: Vbi autem Rok. in excuſationem Iacobelli plura ſcribit dicens: Ipſum manu propria conſignaſſe, & in uno publico ſermone in Bethlehē coram multitudine populi promulgaſſe, & intentionem ſuam in materia belli, traditionum humanarum celebra-

Iacobelli Teſtimonium, recte citatum eſſe, oſtenditur.

celebratione ſine ornamentis & alijs pluribus punctis declaraſſe, ſi benè excuſavit ſe, benè ſibi erit, ſed quales illæ eius ſunt excuſationes, patet expertis, qui à multis annis eius audiebant prædicationes, dum prædicabat in Eccleſia S. Michaëlis, & poſtea in Bethlehem, quando primùm poſt M. Ioannem bonæ memoriæ, cathedram in Bethlehē recepit, quomodo tunc in illis punctis ſe habuit, & quomodo poſtea in aliam qualitatem verſus ſuam vitam finivit, nobis non eſt iudicare, eſt qui iudicat Deus.

Iacobellus in conſtans fuit in Religione.

Ex iſtis iam dictis poteſt quilibet ſanæ mentis intelligere, quod nihil truncamus nec falſificamus. nec aliquid ponendum depoſuimus de ſanctis ſcripturis, nec aliquid corrupimus ſcienter & ex intentione, excepto iſto, quod hoc, *quod extra de ijs*, qui ſunt filij legitimi *Ca. per venerabilem*, in novella per *Ioannem Andreæ ſcribitur: Invocare eſt ipſum deſiderium ex tota mente & anima ad ſolum Deum in oratione per vocem emittere*, aſſcripſimus Ianuenſi, *quod in ſuo Catholico hoc dixiſſet*, Et ad hoc dicendum ſic pervenimus, quod non potentes originale aggredi, pro tunc in alio libro ſic ſcriptum reperimus, hoc non in magnum malum deberet interpretari, cùm ſic, ut dictum eſt, præter intentionem noſtram contigit, quod ſi Rok. hoc multum vult præhendere, & nos ex hoc falſificatores Doctorum appellare, quod præter noſtram intentionem accidit, multò magis ipſemet deberet truncator & falſificator ſcripturarum appellari, ipſe enim non præter intentionem, ſed electivè ex intentione, ut ſuprà oſtenſum eſt addidit *verbis Hieron. poſitis in decreto 23. q. 2.* dicens, fore verba ſua, quæ verba fuerunt

Gratia-

Gratiani,ipſe etiam falſificavit gloſ. ut in prima parte ſecundæ partis principalis tactum eſt , ſuper 2. Pet, 2. ſuper iſto textu: *Novit Dominus pios de tentationibus eripere , iniquos verò in diem iudicij cruciandos*,adducens eam propoſitis in purgatorio,quæ tamen loquuntur de damnandis igne perpetuo. Ipſe etiam adducens Wilhelmum in rationali divinorum myſteriorum parte 3. ſui voluminis,ubi ſic dicit: *Quidam autem hæretici garriunt , nusquam reperiri in novo Teſtamento , quod Chriſtus vel eius diſcipuli præmiſſis veſtibus induerentur reprehendentes nos eemerè , quod talibus ornamur , quoniam ſicut ait Ioannes. de cœna Dominus ſurgens poſuit veſtimenta ſua, & poſtea alia nunquam accepit, niſi ſua , nos verò ut dicunt, plura alia, quoniam veſtimus & reveſtimus in Miſſa, in qua cœnam ipſam imitamur*, illa Rokenz. adducẽs de rationali nõ curavit adducere, vel quia contra ipſũ eſt,obmiſit, quod idem *VVilhelmus* prima parte ſui voluminis *cap. 3.* ſcribit dicens: *Sanè in primitiva Eccleſia ſacrificium fiebat in vaſis ligneis & veſtibus communibus. Tunc enim erant lignei calices & aurei ſacerdotes, nunc verò è contrà eſt.* Hæc ille.

CVIplus in iſto ſecundo dicto eſt credendũ, cùm ſe conformat *Magiſtro Iacobello* & alijs ſuperius allegatis,qui dicunt in Eccleſia primitiva olim cõmuniter in veſtibus communib. ſacrificaſſe,& æſtimamus , quod *M. Ioan. Rok.* ob reverentiam. M. ſui *Iacobelli* non audebit ex hoc eũ hæreticum appellare , quod argumento *magni Alberti* probatum,quod ſine veſtibus exterioribus iam ad ſacrificandum communiter uſitatis poteſt ſacerdos benè conficere,ſic arguebat: *Quia cùm Chriſti actio noſtra ſit inſtructio, in nullo autem legitur Euangeliſtarũ, quod vel Chriſtus veſtes ſacerdotales in conſecratione*

ne Sacramenti induerit, vel etiam quod Apostolos induere fecit. Ergò Christus & Apostoli sine talibus sacramentum confecerunt, & per consequens adhuc sacerdotes absque talibus possunt etiam conficere. Hæc ille. Ecce *M. Iacobellus* expressè innuit, quod in nullo Euangelistarum legitur, quod Christus vel Apostoli vestes sacerdotales in consecratione sacramenti induissent, & tamen non æstimamus, quod ex hoc deberet argui fore hæriticus, secundùm verba Wilhelmi per M. Rok. allegati, & per consequens volens in nos Rok. & non valens horrẽdam infamiam inducere, solus foveam, quam nostris tetendit, pedibus incidit, & de illo de quo nos arguere conabatur, magis cum clamoribus coram toto auditorio promittens se in nos truncationem & falsificationem scripturarum deducere, seipsum minimè arguit, oblitus illius dicti Apostoli Roman. 2. Ipsum ad ruborem confundentis. *Qui ergò alium doces teipsum non doces, qui prædicas non furandũ, furaris, qui doces non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idolum, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Ex istis iam responsionibus nostris patet, cuilibet verè & fideliter advertenti, quod adhuc Deo duce, fundamentum nostræ causæ, & cum toto desuper ædificio statum immotum, ut Tetragonus sine vituperio, & incorruptum, & quod in vanum & sine causa in ea nos deturpant, non valentes verè in nos deducere, quod aliquid in punctis, in quibus à Rokenz. & sibi adhærentibus discrepamus, contra fidem scripturæ pertinaciter teneamus, aut quod contrarium foret fidei defendere, vel minus tueri, aut quomodolibet defensare. Rogamus ergò & hortamur in Christo pijssimo IESV crucifixo,

Conclusio totius operis.

cifixo,quemlibet pium lectorem,ut in fide,ſpe,& caritate Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuſcipiat omnia,quæ in ſcripto noſtro præſenti legunt, in tantum & pro ea ipſa recipiat, pro quo & in quantum ædificant Catholicam & Apoſtolicam fidem & ſpem in Ieſu Chriſto,quæ fides omnia per dilectionem & ad dilectionem operatur. Nam proteſtamur & coram Deo, atque ex Deo eloquimur, quod ſolùm pro eo & ad id in hoc ſcripto elaboramus,ut ſaltem in modico fraudem Antichriſti & eius fucatas ſeductiones morderemus, & refrigerium charitatis multorum per legem Chriſti & Apoſtolorum refricando excitaremus, fortè quoſdam viros & ſacerdotes ad ſanctum zelum agnoſcendis & deſiderandis ijs,quæ ſunt primitivæ Eccleſiæ,rogantes omnes & ſingulos, ad quos opus præſens pervenerit, quatenus omnes defectus noſtros, & ſi qui in hoc opere relucent piè & miſericorditer interpretentur, & ſupportent propter amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſive ergò lapſi ſumus vel fuerimus, in verbo & in Grammatica forſitan, ſive in allegationibus ſcripturarum, ſive in ſententiis verborum & ſuperfluitate,ſive in audacia loquendi de diverſis difficultatibus,ſive quod in aliquibus materijs deſcendimus fortè nimis reprehenſivè ad perſonas quorundam hominum, ſive de aliquibus verbis Satyricis ad increpandum compoſitis uſq; ad commotionem vel offenſam fortè piarum auriũ, ſive de zelo noſtro,qui eſt in aliquibus, & forſitan in pluribus locis, non ſecundum ſcientiam, ſive de inepta & incompleta expreſſione aliquarum veritatum. De omnibus in quantum talibus petimus iterum atq; iterum & ſemper veniam & com-

Proteſtatio autoris.

Eiuſdem deprecatio.

& compassionem, & si necesse est, in aliquibus modo & forma, in protestatione nostra in principio scripti huius posita, piam coniectionem.

SI quid autem in ijs sententijs fuerit conveniens, & utile, sit in eo laus & graria DEO Patri, & FILIO eius pijssimo & gratissimo DOMINO crucifixo, & SPIRITVI SANCTO, ex quo omnia, in quo omnia, & per quem, & propter quem, Qui vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum.

AMEN.

FINIS ADEST-VERE.

ARTICVLI MAGISTRORVM ET SACERDOTVM ANTIquæ civitatis Pragensis, per regnum Bohemiæ, sub anno Domini Millesimo, quadringentesimo* tricesimo secundo evulgati.

*Io Cochlæus Anno 1421 dui thoc Cõcilium habitum esse.

BALTHASAR LYDIVS Lectori S.

AMICE Lector nolo te celare, eosdem hos Articulos, à *Iohanne Cochlæo*, Libro v. Historiæ Hussiticæ describi, verùm cùm ibi longè sint plures, quàm hîc commemorentur, & in reliquis his artic. quos autor noster citat, *Cochlæus* fidem suam, collatione instituta, cuivis probare possit, omissos, mutato typorum charactere, bona fide addidi. In numeris servavi ordinem *Iohannis Lukawitz*, quia ita opus est, propter responsiones adjunctas, quæ aliàs non possent ita commode inveniri, nisi & ipsis præfixus numerus immutaretur. Ego verò in alieno opere tantum juris mihi assumere nolui, cum non dubirem certo consilio hos articulos ab autore sic fuisse dispositos.

ARTICVLVS PRIMVS. De præsentia Christi in Sacramento & de illius adoratione.

INPRIMIS CREDIMVS & tenemus ad quod singulos Christianos adhortamur, ut credatur & teneatur,

neatur, Quod Christus verus Deus & verus homo est in sacramento visibili Eucharistię, in sua propria natura & substantia, suæ naturalis existentiæ, eâdem quam assumpsit de virgine Maria, & quâ residet in cœlo in dextera patris, cui in eodem sacramẽto honor, cultu, genu flexione, adoratione, luminum accensione, & aliarum venerationum exhibitione debet exhiberi.

De septem sacramentis.

SECVNDVS. Credimus & tenemus, quod septem sacramenta, videlicet, baptisma, confirmatio, pœnitentia, sacrosancta Eucharistia, ordo, matrimonium, unctio, sacra sunt ex fide catholica necessaria, ac salubria antidota animarum, ab omnibus promovenda & tenenda.

De ceremonijs Baptismi.

TERTIVS. Item tenemus, quod sacramentum baptismatis more Ecclesiæ cum exorcismis & cum patrinis, cum chrismate, & oleo sacris, ac

cum

cum trina immersione in aqua benedicta, & alijs ritibus consuetis est exercendum, dum ad ista est congrua opportunitas loci, temporis & personarum.

Quartus artic Cochl. de Confirmatione.

Item credendum & tenendum & instandum est, quod baptizati à proprio Episcopo, juxta formam & statuta Ecclesiæ primitivæ, cum chrismate sunt confirmandi.

De Sacramento pœnitentiæ & illi cohærentibus.

QVARTVS. Item tenemus, quod pro remedio animarum lapsarum & labentium & pœnitere volentium, confessiones auriculares idoneo Sacerdoti sunt exercendæ, & remedia salutifera, scilicet, ieiunium, eleemosyna, & orationes, & cætera bona satisfactionis pro modo culpæ sunt eis iniungenda.

De Sacramento ordinis.

6. Cochl. artic. Item, credendum & tenendum est, quod sacramentum ordinis, duntaxat ab Episcopo vel Episcopis est conferendum.

De clavibus ordini annexis, Cochlæo, 7. artic.

Item tenendum eſt, quod Sacramento ordinis ſoli duntaxat annexæ ſint claves Eccleſiæ, & poteſtas ſolvendi & conficiendi, & vaſa ſacra contrectandi, ſic quod non alteri ſtatui vel perſonæ.

De Sacram. Matrimonij, Cochlæo octavus.

Item credendum eſt, & tenendum, quod Sacramentum Matrimonij uſque in finem ſæculi, *libertatum & libertandum* eſt, & exercendum in perſonis idoneis & capacibus, juxta ſtatuta ſanctorum & Eccleſiæ catholicæ, & regulas ab illa traditas & ordinatas: Excluſis circa hoc erroribus & exorbitantijs, & ſignanter hoc errore, quod filia in annis diſcretionis, & in ætate puellari exiſtente, & abſq; conſenſu parentuum cuipiam matrimonium vovente, ſit *divortianda*, propter diſſenſum parentum vel propinquorum.

De Sacramento extremæ unctionis.

QVINTVS. Item credimus & tenemus, quod Sacramentum extremæ unctionis, poſcentibus ægris & infirmis, iuxta ritum ac formam Eccleſiæ ſanctæ, eſt miniſtrandum & exercendum, & nos hortamur omnes, & de poſt volumus adhortari, ut cùm in grave-

gravem infirmitatem inciderint, illud ſacramentum non omittant aut quovis modo contemnant, quia contemptores illius & aliorum ſacramentorum ſunt caſtigandi, & iuxta cenſurã Eccleſiæ corrigendi.

Praxin Romanæ Eccleſiæ eſſe ſequendam.

SEXTVS. Credimus & tenemus, quod decem præcepta dominica, & cætera puncta Euangelica ſunt à cunctis fidelibus ſub obtentu ſalutis æternæ obſervanda. In ſenſu verò, quem Spiritus ſanctus flagitat & Sanctorum ſentẽtia concors Spiritui ſancto diſſerit, & explanat, potiſſimùm accedendo ad matrẽ & magiſtram dominam noſtram Eccleſiam primitivam Spiritu ſancto regulatam, & praxes eius & executiones eorundem præceptorum.

Veteris Teſt. leges judiciarias, non eſſe in omnibus ſequendas.

SEPTIMVS. Tenendum eſt & obſervandum, quod in occiſione reorum

rum non est lex vetus in singulis suis iudiciarijs sequenda & alleganda. Nec ipsa occisio à quoquam est in propria causa aut vindicta exequenda. Nec in quenquam nisi in eum, qui aliter corrigi nullatenus valet, nec unquã aliter, nisi magna urgente necessitate, lex nova occidere licentiat, & per potestates legitimas suadet, & autorisat, hoc autem ut fiat cum magna compassione, & cum conditionibus sedecim charitatis, & ipsa regula legis naturæ observetur: Quod tibi fieri non vis, rationabiliter alteri non feceris.

Vide librum M. Ioh. Pryibram. in cochl. Hist. Boh. pag. 537.

De non invadendis rebus alienis.

OCTAVVS. Credendum est & tenendum, quod res alienæ à quantuncunque justis de lege communi non solùm sunt avarè non invadendæ, nec concupiscendæ, nec nocivè tangendæ, & plebs fidelium in bonis suis non est opprimenda iuxta documentum Pauli.

Pauli: *Mala non sunt facienda, ut eveniant bona.*

De Sanctorum intercessione.

NONVS. Credimus & ex scriptura tenentes tenemus, quod Sancti in cœlis, Christianis hic fidelibus suis orationibus & charitativis auxilijs, pro capacitate sive eorum dispositione suffragantur. Quos fideles licenter possunt postulare & exorare pro auxilio & intercessione, circa hoc tamen cultum latriæ soli Deo debitum eis non impendentes, sed in moderamine prout decet, ad Sanctos se habere, ad eosdem habentes, & quicquid deordinati foret respectus ad Sanctos & supra mensuram postulationis hoc abijcientes.

De Purgatorio.

DECIMVS. Item tenemus & ex multis scripturis Sanctorum comperientes in lege Domini fundatis, credimus, quod animarum à corpore exutarum locus Purgatorij post hanc vi-

tam est ponendus, quæ non ad plenũ hic in vita pro peccatis satisfecerunt, post hanc vitam purgatæ salvabuntur. Quodque fideles hic in vita talibus propter vinculum charitatis & spiritûs possunt & debent ieiunijs & orationibus, eleemosynis, & sanctis operibus piè suffragari. Circa hoc tamen semotis & detestatis omni avaritia, lucris deordinatis, Sacerdotum qualibet simonia, quæ olim Sacerdotes avari & simoniaci, immo hodie exercebant & exercent.

De ordine Missæ & officiorum divinorum.

VNDECIMVS. Item tenemus & fideliter observare intendimus, quòd ritus & ordo sacrificandi in Missa & Vesperis, & circa alia officia divina in signis & habitu consuetis, est legitimus & debitus, prout circa Missam est humerale, alba stola, manipula, cingulus, & ornatus more Ecclesiæ sanctæ ordinatus.

QVI

QVI ritus absque notabili necessitate simul etiam circumstantia debita & magna, in Missa & alijs divinis officijs, à sanctis in honorem & laudem Dei dispositis, & ordinatis à Sacerdotibus Christi non debent omitti, sed in hoc facto teneneri & observari.

De jejunijs in vigilijs Sanctorum.

DVODECIMVS. Item ieiunia in vigilijs Sanctorum & alia ieiunia debita in Ecclesia sancta huc usque observari solita, volumus ea observari, & suos subiectos ad eadem teneri.

De Festis Sanctorum.

TREDECIMVS. Tenemus quod festivitates Sanctorum præsertim Domini nostri Iesu Christi, quæ sunt B. virginis Mariæ, Apostolorum Iesu Christi, Martyrum sanctorum, & cæteræ antiquæ in Ecclesia Dei in celebratione ab antiquo observatæ modo debito, nō solùm ab opere servili corporalis laboris, sed & à peccatis abstinendo,

nendo, velut ebrietatibus & cæteris deordinationib. ſunt feſtivandæ. De alijs verò feſtivitatib. minoribus ex unanimi conſenſu, clerus congregatus ſibi iuxta Deum propoſitis quod concluſerit verbis diminuendo, vel ſecus de eiſdem ex inſtinctu ſpiritus coſtituendo volumus contentari.

De Eccleſijs non deſtruendis nec prophanandis. Cochl. 18.

Item tenendum eſt, & diligenter obſervandum, quod Eccleſias ſive baſilicas exurere ſive deſtruere, abſque inevitabili & ſtricta neceſſitate, aut ipſas quomodolibet violare, aut contemptibiliter prophanare: altaria ſacra ſubvertere, aut loca alia conſecrata quovis modo polluere, eſt grande ſacrilegium & nefas, à cunctis fidelibus execrandũ.

De ſacris vaſis & ornamẽtis Cochlæo. 19.

Item tenendum eſt, & firmiter obſervandum, quod res Eccleſiæ & Deo dedicatas, ut ſunt ornamenta & pallæ, & vaſa ſacra, in miniſterium domini deputata, & alia cætera auferre, abſque inevitabili & pia intentione & neceſſitate, & illa in alios humanos uſus cõvertere & commutare, eſt ſacrilegium & prophanum.

De ſpeciali habitu Clericorum Cochl. 20.

Item, clericus profeſſionem ſuam etiam habitu & tonſu-

tonsura à communi populo differente, gestu & incessu probet. Nec vestimentis, nec calceamentis decorem, sed Religionem quærat.

De Horis canonicis Cochl. 21.

Item, quilibet Christi Sacerdos, cui tempus & locus facultatem dant ad horas canonicas sit obligatus: nisi meditatione aut studio in lege divina, aut alio utiliori inævitabiliter, sit præpeditus. Quod si quis ocijs vacaverit, & tempus pro quo aut orare aut studere potuit vanè consumpserit, sit anathema.

De Ecclesiarum Dedicationibus. Cochl. 22. art.

ITEM, placuit omnibus, quod in proxima generali congregatione secularium, petantur Domini Barones, & omnes communitates Regni de consensu dando, ad translationem Dedicationum Ecclesiarum huius regni, ad unum certum diem Dominicum. quo ipso die omnium fiat celebratio simul uniformis.

De obedientia Episcopis præstanda, artic. 23. Cochleo.

ITEM, tenendum & fideliter observandum pro unitate & societate Catholica in nobis perpetuo conservanda, & pace Ecclesiæ custodienda, juxta Decretum Clementis: omnes Sacerdotes & alij Christi fideles subjecti, teneantur Episcopis, etiam Discolis, & alijs præpositis, in omnibus præceptis licitis & honestis obedire. Etiãsi ipsi aliter

(quod

(quod abſit) agant, quàm debeant, juxta præceptū Domini, q̄ dicit Quæ dicunt, facite: quæ autē faciūt, facere nolite, Et quod tales Epiſcopi non leviter ſunt arguendi, niſi in fide erraverint.

Item circa iſtos articulos nunc articulatos, divina pro divinis, humana pro humanis habeantur. Quod ſi circa illa, quæ ſunt humana in iſtis articulis contingat nos in poſterum ſenſum ſalubriorē concipere, quàm nunc percepimus, illum nolumus declinare, ſed amplecti pro ſalute noſtra conſequenda & totius populi nobis ſubiecti. Sic tamen, quod non prius aliquid immutetur, niſi prius in commune omnibus Magiſtris ſcilicet, & Sacerdotibus utriuſque civitatis Pragenſis, & eis, qui concordiæ interfuerint, & in hac parte ſunt eorum adhærentes, referant, & per eos quid fuerit in communi ſimul decretum teneāt. Actum ſub anno Domini 1432. infra octav. Circumciſionis, &c.

ARTICVLI TABORITArum, contra Papiſtas Pragenſes,

ARTI-

ARTICVLI SACERDOtum taborienſium ſuprà dictis articulis Magiſtrorum in pluribus contrarij.

QVIA nuper ex cauſa Deo cognita Magiſtri & Sacerdotes antiquæ civitatis Pragenſis quoſdam fabricarunt articulos nobis Sacerdotib. campeſtris exercitus, Sacerdotib. Thaborienſium, civitatum & communitatum, eorundem quoque diſtantium, &c. per terram Bohemiæ ac Moraviæ conſtitutarũ atque conſtituendarum, & communitatibus nobis adhærentibus contrarios ſeu adverſos, nondum ex fide ſcripturæ, quod ab omnibus ſic teneri debeant deductos, ipſos ubique in ſcriptis publicantes in præiudicium concordiæ inter communitates firmatæ, & novarum litium ſuſcitationem, non *obſtante compromiſſo facto, viris diſcretis, electis ab omnibus* communitatibus, poteſtatem & authoritatem habentibus ad providendum de aliquo bono medio inter nos & ipſos, ſaltem

tem in ijs, quæ humana ſunt, & citrà fidem. Hinc eſt, quod nos Sacerdotes antedicti per iſtos inſtigati, volentes ſuſpicionem ſiniſtram, & cum communitatibus nobis adhærentibus aufugere, intentionem noſtram in ſcripto redigentes decrevimus publicare, & ad partes diverſas huius regni deſtinare. Quia non licet in caſu huiuſmodi ſub ſilentio pertranſire. Quatenus populus nos & illos intelligat, & de nobis noſtrisque communitatibus nō aliquid erronei ſuſpicetur. Quam intentionem noſtram, quid videlicet de Sacramentis & punctis alijs per ipſos tactis, credamus ſeu teneamus in iſtis noſtris ſubſcriptis articulis omnibus & ſingulis notificamus.

PRIMVS ARTICVLVS
De præſentia, & adoration. Chriſti in Sacramento.

IN primis credimus & tenemus, ſicut antea tenuimus & credebamus, quod panis, quem Chriſtus in ſua cœna ac-

na accipiens, &c. ſuiſque ad manducandum dedit diſcipulis, & in cuius digna perceptione per miniſterium fidelium Sacerdotum, reliquit memoriam ſuæ paſſionis, eſt in natura ſua verus panis, qui pronomine, Hoc, demonſtratur, in hac propoſitione Sacramentali, hoc eſt corpus meum, & cùm hoc verè ſacramẽtaliter & realiter eſt corpus Chriſti de virgine ſumptum & pro nobis traditum, qui in ſibi debita habendus eſt reverẽtia & fideles illum venerantur non panis ſubſtantiã, ſed de quanto, ut præmittitur, eſt corpus Chriſti, cuius verum corpus in eodem eſſe veraciter, Sacramentaliter & ſpiritualiter eſt credendum. Non autem cum communibus proprietatibus tã eſſentialibus quàm accidentalibus conſequentibus ipſum corpus, idem in cœlo ad dexteram Dei ſedens. Ad quod omnis fidelis in mente debet attendere, ſuſpenſa conſideratione circa naturam materialis ſubſtantiæ Sacramenti, cùm ſolici- Nota.

ſolicitudo fidelium verè adorando, & genu flectendo, & cogitando eſſe debeat in imitatione ſalvatoris noſtri, & devotione ad eius corpus, quod ſurſum eſt, & etiam eodem modo prædicto in ipſo venerabili Sacramento. & proportionabiliter intelligendum eſt de Sacramento calicis.

De Numero Sacramentorum.

ARTIC SECVND. Tenemus, ſicut & antea tenuimus, q̃ baptiſma, manuum impoſitio, cœna dominica, pœnitentia, ordo, matrimonium & infirmorum unctio, quæ vocantur communiter Sacramenta, & ſi qua alia ſunt in lege, quæ eadem ratione dici debent Sacramenta, ſicut aliquod ex ijs ſeptem, in authoritate, forma, ſenſu quoque Chriſti, in fide ac ritu & praxi primitivæ Eccleſiæ, cuius rectores erant Apoſtoli, fuerunt, & ſunt capacibus multùm utilia ac ſalubria antidota animarum. Non tamen ſic ſimpliciter neceſſaria, quin aliquando ſine ſuſceptio-

ſceptione talium in ſigno ſenſibili, fiat ſalus.

De ceremonijs Baptiſmi.

Tertius. Etiam tenemus, ſicut & antea ſemper tenuimus, quod Sacramentum Baptiſmatis, obſervatis ijs quæ ex fide ſcripturæ ad eius requiruntur neceſſitatem, & circa ipſum ſunt utilia, Exemplo Apoſtolorum & primitivæ Eccleſiæ poteſt licitè & verè, & liberè, loco & tempore oportunis, exerceri ſine exorciſmo, exufflatione, ſale, ſignatione crucis in pectore, & in fronte, ſine linitione aurium, narium, pectoris, & ſcapularũ, ſine unctione Chriſmatis in vertice, & ciuſdem cum oleo per Epiſcopum, & aquæ per Sacerdotes, ut inquiunt, benedictione, ſine trina immerſione, & patrinorum requiſitione; & ſine quibuſdam alijs circa hoc Sacramentum ab Eccleſia Romana moderna inſtitutis, & quandoque nimirum ſolenniſatis, & penſatis.

De Pœnitentia & ritibus circa illam.

QVARTVS. Post hoc tenemus prout & semper tenuimus, q̃ ad medelam animarum, quæ spiritualiter in infirmitate deciderunt pœnitereq̃ volunt, præsupposita pœnitentia in animo simpliciter necessaria ad salutẽ, qua contritus Domino insensibiliter confitetur,& cum expressione, quandoq̃ vocali singulariter sibi facta,vel cuicunque indifferenter fideli, à prudentiorib.requirens consilia juxta informationem B. Iacobi , & praxim primitivæ Ecclesiæ, adiunctis quandoq̃ salubribus remedijs , jeiuniorum,eleemosynarum,orationum,aliorumq̃ operum bonorum,(ad quæ omnia tanquam ad eandem ex fide scripturæ utilia seu necessaria nos hortamur,sicut & continuè hortabamur,) sufficit , pro ut quondam suffecit sine confessione auriculari tantùm facta privato Presbytero juxta formam & obligationem Innocentij & Ecclesiæ Roma-

Romanæ modernæ, & ſine forma uſitata abſolutionis & pœnitentię, in numero & pondere & menſura ſecundum voluntatem confeſſoris iniunctione; quæ humanitus & infundabiliter, quoad ſcripturam ſunt introducta, & non de neceſſitate pœnitentiæ requiſita, magis ſimoniam & cleri extollentiam, quàm ſalutem promoventia animarum.

De unctione infirm.

QVINTVS. Inſuper proponentes & confitentes utilitatem unctionis infirmorum ad intentionem & finem per Apoſtolos ad memoriam reductæ, ac ritu eorum & virtute factæ: De qua B. Marcus & Iacobus faciunt mentionem, ſuper ægros olei in partibus determinatis impoſitione, ab Epiſcopo quandoque ſimoniaco & ſimoniacè promoto, prius, (ut inquiunt,) benedicti, & ſæpe uſque ad corruptionem & fœtorem retenti, cum recitatione litaniæ, orationum, & alia juxta for-

mam Romanæ modernæ usitatam Ecclesiæ ordinatione, carentesque de hac scriptura expressa legis ac sententia sanctorum se inevitabiliter fundantium in eadem, non audemus illam pro fidei articulo practicare, & confiteri, tanquam Sacramentum, ut sic, à Christo vel eius Apostolis institutum, reputantes ipsum ut sic, non à Christo nec ab eius Apostolis, sed ab humana institutione processisse. Cùm si talis corporalis unctio foret Sacramentum, ut modò fingitur, Christus & cæteri Apostoli eius promulgationem & executionem debitam non tacerent.

De sanctorum intercess.

SEXTVS. Cæterùm quamvis credimus & ex fide scripturæ tenemus, sicut & prius tenuimus & credebamus, quod Sancti cœlestis patriæ ad fideles hic viantes, affectum bonum habeant, & ipsis suffragãtur, qui ipsorum suffragiorum participiũ à Deo optare debent, quod & nos optamus, scri-

ſcripturam tamen legis expreſſam neſcimus, nos ſub æterna damnatione obligantem ad tenendum pro fidei articulo, quod Sancti in cœleſtibus à fidelibus hîc viantibus pro dicto ſuffragio, & interceſſione debeant neceſſariò invocari. Quod tamen ſi neceſſariò fieri debeat, Chriſtus & cæteri Apoſtoli huius promulgationem & executionem debitam non tacerent.

De purgatorio.

SEPTIMVS. Amplius, quamvis teneamus & ex ſcriptura legis credimus, ſicut & antè tenuimus & credebamus, quod animæ ſalvandorum in illo magno & longo tempore, ab initio videlicet mundi uſque ad ipſius conſummationem, ſunt ſecundum ſcripturas & Dei ordinationē ab omnibus ſuis inquinamentis finaliter expurgandæ. Scripturam tamen legis manifeſtam ignoramus, nos ſub æterna damnatione obligantem ad tenendum pro fidei articulo, quod locus

Purgatorij animarum à corpore exutarum poſt hanc vitam ſit ponendus tempore legis gratiæ, Chriſti aſcenſu, In quo poſtmodum pœnas corporales ſenſibiles ſuſtinentes purgatæ ſalvarentur, & quod fideles hic in vita talibus debeant jejunijs, eleemoſynis, orationibus, ac alijs pijs operib. ſuffragari. Quod tamen ſi eſſet, & neceſſariò fieri deberet, Chriſtus & cæteri Apoſtoli huius promulgationem & executionem debitam non tacerent.

De ritibus & appendicibus Miſſæ.

OCTAVVS. Cùm hoc etiam in miſſando obſervantes & promoventes ea, quæ de eius ſunt ſubſtantia & neceſſitate, ſequentes circa hoc ritum Beati Dionyſij, in quantum promovet devotionem populi in cantu moderato in vulgari, in lectione ſacrarum ſcripturarum, in ædificatoria prædicatione, & indignorum etiam à viſione Sacramenti pro poſſe excluſione, & in alijs, quæ ſecundum legem Euangelicam

gelicam ad bonum ſuffragantur, tenemus & confitemur, quod ritus miſſandi in ſignis omnibus & veſtibus conſuetis, puta in alba humerali, manipula, cinctorio & caſula, quæ Eccleſia Romana moderna inſtituit & communiter opſervat, & quidam Magiſtri Pragenſes à peccato excuſant & exercent, noſtro videre, pro hac vice nullibi expreſſum fundamentum ſcripturæ habet. Quod ſi ſic fuerit, ritus Apoſtolicus non eſt, nec Apoſtolorum ſanctorum diſcipulorum, nec univerſalis Eccleſiæ, ſed eſt ritus modernæ Eccleſiæ Romanæ, à multis Pontificibus Romanis lõgè poſt Apoſtolos ab imitatione Euangelij Chriſti notabiliter declinantibus fabricatus, & oneroſè introductus, quem ex cauſis idoneis omiſimus, in hoc, ut ſperamus, cæteris paribus non peccantes.

De jeiunijs ſanctorum.

NONVS. Item cum diligentia promoventes omnia jeiunia à lege Domi-

ni cõmendata, & à fidelibus tam in lege veteri, quàm nova meritoriè obſervanda, ieiunia vigiliarum Sanctis limitata, idolatriam ſapientia & in lege Domini nõ fundata, ac aliâs undecunque deordinata cum cibis ſpiritualibus, rarioribus, pretioſioribus aut lautioribus, ratione quorum pauperes plus ſpoliantur, divites autem ingurgitantur, non promovemus, ſed quomodolibet deteſtamur, optantes ut totus populus Domino conplacenter ac ſanctis primitivis conformiter, ieiunaret.

De Feſtis Sanctorum.

DECIMVS. Item cùm Apoſtoli ſine quibuſdam feſtivitatibus modò conſuetis Sanctorum, & uſitatis, plus nobis dilexerunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & ut reputamus, nec ſcriptura, nec Apoſtoli has docebant, videtur nobis catholicum, tot Sanctorum novitates, eſſe temerarium, & prodeſſe Eccleſiæ, quod ceſſantibus

tibus istis omnibus festivitatibus Sanctorum, solùm Christi festivitas observetur. Quia sic Christi memoria recétius haberetur,& plebis devotio non sic in membra Christi indebitè spargeretur,cùm nō valeat solennisatio,vel festivitas talis, nisi de quanto ad magnificandum Christum præparat,& honorem suum incitat, & ad amorem suum provocat & accendit.

Legem Dei observandam esse.

VNDECIMVS. Item credendū est & fideliter tenendum,quod præcepta dominica,imò & lex integra Christiana,quę est aggregatum ex omnibus veritatibus scripturæ sacræ, succedens pro suo tempore,quarum aliqua est temporalis, manens pro sua periodo,aliqua manens perpetuò,& sic aliqua stans in æternitate cum Deo, quam Christus non venit solvere, sed adimplere, & quæ tam firmæ existit veritatis, quod nullum Iota aut apex ipsius fallere potest, sunt à cunctis fidelibus sub obtétu salutis æternæ ob-

 servan-

ſervanda ſecundũ uniuſcuiuſque conditionem atque ſtatum.

De juſta Vindicta & bello.

DVODECIMVS. Item tenendum eſt, & firmiter obſervandum, quod nec in condemnatione reorum, nec in occiſione lex vetus ut huiuſmodi, in ſingulis ſuis judiciarijs eſt exequenda, neque leges humanæ, Euangelio contrariæ, ſequendæ ſunt & allegandæ, nec ipſa occiſio unquam in aliqua cauſa alicui infligenda, niſi ſi & juſtum. Vrgente neceſſitate lex nova occidere vel condemnare licentiat, & Eccleſiæ primitivæ praxis declarat & oſtendit, ita tamen, quod circa prædicta, 16. conditiones charitatis obſerventur, & ipſa legis naturæ regula: Quod tibi non vis fieri, rationabiliter alteri ne feceris.

De non invadendis rebus alienis.

TREDECIMVS. Item firmiter tenendum eſt, quod de lege communi res

ni res alicui non solùm non sunt avarè invadendæ, sed nec tangendæ nocivè & concupiscendæ, nec plebs fidelium & innocentum quomodolibet opprimenda, Salvo tamen sano sensu scripturarum infrà annotatarum & aliarum ipsis similium. *Nemo militat proprijs stipendijs unquam. Omnia vestra sunt, Iusti tulerunt spolia iniquorum, custoditur iusto substantia peccatoris, David cum ijs, qui cum eo erant, comedit de panibus, quos non licebat comedere, nisi solis Sacerdotibus,* cum iniustum non potest esse, quod iustitia fieri jussit.

VLTIMO. Protestamur omnibus & singulis, quod per istud scriptum non intendimus derogare alicui scripturæ sacræ, nec aliquam personam confundere in sententia fundata veraciter in eadem, sed respicientes multorum fidelium pro ijs punctis vexationem, & horrendam hæreticationem, multarumque traditionum humanarum legem Christi impendentium,

um, restringentium ac onerantium, nimiam magnificationem & appretiationem, præsentibus optamus, ut huiusmodi pericula à cunctis fidelibus declinentur, & quicquid humanum est pro huiusmodi habeatur, & quod divinum est, firmiter teneatur, ne Christus cum suis Apostolis in legis suæ traditione, & eiusdem observatione tanquam insufficiens reputetur, optamusque esse discipuli unius Magistri Domini nostri Iesu Christi, & legi ipsius in singulis obedire, & si per quempiam sive per concilium generale, sive particulare, sive per sanctos doctores, sive per auditores à communitatibus deputatos, & personas ab eisdem fuerimus, eadem lege, quòd in isto nostro scripto vel quocunque alio excesserimus, contra fidem aut contra bonos mores seu ritus legitimos & universales sanctæ matris Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, quos recepit à Domino, parati sumus obedire veritati, & perma-

permanere cum illa, scientes, *quod veritas super omnia vincit*. Hoc idem optantes omnibus generaliter Christi fidelibus & cuilibet singulariter ac similiter faciant cum effectu.

ARTICVLI PRAGENSIS Synodi.

INCIPIVNT ARTICVLI Synodi generalis Cleri regni Bohemiæ, celebratæ Anno Domini 1434. in festo S. Iacobi Apostoli, in inclyta civitate Pragensi.

IN PRIMIS pio & fideli corde credimus, & integra mente credendum & asseverandum affirmamus, omne verbũ scripturæ sacrę novi & veteris Testamenti esse simpliciter & inviolabiliter ad sensum, quem Spiritus sanctus efflagitat, verum, sanctum & Catholicum, & ab universis Christi fidelibus venerandum & tenendum, toto corde asseveramus, & memoramus.

Item

II. Item ſymbolum Apoſtolorum magni concilij Nicæni, ſymbolum Athanaſij, unà cũ omnibus alijs ſymbolis Catholicis in Eccleſia primitiva tẽtis & promulgatis fideliter ex integro credenda ab omnibus aſſeveramus, omniaque decreta ſtatuta ſancta, rationabilia & Catholica, Apoſtolorum & Eccleſiæ primitivæ, quam pro matre & magiſtra fidei Catholicæ honoramus, & à qua diſcedere nefas putamus, tenenda & obſervanda decernimus, & mandamus, ita ut quod Apoſtoli docuerũt, & ipſa ſervavit antiquitas, noſq; ſervemus & cuſtodiamus.

DE QVATVOR ARTICVLIS.

III. Communio diviniſſimæ Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie panis & vini utilis multum & ſaluti expediens toti credentium populo eſt neceſſaria, & à Domino præcepta ſalvatore, ſicque communicantes, moti fide ſcripturæ ac Spiritu Domini, etiam ſi prælati diſſentiant, licitè faciunt. Nec ideò

propha-

prophani dicendi sunt, nec velut hæretici puniendi, sub prædicta quoque duplici specie omnes fideles & corde fidelissimè credant, & ore sincerissimè confiteantur, totum dominum Iesum Christum, verum Deum & hominem cum suo proprio corpore & sanguine naturali, quod sumpsit de Maria virgine, & quo sedet ad dexteram patris, nobiscum esse sua præsentia reali, cui in eodem sacramento honor, cultu, genuflexione, adoratione, luminum accensione, & aliarum venerationum exhibitione, debet exhiberi, sicq; ab omnibus tenendum fideliter, Sacerdotes Domini populo annuncient, & credédum eandem eisdem quo sacrosanctę Eucharistiæ communionem divinissimam sub utraq; specie panis & vini, quotiescunque Spiritus Domini suggesserit, sive semel tantùm cotidie, sive certis dierum intervallis, universis Christi fidelibus tàm sanis quã ęgris, tàm adultis quàm infantibus omni ingenio & pietatis consilio effectualiter exe-

exequendam promoveant, & velut donum omnium gratiarum ardentissimè populo recommendent. Et circa ministerium aliorum sacramentorum, sacramentum Eucharistiæ sub præmissa forma, velut virtus & confirmatio, eorundum non differatur, sed cõcurrat & ministretur, quia teste Dionysio, nullum sacramentum ritè celebratur, in quo sacra communio non sumitur.

De Eccles. Rica Hierarch. c. 3.

IIII. Item, ut omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos, quorum interest, rationabiliter & secundum legem Dei cohibeantur, corripiantur & eliminentur.

Item, verbum Dei à sacerdotibus Domini & Levitis idoneis licitè & fideliter prædicetur.

VI Item, non licet Clero tempore legis gratiæ, super bonis temporalibus sæculariter dominari.

VII. Item, credimus & tenemus, quod septem sacramenta; videlicet Baptismus, confirmatio, pœnitentia, sacro

sancta

ſancta Euchariſtia, ordo, matrimonium, unctio, ſacra ſunt ex fide Catholica ſalubria antidota animarum ab omnibus promovenda & tenenda, ipſumque ſacramentum baptiſmatis more Eccleſiæ, cum exorciſmo & patrinis, cũ criſmate, & cum oleo ſacris, ac cum trina immerſione in aqua benedicta, ac alijs ritib. conſuetis ab Eccleſia eſt exercendum, dum ad iſta adeſt congrua opportunitas loci & temporis, & perſonarum. Sacramentum verò extremæ unctionis, poſcentibus ægris & infirmis juxta ritum & formam Eccleſiæ ſanctæ eſt miniſtrandum & practiſandũ. Et nos hortamur omnes, & de poſt volumus adhortari, ut qui in gravem infirmitatem inciderint, illud ſacramentum non omittant, aut quovis modo contemnant, quia contemptores illius aut aliorum ſanctorum ſunt caſtigandi, & juxta cenſuram Eccleſiaſticam corrigendi. VIII.

Item, tenemus & obſervare intendimus,

dimus, quod ritus ac ordo ſacrificandi in Miſſa & veſperis, ac circa alia officia divina, in habitu alijsque ab Eccleſia conſuetis eſt legitimus & debitus, prout circa Miſſam eſt humerale, alba ſtola, manupula, cingulus, & ornatus more Eccleſiæ ſanctæ ordinatus, Qui ritus abſque notabili neceſſitate & circumſtantia debita, & magna quo in Miſſa & alijs divinis officijs à ſanctis in honorem & laudem diſpoſitis & ordinatis à Sacerdotibus Chriſti, non debent omitti, ſed in facto teneri & obſervari.

IX. Item jeiunia in vigilijs Sanctorum ipſi Deo facienda, & alia jeiunia debita in Eccleſia ſancta huc uſque legitimè obſervata, ipſi volumus obſervare & nobis ſubiectos ad obſervandum tenere.

X. Item, Clericus profeſſionem ſuam etiam habitu & tonſura à communi populo differenti, geſtu & inceſtu probet, ut nec veſtimentis nec calciamentis decorem, ſed religionem quærat.

Item

Item, quod nullus ſacerdotum Chriſti, pro ſeptem ſacramentis aut pro miniſterio alicuius eorundem, imò nec juxta miniſterium alicuius ſacramenti, aut alia quæcunque ſpiritualibus annexa, pecuniam aliquam aut dona recipiat, aut exigat, nec ſub obtentu religionis cuiusq; pro orationibus accipere audeat. XI.

Item, tenendum eſt, quod locus purgatorij animarum à corpore exutarum non ad plenum hîc in via per ſatisfactionem purgatarum, poſt hanc eſt ponendus, quodque fideles hîc in via talibus propter vinculum charitatis, & Spiritus poſſunt & debent jeiunijs & orationibus, eleemoſynis & ſanctis oblationibus piè ſuffragari, ſemotis omnibus avaris quæſtibus, & quæſtuoſis lucris & pactis & commercationibus prohibitis à lege divina & Patrum ſanctorum inſtitutis, quas ſolent facere ſacerdotes ſimoniaci & avari. XII. XIII.

Item, quod omnes Chriſti ſacerdotes to-

tes totam legem Domini ſcriptam ex ntegro , aut ſi nullatenus poſſunt, d minus legem novam habeant & diſcant,& in ſe ad normã & vitam Euangelicam & Apoſtolicam , nec non in alijs ſtudioſè promoveant, verbum Domini iugiter prædicando & conſtanter promulgando.

XIIII. Item,placuit & placet omnibus & ſingulis, ne legati audeãt amplius decimas Eccleſijs deputatas , pro ſe aut ſuis uſibus quovis modo recipere,prout his temporibus irrationabiliter uſurpant.

XV. Item, circa ritus Eccleſiaſticos, illa quæ ſunt ex certis cauſis omiſſa in cõmunitatibus, quod hæc habeantur & teneantur ijs temporibus pro omiſſis, niſi magis rationabilis & utilis cauſa intervenerit, pro ijs in generali ſynodo ex unanimi conſenſu reſumendis.

XVI. Item , placuit omnibus, quod in proxima generali congregatione,ſæcularium petantur domini Barones, & omnes

& omnes communitates regni de cõ-
ſenſu dando ad tranſlationem dedi-
cationum Eccleſiarum huius regni ad
unum certum diẽ dominicum, quod
ipſo die omnium fiat ſimul celebratio
uniformis.

Item, cantu & orationibus, quæ fi- XVII.
unt clara voce ſecundum ſcripturas
in Eccleſia, ſacerdotes & ſcolares non
laſciviam aut laudem hominum va-
nam, ſed laudem Dei & devotionem
populi curent provocare.

Item, Sacerdotes Epiſtolam & E- XVIII.
uangelium in vulgari pronuncient, u-
terq; verò diſcantus cùm fractura vo-
cis pro hac vice certis ex cauſis inter-
mittant, niſi hominũ poſtea ratione-
bilis cauſa ex unanimi conſenſu reſu-
mendũ affuerit, ſymbolumque lega-
tur aut cantetur tempore oportuno.

Itẽ, tenemus, quod Sancti in cœlis XIX.
chriſtianis hic fidelibus ſuis oratio-
nibus, & caritativis auxilijs pro capa-
citate ſive eorum diſpoſitione ſuffra-
gantur, quorum fideles poſſunt lici-

tè ſuffragia poſtulare, iuxta doctorum ſententias, circa hoc tamẽ cultum latriæ ſoli Deo debitum, eis non impendentes, ſed in moderamine pro ut decet ad ſanctos ſe habere, ad eoſdem habentes, & quicquid deordinati foret reſpectus, ad ſanctos & ſupra menſuram poſtulationis hoc abijcientes.

XX. Circa tamẽ omnia & ſingula ſuperius concluſa divina pro divinis, humana pro humanis habeantur, & ipſa in ſua mẽſura & pondere teneantur, & cuſtodiantur, ſicut ea quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo, reddantur, unum tamen pro reliquo non capiatur, nec unum alteri adæquetur. Nam de neceſſitate ſalutis prius & ante omnia ea facere oportet & adimplere, quæ ſunt inuenta à Deo, quàm ea, quæ ab hominibus, quia ſcriptum eſt: Primum quærite regnum Dei &c. etiam cum maiori conſtantia & nomine obedire, & cum maiori ſolertia debet facere ea, quæ ſunt à Deo præcepta,

pta, vel quæ vicinius à Deo emanant, quam ea, quæ ſunt mandata & ſtatuta ab hominib. dicto Apoſtolorum atteſtante: magis oportet obedire Deo quam hominibus. Ipſa tamen præcepta hominũ doctrinæ vel ſtatutæ rationabilia nõ ſunt contemnenda, pro ut Dominus Ieſus determinavit dicens: Hæc oportuit facere & illa non omittere, ſcilicet ſtatuta & adinventiones rationabiles ſuperiorum, ita ut transgreſſores divinorum arctius & diſtrictius puniantur, quàm mandatorum hominum tranſgreſſores.

RESPONSIO SACERDOtum Thaborienſium ad Articulos ſynodi Pragæ celebratæ.

REſpondentes articulis ſynodi cleri regni Bohemiæ celebratæ anno domini 1434. in feſto S. Iacobi Apoſtoli in civitate Pragenſi, notantes ipſos conſiſtere in quadruplici differentia circa aliquos nõ facimus difficultatem, verum ipſis cõſen-

timus,circa alios, ut nulli sit infuturũ offendiculũ, ubi aliquis possit capere occasionem erroris,nos reclamamus aliquibus, nisi sub conditione in posterum exprimenda non consentimus, circa alios verò, quod sibi volunt fieri ab alijs, optamus ut circa simile ius ab ipsis relinquamur.

Quibus articulis dictæ synodi consentimus.

Circa primum articulum non facimus difficultatem,nec circa secundum,dummodò per Ecclesiam primitivam intelligatur Ecclesia in Christo, cuius erant Apostoli & ille gradus apostolorũ determinata omnia decreta,statuta,sancta rationabilia,& catholica, quæ illi præmittuntur , & illud quod in fine eiusdem articuli ponitur si sic intelligatur,ita ut quod Apostoli docuerunt *scilicet ad semper servandum in futuro* , & ipsa servavit antiquitas & Christi & Apostolorum doctrina, nos quoq; servemus & custodiamus,& dũmodò etiã per hoc nõ condem-

dẽnenturGræci ex eo,quod non tenẽt expreſſè in ſcriptura contineri ſpiritum ſanctum à filio procedere,cum in rationali magno ſcribitur,quod inNicæno & Conſtantinopolitano concilijs non leguntur verba iſta,*Filioque*, & apud Græcos in fine iſtius ſymboli, ſub anathemate dicitur pro hiberi,Ne quis de fide Trinitatis aliud docere aut prædicare,quã ibi continetur,præſumat,ſed & Calcedonenſe concilium apud eos celebratum anathematiſari præcepit eos, qui alteram fidem auſi eſſent cõponere, proferre, docere,vel aliud ſymbolum tradere, quàm præmiſſum,nec difficultatem facimus circa titulos quatuor articulorum, pro quibus regnum ſe oppoſuit,dummodò teneantur in ſenſibus defenſatis & deductis ſufficienter & clarè in conſilio Baſilienſi, nec circa undecimum,qui eſt de non exactione pecuniæ,aut receptione pro Sacramentis, aut pro miniſterio alicuius eorundẽ, vel quorumcunq; aliorum ſpiritualibus

De proceſſione Spir. Sancti.

bus annexorum, nec circa tredecimũ qui eſt de hoc ut ſacerdotes ſcriptam legem habeant & ipſam ſolicitè legant & diſcant. Nec circa quartum decimum qui eſt de nõ receptione decimarum per laicos, pro uſibus eorundem, nec circa 17. qui eſt de lectione epiſtolæ & Euangelij in vulgari & non in diſcantu, cum fractura vocis & delectione, aut cantatione ſymboli, dummodò fiat à tota Eccleſia in vulgari, nec circa ultimum, qui eſt de notabili differentia habenda inter humana & divina excepta applicatione illius ſcripturæ, quæ in fine pro continuatione præceptorum humanorũ annectitur, *videlicet hoc oportuit facere*, puta Dei, verba & præcepta, *& illa non omittere*, ſcilicet ſtatuta & adinuentiones rationabiles ſuperiorum. Illa enim ſcriptura non benè videtur huic propoſito deſervire, cùm Chriſtus hoc, ſicut legalem obſervationem inducens dicit, *teſte Chryſoſtomo, qui de opere perfecto Omel. 73.* ſuper illo verbo: *Hoc oportuit facere &*

cere & illa nõ omittere, dicit, *neq; ſicut legalem obſervationem inducens dicit, abſit. Hoc enim demonſtrativum antea neq; in Paropſide & calice illius mundi, qui intus ſunt, calicis & paropſidis, ut efficiatur, & quod extra eſt mundum ad veterem non ducit micrologiam, id eſt, parvorum curam, ſed imò contrarium univerſum facit. Iurant autem ea ſuperflua eſſe. Non enim dixit, & quod extra eſt mandato, ſed quod intus & omninò illud ſequitur. Hoc autem neque de calice & paropſide dixit, ſed de anima & corpore diſputat.* Hæc ille.

CIRCA QVOS ARTICVlos Dictæ ſynodi nos declaramus.

CIRCA verò aliquos articulos prędictę ſynodi nos declaramus, quia circa doctrinam veritatis catholicæ, verbis ſic ordinatè conceptis incedendum eſt, quod nulli ſit in futurum offendiculũ, undè aliquis poſſit habere occaſionẽ erroris, ideò, quia circa tertium articulum, ubi dicitur, ſub *duplici ſpecie* panis ſcilicet & vini poſſet

posset esse offendiculum, quia ex illo posset sumi occasio credendi desitionem in sacramento altaris substantiæ panis & vini, & remanentiam fore ibi tantummodò accidentium, & similiter ex illo ubi in posterioribus subditur, omnes fideles & corde fidelissimè credant, & ore sinceriſſimè confiteantur totum dominum Iesum Christum verum Deum & hominem cum suo propio corpore & sanguine naturaliter nobiscum esse sua præsentiâ reali, posset sumi occasio credendi, Christum Iesum esse in sacramento altaris secundum omnes proprietates sui corporis, tam essentiales, quam accidentales, consequentes idem ipsum corpus in cœlo in dextera Dei sedens, aut ad sensum scholasticorum doctorum, ponentium corpus Christi sic esse in sacramento, quod ille modus præsupponeret desitionem substantiæ panis, & conversionem substantialem ipsius in corpus Christi, quod magistri aliqui cum Sacerdotibus, in dicta

synodo

ſynodo congregati, ut timemus, intẽdunt. Idcircò dicimus, quod ſecundum ſcripturæ ſacræ ſententiam, ſanctorum documenta doctorum, catholicè eſt credendum & ore ſinceriſſimè confitendum, totum Ieſum eiuſque verum corpus & ſanguinem in ſacramento altaris eſſe veraciter, ſacramentaliter, ac ſpiritualiter veri panis ac vini remanente ſubſtantia, non autem cum omnibus proprietatibus, tam eſſentialibus quàm accidentalibus conſequentibus idem ipſum corpus in cœlo in dextera Dei ſedens, nec ad ſenſum ponentium corpus Chriſti ſic eſſe in Sacramento, quod ille modus præſupponeret deſitionem ſubſtantiæ panis & converſionem ſubſtantialem ipſius in corpus Chriſti, ad quem omnis fidelis in mẽté debet attendere, ſuſpenſa conſideratione circa naturam materialium ſubſtantiarum ſacramenti, cùm ſolicitudo fidelium verè adorando, genu flectendo & cogitando eſſe debeat in imitatione ſalvatoris noſtri,

noſtri, & devotione ad eius corpus, quod ſurſum eſt, quod etiam modo prędicto, eſt in ipſo venerabili Sacramento. Similiter circa articulum ſeptimum, qui eſt de ſeptem ſacramentis, quia circa illa duo advertuntur. Vnum inſtitutio Chriſti, in quantū videlicet à Chriſto in ſua puritate & ſubſtantia ſunt inſtituta & per Apoſtolos practiſata, aliud verò, ſenſus impertinentes & impertinenter circa illa introducti, & ſic poſſet eſſe offendiculum, ideoque pro illa materia *circumſtantionanda*, dicimus, quod de ijs ſic catholicè eſt tenendum, quod Baptiſmus, manuum impoſitio, pœnitentia, ordo, cœna dominica, matrimonium, & infirmorum unctio, quæ vocantur communiter Sacramenta, & ſi qua alia ſunt in lege, quæ eadem ratione debent dici Sacramenta, ſicut aliquod ex his ſeptem in authoritate ſenſuque Chriſti, fide ac ritu primitivæ Eccleſiæ, cuius rectores erant Apoſtoli, fuerunt & ſunt capacibus multum utilia,

utilia, non tamen sic simpliciter necessaria, quin aliquando sine susceptione talium in signo sensibili fiat salus. Similiter circa articulum nonum, qui est de iejunijs, ne ex multiplicitate jeiuniorum in populo christiano, ex institutione diversorum huc usque observatorum, populus gravetur, ut ultra libertatem legis oneretur, aut idolatriam incurrat, circumstantionanda sunt. Dicimus ergò, quod jeiunia à lege Domini commendata tam ex lege veteri, quàm nova meritoriè observanda, ipsi volumus observare, & nobis subditos ad observandum tenere, optantes ut totus populus Christianus, nedum ea, sed & alia ab Ecclesia rationabiliter & divinitus inducta, Domino complacenter ac sanctis de primitivis conformiter non observantiæ superstitione, sed virtute continentiæ jeiunare, libertate tamen & lege utentibus semper salva.

Quibus

QVIBVS ARTICVLIS Dictæ ſynodi non conſentimus, niſi habita eorum vera ex lege Dei probatione.

ALIQVIBVS autem articulis dictæ ſynodi non conſentimus, niſi ex ſcriptura ſacra expreſſa, & ſententijs Doctorum ſe in eadem veraciter fundantium, ſciverint nobis oſtendere & probare, quod ſub æterna damnatione ſumus obligati illos pro fidei articulis tenere & promovere, quorum duodecimus in numero de loco purgatorij poſt hanc vitam animarum à corpore exutarum & ſalvandarum. Alius decimus nonus in numero, de invocatione Sanctorum in cœlis pro ſuffragijs eorundem & interceſſione, alius verò ſedecimus, qui eſt in numero de dedicationibus Eccleſiarum celebrandis, cũ non videamus quod ex aliqua propoſitione ſacræ ſcripturæ ſequatur inevitabiliter purgatorium poſt hanc vi-

tam

tam animarum, quod communiter promovetur esse, quod sancti in cœlis à viantibus pro suffragio & intercessione deberent necessariò invocari, vel quod tempore legis gratiæ post promulgationem Euangelij ad dedicationes modo usitatas Basilicarum observandas, obligentur, nec ipsum datum est primarium significatum alicuius partis sacræ scripturæ, ideò non videtur nobis ad prædicta simpliciter sine probatione debitâ, consentire.

CIRCA QVOS ARTICVlos dictæ synodi circa simile ius ab ipsis optamus relinqui, quod ipsis fieri ab alijs elegerant.

CIrca alios verò optamus ab ipsis circa ius simile relinqui, quod ipsi sibi ab alijs fieri elegerunt, iuxta regulam Salvatoris dicentis: *Quodcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*, cum ergò pro parte sua decreverunt, quod circa ritus Ecclesiasticos illa quæ sunt ex certis causis omissa in

communitatibus quod hæc habeantur & teneantur ijs temporibus pro omiſſis, niſi magis rationalis & utilis cauſa interveniat, pro ijs in generali ſynodo ex unanimi conſenſu reſumendis. Optamus circa idem jus relinqui, ut quos ritus Eccleſiaſticos ex certis cauſis omiſimus. In miſſa circa ſacramentum baptiſmatis & extremam unctionem cum tonſura & cęteris obſervatis ijs quæ ad præmiſſa de ſubſtantia & neceſſitate requiruntur, in communitatibus noſtris habeantur & teneantur ijs temporibus pro omiſſis, niſi magis rationabilis & utilis cauſa interveniret, pro ijs in generali ſynodo ex animi conſenſu reſumendis.

FINIS.

IDEM CONCILIVM PRAgenſe huſſitarum fide Cochlæi, quia à priore variat, apponimus ut candorem noſtrum Lector videat.

IN

IN Nomine Domini Amen. Incipit Sancta Synodus, habita & rite celebrata, de Anno Domini Mccc xxxi, die vii mensis Iulij, in inclyta civitate Pragensi, sub Conrado Archiepiscopo, eiusdem civitatis Pragensis, & sub potestate & mandato Magnificorum & nobilium Dominorum, *Magnatorum* Comitum, Baronum, nec non Magistrorum, civium & communitatum eiusdem civitatis Pragensis, ac militum, clientum civitatum & aliarum communitatum Christianissimi Regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ, convenientibus ad illam ferè ex universis districtibus, clericis ejusdem Regni Bohemiæ, & Marchionatus Moraviæ: & præsidentibus in ea Magistris.

Iohanne de Pryibram,
Procopio de Pilyna,
Iacobo de Misna,
Iohanne de Nova civitate,

Statuentibus & exponẽtibus communi consilio totius Cleri, & consen-

 su uni-

ſu uniformi, has ſalubres & Eccleſiaſticas regulas, ut omnes Clerici prædictarum, civitatis & Diœſis, noverint, quid debeant in futurum obſervare.

Explanatio fidei ipſius Sanctæ Synodi.

I De Scriptura, Symbolis fidei, Eccleſia primitiva.

In primus pio & fideli corde credimus, & integra mente credendum & aſſeverandum affirmamus, omne Verbum S. Scripturæ, Veteris ac Novi Teſtamenti, ſanctum & Catholicum, ac ab univerſis Chriſti fidelibus venerandum & tenendum toto corde, aſſeveramus & nunciamus

Item ſymbolum Apoſtolorum, Symbolum Magni Concilij Niceni, Symbolum Athanaſij, unà cum omnibus alijs ſymbolis Catholicis, in primitiva Eccleſia tentis & promulgatis, fideliter & ex integro credimus, & credendum ab omnibus aſſeveramus.

Omnia-

Omniaque Decreta, ſtatuta ſancta rationabilia & Catholica Apoſtolorum & Eccleſiæ primitivæ, quam pro matre & Magiſtro fidei Catholicæ honoramus, & à qua diſcedere nefas putamus, tenenda & obſervanda decernimus, & mandamus, ita ut quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſervavit antiquitas, nos quoque ſervemus & cuſtodiamus.

II. De Gubernatoribus & Directoribus univerſi cleri Diæceſium Pragenſis, Olumucenſis, & Lythomiſſenſis.

Item pro univerſo ordine, & honeſtate totius Cleri noſtri cuſtodienda & retinenda, omnique præſumptione in clero huius regni compeſcenda, dignum duximus, eligere quatuor viros idoneos, ſcientia & vita comprobatos, Principales & Capitales, ſupremoſq; Cleri gubernatores, directores & Miniſtratores in ſpiritualibus, cum conſenſu Reverendiſſimi in Chriſto

patris, Archiepiſcopi Pragenſis, ſcilicet Magiſtrum Iohannem Pryibram, Magiſtrum Procopium de Pilyna, Magiſtrum Iacobum de Miſna, & Iohannem prædicatorem de Nova civitate. Quorum directioni, diſpoſitioni & vocationi, in omnibus licitis & honeſtis parere & obedire, ſincerè Promittimus & ſpondemus, dando & concedendo plenam & omnimodam ſuper nos poteſtatem, omnes injuſtos & rebelles caſtigandi, puniendi, dirigendi, deponendi, mutandi vel alienandi, & quomodolibet aliter, exigente ordine & juſtitia, peragendi.

III De habenda ab omnibus Lege Domini ſcripta, diſcenda & promovenda.

Item, quod omnes Sacerdotes totam Legem domini ſcriptam ex integro, aut ſi nullatenus poſſunt, ad minus novam Legem habeant, & ipſam tota ſollicitudine legant & diſcant, & in ſe & normam & vitam Euangeli-

cam

cam & Apostolicam, nec non in alijs studiose promoveant. Verbum Domini jugiter predicando, & constanter promulgando.

IIII. De novitatibus absque ratione non inveniendis.

Item, quod nullus Clericorum aliquam novitatem inconsuetam, Contra, Euangelium aut nova antiqua sanctorum Patrum præcepta & Decreta rationabilia audeat incipere & docere, aut prædicare, sed ipsam ad prædictos Regni gubernatores & directores, aut ad Synodum Provincialem deferat, & ipsam approbet aut ostendat, & præsertim articulos contra sacratissimam Eucharistiam, & alia concomitantia, & per universitatem & Clerum pragensem prohibita, quæ & nos prohibemus, ut nemo tenere præsumat aut docere.

V De fide Eucharistiæ, & eius promotione.

Item quod omnes Sacerdotes, in diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & corde fideliſſimè credant, & ore ſinceriſſimè confiteantur, tam ſub forma panis, quàm ſub forma Vini, totum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Deum & hominem, cum ſuo proprio corpore & ſanguine, nobiſcum eſſe ſua preſentia reali. Sicque ab omnibus tenendum fideliter populo nuncient, & credendum. Ejuſque ſacratiſſimæ Euchariſtiæ communionem diviniſſimam, ſub utraque ſpecie Vini & Panis, quotieſcunque Spiritus Domini ſuggeſſerit, ſanè ſemel tantum quotidie, aut aliàs dierum intervallo Chriſti fidelibus univerſis, tam ſanis quàm ægris, tam adultis quàm infantibus, cum ingenio & pietatis conſilio effectualiter exequendam, promoveant, & velut donum omnium gratiarum, ardentiſſime populo recommendent.

VI De ordine & ritu Miſſæ, juxta decreta ſanctorum obſervanda.

Item,

Item, quod ordo & officium Sacræ Missæ, in omni ritu & gestu, ab Ecclesia primitiva * evacuato & exemplato, & à sanctis primitivæ Ecclesiæ approbato, tento, & in habitu communi, quem alij *Orarium*, alij ornamenta apellant: circunscripta ab eis omni superfluitate, semota & preciositate, ab omnibus & singulis sacrificantibus, nisi necessitas inevitabilis prepediat, diligenter observetur.

* Fortè emanato.

VII Quod circa omnia Sacramenta, Eucharistia est conferenda.

Item, statuimus, quod circa ministrationem omnium sex Sacramentorum, Sacramentum Eucharistiæ, velut virtus & confirmatio eorundem, non deseratur, sed concurrat & ministretur, Quia teste B. Dionysio, nullum Sacramentum rite celebratur, in quo Eucharistia non sumitur.

De Ecclesiastica Hierarchia, c. 3.

VIII Quod nullus Sacerdos debeat civiliter & sæculariter dominari.

Item quod nullus Sacerdos Christi su-

sti, super prædijs, agris, domibus, censibus, aut quibuscunque alijs proventibus & possessionibus, civili & sæculari jure dominetur: sed verius & ad normã Euangelicæ paupertatis & vitæ Apostolicæ Victu & amictu moderato contentetur. Ipsas autem Eleemosynas, & facultates Ecclesiæ appropriatas, & dotationes temporales sive perpetuas, nemo secularium dominorum per se usurpare debet, aut auferre.

* Conventoribus.

*IX. De conductoribus & * Conventibus.*

Item, quatenus amodo nullus Clericus audeat res Ecclesiæ, quascunque in mercede convenire, propter avaritiam & damnosam sollicitudinem annexam. Sic nec sollicitudinem circa patrimonalia exercere, Nicæno concilio hoc statuente.

X De omnibus peccatis mortalibus destruendis & cohibendis.

Item, statuimus in Domino Iesu Christo,

Christo, & sub æterna damnatione denũciamus, quatenus quilibet Christi Sacerdos omnia peccata mortalia, publica lege Dei prohibita, toto conatu & absque omni desidia, in se & omnibus alijs, diligenter & pro posse, evitare, destruere, evellere, disperdere & dissipare debeat: nec aliquid hujusmodi malum, per omnia pericula rerũ & corporum suorum, in se & in suis subditis negligens permittere, ignorare aut tolerare.

*XI De nihil accipiendo & exigendo, * à Septem Sacramentis.* * De.

Item, quod nullus Sacerdotum Christi, à septem Sacramentis, aut pro septem Sacramentorum ministerio, immo nec extra ministerium omnium Sacramentorum, & alijs omnibus spiritualiter annexis, pecuniam aliquam aut dona accipiat aut exigat. Nec sub obtentu Religionis cuiuscunque pro Orationibus recipere audeat.

XII. De

XII De non cohabitando mulieribus.

Item, quatenus nullus Sacerdos cũ mulieribus, maxime juvenibus, nedum cohabitationem, ſed nec converſationem habeat, nec colloquia aliqua miſceat, nec domus earum, niſi ſalubris cogat neceſſitas, ex Apoſtoli præcepto viſitet, ſed devitet.

XIII. De clerico in fornicationem lapſo.

Item, ſi quis Sacerdos in fornicationem lapſus fuerit, quod ad unum annũ in carcere detentus puniatur. quod ſi pluries lapſus fuerit, quatenus degradetur, & ab officio perpetuo ſuſpendatur.

XIIII. De hoc quod Sacerdos debet differre à Laicis veſte, Tonſura & geſtu.

Item, clericus profeſſionem ſuam etiam habitu & tonſura à communi populo differẽti, geſtu & inceſſu probet. Sed nec veſtimentis, nec calceamentis

mentis decorem, sed tantum Religionem quærat.

XV. De clerico scurrili aut Maledico.

Item, clericum scurrilem aut maledicum, & vanis & turpibus joculatorem, aut malificum, ab officio dicimus removendum.

XVII De Clerico percussore,

Item quod clerici seditionarij nequaquam ordonentur. Et si in ordinibus fuerint, degradentur.

XVIII De confessione auriculari non prohibenda.

Item, nemo homines vere pœnitētes, humili corde peccata sua confiteri presbyteris affectantes, quavis temeritate ab eodem præsumat repellere, aut prædictam confessionem velut illicitam, aut vim clavium, quibus peccata verè pœnitentibus, à Domino Iesu Christo * mysterialiter remitti creduntur, satisfactionis quoque remedia salu-

* Lego, pro Sacerdotem ministerialiter.

ſaluberrima, quoquomodo audeat prohibere.

XIX De fonte Baptiſmi & Chriſmate in Eccleſia retinendis.

Item, quod Eccleſiarum directores, fontem Baptiſmi temporibus licitis conſecratum, oleum quoque ſacrum cum Chriſmate in Eccleſijs ſuis habeant, & habenda prouideant. Et ſolitis modis ungendi, interrogandi & reſpõdendi, & exorcizandi infantes baptizent, & Baptizatos mox, ſi idonei ſunt & cibi capaces, Sacramento corporis & ſanguinis Domini communicent.

XX, De Clerico adjudicando, à Laicis non defendendo.

Item, ſi quis cuiuſcunque honoris Clericus, judicio Epiſcopi, aut illorum Electorum, quocunque crimine fuerit dãnatus, non licet eum cuicunq; laico quovis modo defenſare, ſed Eccleſiaſtico judicio obtemperare.

XXI. De

XXI. De modo orandi & legendi Clericorum.

Item, quod quilibet Christi Sacerdos, cui tempus & locus facultatem dant, ad horas canonicas sit obligatus, nisi meditatione aut studio, & legẽdi, aut alia utiliore inevitabiliter sit perpeditus necessitate. quod si quis otio vacaverit, tempus per quod aut orare aut studere potuit, vane consumpserit, sit anathema.

XXII De quibusdam rationabiliter omissis.

Nunciamus, propter pericula aliqua futura evitanda, quod circa ritus Ecclesiasticos, illa quæ sunt rationabiliter ex certis causis omissa in communitate Pragensium, quod hæc habeantur & teneantur pro omissis, nisi magis utilis causa interveniret pro tali ritu resumendo. Hæc ergo sãncta & rationabilia statuta & Decreta statuimus, immò potius antiqua statuta * Concilia, & sanctorum præcepta renova-

* Concilio-rum.

novamus : proteſtantes in his omnibus, quod per illa in nullo fidei orthodoxæ Domini noſtri Ieſu Chriſti intendimus derogare. Sed ſi de contrario aliquo eorundem melius docti fuerimus, parati humiliter ſumus emendare. *Hactenus ſynodus.*

Hæc ſynodi Decreta omnes qui emũctioris naris ſunt, vidẽt pauciſſima tantum habere, Romanæ Eccleſiæ dogmatibns adverſantia : nõ ergò mirum eſt, quod Waldenſes & Taboritæ his Decretis, quod notavit Cochlæus, ſtare noluerint, & quod nullis tractatibus aut congregationibus publicis in concordiam cum Pragenſibus reduci potuerint, licet hoc ſæpius fuerit tentatum à civitatibus Regni. Nunc ipſos Articulos Pragenſium, quos Taboritis oppoſuerunt ordine proponemus.

Lectori S.

Lectori Salutem.

STudiose lector, quia Æneas Sylvius, epistola CXXIX. describit collationem quandam suam, quam apud Taboritas divertens, cum eorum Theologis, & Principe GEORGIO *habuit, nos (quia ad cognitionem fidei Taboritarum facit) eam quoque hoc loco inserendam censuimus, sed meminerit Lector, multa hic ex hostili animo, non secundum veritatem, ab hoc autore referri, de quibus nos in Notis (si Deus volet) pluribus dicemus.*

REVERENDISSIMO IN CHRISTO, ET COLENDISSIMO Patri, Domino Iohanni de carvajal, SS. Romanæ Ecclesiæ S. Angeli Diacono Cardinali,

ÆNEAS EPISCOPVS SENENSIS S. P. D.

QVAMVIS apud Bohemos Apostolicæ sedis legationem obieris, & omnes illius gentis mores opinionesq; noscas: tamen quia perversi quidam homines novos indies errores cudunt, & ego nuper iussu Cæsaris in Bohemia fui, cognovique bonos & malos; & multa cum eis contuli, & audivi mul-

ta quæ ſedem Apoſtolicam intelligere non eſt inutile, decrevi quæ hac in via mihi contigerunt, tuæ Dignationi perſcribere. Quod ſi magnam papyrum implevero, non tamen erit arguenda narratio: quia res plurimas non poteſt brevis Epiſtola comprehendere, & cavendum eſt, ne fiam obſcurus, dum brevis eſſe laboro. Prætermittam nihilominus locos illuſtriores. Adhibeat mihi benignas aures tua modeſtia, bonique conſulat ſi liberius ſcripſero quam tuæ Dignitati par ſit. Nam verus noticia & vſura, quæ inter nos olim fuit, audacem me facit. Sed incipiam iam narrare: quia nulla eſt mihi de tua benignitate dubitatio, quæ ſolet omnia in partem recipere meliorem. Cum ergo per hos dies de Noua Domo verſus Pragam iter agerem, eſſentque mihi collegæ nobiles, Albertus de Eberſtorf Baro, Procopius de Rabenſtain, & Hēricus Truchſes, equeſtris ordinis milites, ex uſu viſum nobis eſt (quia raptores & inſidias timebamus) apud Taboritas potius quam in apertis villis pernoctare, ac luporum magis quam leporum ſequi fidem. Præmiſimus igitur qui Taboritas accederent, atque ab his iuſhoſpitalitatis expeterēt. Acceperunt hæc lætis animis Taboritæ, dederuntque fidem, atque obviam venerunt. Res ſpectaculo digna fuit, ruſticanum & incompoſitum vulgus quamvis vrbani viderivelint: Frigus erat, pluviale tempus (nam Bohemia ſæpe miſcet æſtati hyemem) Ex illis aliqui nudi erant, ſolis tecti camiſiis, alii pelliceas tunicas induerāt, alii ſella carebant, alii freno, alii calcaribus: alteri crus ocreatum fuit, alteri nudum: Huic oculus defuit, illi manꝰ, & (ut Virgilianis vtamur verbis)

Fœdum

Fœdum videre fuit *populataque tempora raptis Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.* Incedendi nullus ordo, loquendi nulla modeſtia, barbaro & ruſticano ritu nos excepere unt. Obtulerũt tamen xenia, piſces, vinum, cerviſiam. Sic oppidum ingreſſi locum vidimus. Quem niſi Hæreticorum arcẽ aut aſylum vocem, neſcio quo appellem nomine. Nam quæcunque deteguntur inter Chriſtianos impietatis ac blaſphemiarũ mõſtra, huc confugiunt, tutamentũque habent: ubi tot ſunt hæreſes, quot capita, & libertas eſt, quæ velis credere. In exteriori civitatis porta duo fuerũt ſcuta, in altero pictura erat Angeli calicẽ tenentis, quaſi communionẽ ſub ſpecie vini ſuaderet populo: in altero Ziſca pictus fuit homo ſenex & vtroque lumine caſſus. Hic olim Dux Taboritarum fuerat, & alterũ oculũ in pueritia perdiderat, alterum hoſtili ſagitta confixus amiſit. Ab hoc ſæpe victos fideles aiunt, ſæpe Chriſtianorũ cędes factas, complures civitates exuſtas, diruta monaſteria, ſacras ędes incẽſas, proſtitutas virgines, ſacerdotes occiſos. Quem Taboritę non ſolũ monoculum, ſed cęcum quoque ſecuti ſunt ducẽ, neque abſurdè. Nam tali populo qui nihil divinitatis intelligit, nihil religionis tenet, nihil ęqui rectique videt, quis ducatum prębere debuit niſi cæcus? impletum eſt illud Salvatoris in eis: *Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt.* Hic dum morti proximus eſſet, conſultarentque, Taboritæ quẽ poſt ſe principem deſignaret; *Poſtquam*, inquit, *animus a me fugerit, excoriate corpus meum, & carnes date volucribus. Ex corio vero tympanum facite, atque hoc in prælio ducem habete. Nam quoniã locorum Teutones ſonũ eius audierint,*

mox terga dabunt, Ziſcham in tympano formidantes. Hic poſtquam obijt, Taboritarum alij Procopium ſibi ducem elegerũt, alij in tantum illius memoriam dilexerunt, ut neminem dignum exiſtimarent, qui tanto duci ſuccederet: aſpernatique principem, Orphanos ſeſe vocabant, quaſi patre carentes atque orbatos, ut qui cæcitatem non vivam tantum, ſed mortuam quoque collendam cenſebant, & inferos uſque ſequẽdam. Hunc autem veluti numen Taborenſes habent. Et quamvis picturas omnes abominentur, huius tamen picturam religioſe colunt, & honorem quem Chriſto negant, contendunt Ziſchæ. Horum ſecta peſtifera & abominabilis eſt, ac ſummo digna ſupplicio. Romanam Eccleſiam nolunt habere primatum, aut proprij Clerum habere quicquam: Imagines Chriſti ſanctorumque delent: Ignem purgatorium inficiantur: Nihil ſanctorum preces iam cum Chriſto regnantium prodeſſe mortalibus aſſeverãt. Feſtum diem præter Dominicam & Paſchalem non agunt. jeiunia ſpernunt, horas Canonicas abijciunt: Euchariſtiam ſub ſpecie panis & vini, & parvulis & dementibus præbent. Conficientes nihil præter orationem Dominicam, & verba conſecrationis dicunt, neque veſtimenta mutant, neque ornatus aſſumunt aliquos. Quidam vero eo uſque deſipiunt, ut non verum Chriſti corpus in ſacramento altaris, ſed repræſentationem quandam eſſe contendant, errantis Berengarij non converſi ſequaces, Ex ſacramentis Eccleſiæ, Baptiſmum, Euchariſtiam, Matrimonium, ordinemque recipiunt. De pœnitentia parum ſentiunt: De confirmatione & extrema unctione nihil: Monachorum religionibus

Thaborita rum dogmata.

infe-

infestissimi sunt, inventionesque Diabolicas asserunt esse. Baptisma simplicis undæ volunt: Nullam aquam benedicunt: Cimiteria non habent consecrata. Cadavera mortuorum in campis, & (ut digna sunt) cum bestijs sepeliuntur: vanumque censent orare pro mortuis. Ecclesiarum consecrationes derident, & in omnibus locis passim conficiunt sacramentum. Nulla maior his cura est, quam sermonis audiendi. Si quis negligens est domique torpet, aut negotio ludove vacat, dum sermo est, virgis cæditur, & intrare ut verbum Dei audiat compellitur. Est illis domus quædam lignea, similis horreo ruris, hanc Templum appellant. Hic populo prædicant: hic legem per omnes dies exponunt: hic altare unicum habent, neque consecratum, neque consecrandum, ex quo sacramentum, plebibus exhibent. Sacerdotes neque coronas ferunt, neque barbas tondent. His Taboritæ, frumento, cervisia, lardo, leguminibus, lignis, & omni supellectili necessaria publicè domum complent, & addunt in singulá capita singulis mensibus sexagenam, ex quo pisces, carnes recentes, & (si velint) vinum emant: in altari nihil offerunt. Decimas omnes damnant: primitiarum neque nomen, neque rem tenent. Non tamen concordes sunt in una fide: sed aliter isti, aliter isti sentiunt: Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno. Hos tamen sacrilegos & sceleratissimos homines, Sigismundus Cæsar civitate donavit & quos exterminare decebat, aut in ultimas terras ad fodiendos secandosque lapides, humani generis omni commercio privatos relegare, liberos fecit, minimo tributo contentus. Quæ res non sibi tantum, sed

Sermo.

Templum.

regno quoque maximo dedecori fuit : quia sicut modicum fermenti totam massam corrumpit sic fex illa hominum totum nomen gentis Bohemiæ fœdat. Sed accipe nunc vrbis situm, quia fuisti loco proximus, Intueri mœnia potuisti, quæ duplicata cingunt vndique civitatem? munita turribus & propugnaculis. Collis est in occidentem extensus, nulla ex parte vicinis altior campis, sed præruptis hinc atque inde rupibus tutus: hunc vno ex latere fluvius alluit, quẽ accolæ Luznize vocitant : ex altero riuus est tenuis aquæ, sed profundus, & aditu difficilis, is quasi vellet ante oppidum ingredi maiorem fluvium, in angustias viginti passuum collũ restrinxit, & penetrasset (vt arbitror) montem, nisi saxis durioribus impeditus iter flectere coactus fuisset. Virtitur ergo ad dexteram rinus & ambiens oppidi magnam partem, tandem fluuio, qui reliquam portionẽ circundedit, finito colli miscetur. Sic civitas ex omni parte rupibus & aquis munita, vno tantũ loco per planum habet accessum, sed arctum & ingenti fossa & latiori muro defensũ. Tres hic portæ sũt, priusquam vrbem ingredieris. In priori vero propugnaculum est, cuius muri viginti pedes latitudinis habent, altitudinis duplũ. Machinas belli plurimas victis hostibus, excisisque civitatibus obtinuerunt, quas in foro ad terrorem vicinæ plebis ostentant. Domorum parietes aut lignei sunt, aut lutei: at nullo platearum ordine distinctæ, sed ad casum positæ. Nã sicut olim tentoria passim locarunt, sic postea domos erexerũt. Multa illis & pretiosa supellex est, & divitiæ inter eos plurimæ sũt. Multarum enim gentium spolia in vnum locum congessere. Voluerunt hi quondã Ecclesiæ more primi-

Lusnit-: flu.

re primitivæ in omnibus vivere, & in cõmuni tenebant omnia: Fratres se invicem appellabant; & quod uni defuit, alter subministravit. Nunc sibi quisque vivit, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Brevis feruor charitatis, brevis imitatio fuit: sed priores Christi discipuli, & qui nascentis Ecclesiæ fundamenta iecerunt, quæ propria prius habebant, fratribus communicabant: nihil alieni recipiebant, nisi sponte & amore Christi donatũ. Taboritæ vero hæreditates alienas expilabant, & quæ violenta manu rapuerunt, hæc tantum in commune dederunt: nec si speravere, potuerunt. * Reversi ad ingenium, avaritiæ iam omnes student. Et quia rapere ut olim, nequeunt, (nam languidores facti vicinos timent) lucris inhiant mercaturæ, sordidosque sequuntur quæstus. Sunt in civitate quatuor millia virorũ, qui possent educere gladiũ: sed artifices facti lana ac tela ex magna parte victum quærentes, inutiles bello creduntur: prædia nulla hi serant, sed nobilium & monasteriorum villas invaserunt: quas sibi postea Sigismundus (nescio an divinæ legis & humanæ perversor idcirco dici posset) perpetuo iure possidẽdas adscripsit. Intellexisti quæ sit hæc civitas, qui mores huius populi, qui situs oppidi, qualis hæreticorum senatus, qualis nequitiæ synagoga, quale domiciliũ Satanæ, quod templum Belial, quod regnum Luciferi. Hic ergo cum pernoctassem, & ab hospite meo cuncta quæ iam scripsi vera esse didicissem, hortabar hominem tantis ut erroribus renuntiaret. Nõ erat hic omnino durus, neque monitiones aspernabatur, & habebat in penitiori thalamo beatæ Virginis, & Christi salvatoris imagines, quas occultè colebat. Credo nisi timeret amissionẽ bo-

norum(nam dives est) publicè ab illa insania resiliret. Sed malunt animam pleriq; quam opes perdere, & multi propter pecunias periêre. Idcirco Salvatoris voce, facilius dicitur camelum per foramẽ acus transire, quã divites adipisci regna cœlorum. Incrastinum cum venissent ad nos tã sordidæ civitatis magistratus, & gratias agerent, quia visitassemus eos, & urbani magis verbo quã mente viderentur: dico ego ad collegas meos: *Peccavimus fratres, genti peccatrici & inimicæ Dei communicavimus. Non putavi tantos hic esse, quantos errores invenio. Credebam solius ritu communionis hunc populum à nobis esse secretum: sed nunc expertum habeo, hæreticum esse populum hunc, infidelem, Deo rebellem, nihil pensi, nihil religeonis habentem. Quapropter si volumus conscientiæ satisfacere, necessarium est his aliqua dicere, ne sua nobis facta placere putent, & apud vicinos glorientur, Romani Regis sibi legatos communicasse.* Assentiebatur mihi Procopius, & utile consilium dicebat. Sed Australibus terrore plenis, & leporino corde præditis, persuaderi sententia mea non potuit; quamvis verba sic efferre proposuissem, ut nulla irritatio populi timenda esset. Recessimus ergo, & licet dies Dominicus esset, divina tamen officia negleximus, ne communicaremus hæreticis. Erat animus mihi Pragam videre, urbem fama celebrem, regnique caput. Sed pestis illic vigens grassabatur, nec minus quam ducenta capita per singulos dies auferre dicebatur, Ob quã rem terrefacti proceres qui convenerant, congregationem soluunt, & ad villam Benedicti * sese transferunt, quinque & viginti millibus passuum à Praga distantem. Interea & Barbara Imperatrix, quæ fuit Sigismundi coniuncx, Frederici Comitis

* sup. *Bene schavia.*

Ciliæ

Ciliæ ſoror, diem obiit: cuius corpus Pragam delatum in caſtro ſepultũ eſt. Cordata mulier fuit, ſed futuræ vitæ (vt aiunt) parum credula. Nunc ſi piè vixit, mercedẽ habet. Sunt qui defunctam bene, & vt Chriſtianam decuit, ſupremum ſpiritum emiſiſſe dicunt. Cum veniſſemus ad villam Benedicti, regni conventum illic reperimus. Barones autem erant, Georgius de Conſtat & Codiebrat: Henricus de Roſenberg: Alſcho & Zdenko, & Petrus de Sternberg Zdenkohaſ. Ioannes de Zimriſ: Ioannes de Chiabelis, Zdenko Koſska: Ioannes de Malouuiz: Ioannes de Radoch, & Barones alii quamplures. Ciuitatum Oratores aderant: ex Praga, ex Cuthnie, ex Pilzna, ex Luna, ex Colonia, ex Glatobia, ex Gretz, ex Lytobirzitz, ex Flana, ex Satz, ex Budeis, ex Tabor, & erant hæretici & catholici ſimul mixti. Vidiſſes illud Eſaiæ completum: *Illic vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum.* Proceres regni ex magna parte ſequuntur Romanam Eccleſiam. Ciuitates vt plurimum aut Taboritas, aut Rochezanam ſequuntur. Venerunt ad nos plurimi ex ambabus partibus, & alteri alteros accuſabant. Quia verò cõventus ille noſtri cauſa tenebatur, vt audiret quæ Cæſar ad petitionẽ regni reſponderet, fuimus tribus diebus in tractatu cum eis: quartaque demum die & illi noſtram intentionem ad vltimũ intellexerunt, & nos illorum propoſitum cognouimus: dimiſſumque conſilium eſt. Prius tamen allatæ fuerant Marchionum Brandenburgenſiũ literæ, quæ conventum inter Regni proceres, & legatum Apoſtolicum S. Petri Cardinalem petebant ad res Eccleſiæ componendas. Placuit id nobis, & apud ambas partes verba fecimus, quibus conventionẽ

ſuadebamus. Accepta conditio eſt : dies ad feſtum diviMartini,locus conventionis in Litomericia dictus. Mediatores inter Cardinalem & regnũ Marchiones recepti. Faxit Deus ut finis diſcordiarum fiat,ut refloreat in Bohemia fides , & errorum plena,religioſæ veritatis ignara,iam tandem ad veræ religionis candidã lucem de profundo tenebroſæ ſuperſtitionis emergat. Ad quam rem,ut nos quoque pro virili noſtra iuvamẽ adiiceremus,rogaui Procopiũ ,inter me atque Georgium * fidelis ut interpres eſſet Nam magnum illum & potentem virum,quem regni pars maxima ſequitur,ſi concordiæ cupidũ inveniſſem,adduci cæteros facile poſſe credebam. Fuimus diu ſimul.Quæ locuti fuimus adinvicẽ,nuncreferam Vtque ſim brevior, neque opus ſit verbis *inquam*, & *inquit*,ſæpius uti,proponam verbis meis nomẽ meum,& verbis illius nomen ſuum,ſicut &Ciceronẽ & pleroſque factitaſſe reperio, qui collocutores in ſuis opuſculis introducunt.Sic enim, me iudice , brevior & dilucidior oratio redditur.Sed audi iam dialogũ. AEN. Quod te alloqui volui, vir magnifice,neque privata res eſt,neque parua, ſed regni huius quietem tuumque magnũ bonũ concernit:quam ſi vis audire,mox tibi exponam. GEOR. Cupio audire , dicito quæcunque libet. AEN.At ego in charitate nõ ficta loqui volo,quæ nihil reticet , & ſumma utitur libertate. GEOR. Hoc expeto,loquere. AEN. Regnum hoc olim florentiſſimum fuit , & inter occidentalia regna ditiſſimũ.Viguerũt hic religiones, & omniũ bonarũ artium ſtudia claruerunt.Nunc inops regio eſt,concuſſa, lacera.Cur hoc ſane? quia non poteſt veritas noſtra mentiri, dum apud Euangeliſtam

* *Pogiebracium.*

ſtam dicit: *Omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & domus ſuper domum cadet.* Vos Bohemi non ſolum invicem diviſi eſtis, verùm etiam ab ipſa Chriſtianitatis maiori parte ſecreti. Nec Romanam auditis Eccleſiã, quamvis mater eſt, & magiſtra fidelium: neque mandata Conciliorũ recipitis. Quod ſi unitatem Eccleſiæ amplecteremini, & in domo Domini ambularetis cum conſenſu, facile regnũ veſtrum priſtinam dignitatem ſplendoremque ſuum reſumeret. Tu ergo qui regni populos quo vis trahis, fac tibi nomẽ grande, fac ut te ſedes Apoſtolica diligat: redde ſibi filios, quos Satã abduxit. Hauriat ex fonte riuus aquas ſuas, ne præciſus areſcat. Redibũt omnes, & Romanam Eccleſiam venerabuntur, ſi volueris. Te Romanus pontifex, te Cæſar in primis carum habebit: cumque Ladislaus in regnum venerit, te tutorem, te patrem appellabit, tibi maximas gratias aget, qui ſibi pacatam provinciam reſtitueris, errorib. expurgatam, pace quietam, ornatam moribus, fide ferventem. Conſequeriſque nõ tu ſolus gloriam, ſed & poſteri tui, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis, ob eam rem ſemper habebuntur honori: eritque memoria nominis tui ſempiterna, & fixus tuæ familiæ ſtatus, qui vera virtute creverit. Tranſiturus ex hac vita ad meliorem migrabis, lucidas ſedes accipies, beatitudinemque perennem, immortalitate veſtitus. Omnibus enim qui patriam ornaverint, auxerint, iuverint, defenderint, certum eſt eſſe in cœlo diffinitũ locũ quo beati ævo fruantur ſempiterno. Quod ſi viam noſti, quo rectus ad unionem trames ducat, edoctum me redde. Nam ſedẽ Apoſtolicam certiorem reddam. Vos iam legato conventum promiſiſtis, & recte quidem. Nam

boni

boni cupidus est, & industrius pater, doctrinaque plenus, Inveniet (nisi fallor) convenientes ad unionem modos: nescio tamē qua facultate præditus est. Quod si scirem desideria vestra, scriberem Pōtifici Maximo, isque prius quam dies conventionis adesset, de sua mente legatum commoneret.

GEOR. Ago tibi gratias, pater, quia nostri regni curam geris. Regnum (ut ais) quassatum compilatumque est. Novit Deus, quorum culpa est. Nos cupidi pacis sumus, neque bellamus, ut belleinus, sed ut pacē habeamus. Coacti gerimus arma, coacti versamur in prælijs. Misimus olim legatos nostros ad Basiliense Consilium, nonnullaq; cum patribus, qui tunc ibi præsidebāt, pacta percussimus: quæ si servata fuissent, & cum sede Apostolica, & cum cæteris Christianis pacem haberemus, & in regno nulla divisio esset. Sed violātur fœdera nobis: Hæretici & scismatici vocitamur. Si qui ex nostris apud vos moriuntur, cum asinis sepulturam accipiunt. Clerici nostri, quamvis docti modestique sint, nusquam consecrari possunt. Deridentur qui de calice bibunt. Fuit apud nos Cardinalis S. Angeli legatus, audiverūt enim eum nostri sacerdotes, fui & ego cum eo. Petivimus innovari firmarique priscum fœdus: si nobis auscultasset, non secuta fuissent scandala quæ postea emersērunt. Ob audivit preces nostras de compactatis, sic loquebatur, quasi nihil unquā accepisset de illis. Nos tamen illa valida scimus, & authētica quæ generale Concilium nobis admisit, priusquam dissolueretur ab Eugenio quarto. Quod si Nicolaus Pontifex Maximus nostri memor, nosque sibi obsequētes cupit, iubeat servari conventa, & venerabimur eum. Hic brevis est & unica pacis unionisque via,

hac in

hac ingrediendum eſt, hac iter ad concordiã patet. ÆN. Mos hominum eſt, vt paribus paria referant. Cur violari fœdus conquerimini, quod priores rupiſtis? Neque enim ſufficit vobis ſub duplici ſpecie communicare, niſi & ſub vna ſola cõmunicantes damnetis. GEOR. Vbi damnamus? ÆN. Cum dicitis: *Neminem ſalvari niſi communicet ſub duplici ſpecie.* Nos omnes damnatis, hæreticos perditoſque dicitis. Quid mirum, ſi vitium hæreſis in vos retorquemus? Tu conuentiones cũ Cõcilio factas refers, & authenticas dicis autoritate Concilii probatas, Audio libenter. Sed Concilium de Communione utriuſque ſpeciei loquẽs, opinioni veſtræ contrarium eſt: quia neque ad ſalutem neceſſarium eſſe dicit, neque Chriſti præceptum eſſe ſub duplici ſpecie communicari populum. GEOR Si non eſt ſub duplici ſpecie mãdata communio, ne ſub vna quidem. Nam qui ſub ſpecie panis communicari plebem iuſſit, & ſub ſpecie vini iuſſit, & in vſũ deduxit, ÆN. Namque Chriſtus Apoſtolis, non plebi ſacramentum prebuit. Sed non fert tempus iſta diſcutere, ſine me dicere quod inſtitui. GEOR. Perge, auſculto. ÆN. Si voluerit legatus innovare pactiones veſtras, quid miri eſt. Vobis indulta eſt ſub vtraque ſpecie communicatio. Iuſſi tamẽ ſacerdotes veſtri ſunt, quotieſcunque miniſtrant pupulo ſacramentum, cõmonere atque inſtruere omnes, ne ſub duplici tãtum ſpecie, ſed ſub qualibet totũ & integrum eſſe Chriſtum intelligant. Nihil faciunt. Prohibiti ſunt infantibus atque dementibus Euchariſtiam porrigere: porrigunt tamen. Neminem cõmuicare ſub duplici ſpecie debent: compellunt, ſepulturã negantes ni communicent, qui prius nõ habuit

buit huius cõmunionis uſũ,repelli ab his debet ipſi autem invitant,provocant,urgent. Debent univerſalis Eccleſiæ ritum tenere: poſtponũt,divinis officijs vulgaria carmina cõmiſcẽtes: Pulchra obediẽtia,pulchra fœderis obſervatio:quæ prohibentur facere,faciunt,quæ iubentur,omnino poſtponunt.Cum ergo abutamini privilegio, & tranſgrediamini leges patrum , prẽvaricantes mandata Cõcilij,haud iure legatũ accuſatis cumpacta ta firmare nolentẽ,quia privilegium amiſiſtis male vtentes. GEOR. In conventionibus noſtris cautum eſt: *Quamvis aliqui ritum qui generaliter obſervatur, non ſtatim reciperent, non tamen pacis & unionis impedirifœdus.* AEN. Vera dicis, non ſi omnes,ſed ſi aliqui(dicunt fœdera) ritum Eccleſiẽ non reciperent , compacta manere. Quod ſi omnes abijcerent ritus,(ut omnes abijcitis)vigor convẽtionibus aufertur.Rurſus quoque de ritu fit mentio,non de fide.Nam ſi fidem violatis,quæ poſſunt inter vos noſq́; fœdera robur habere? At vos(quod pace tua ſit dictum)fidẽ noſtram abijcitis,dũ neceſſariam populis ſub duplici ſpecie communionẽ aſtruitis. GEOR. Ignota ſunt iſta mihi,ſed hoc dico tibi, Niſi pacta ſervẽtur,neq́; paci locus erit,neq́; concordiæ mẽtio.Quod ſi rurſus arma ſumpſerimus , offeretis ultra pactiones veteres,neque recipientur. Non ſumus(ut creditis)pauci : multi ſunt in vicinatu, qui nobiſcũ ſapiunt,nec aliud expectant , niſi ut exercitũ educamus .Scitis quæ ſuperioribus acta ſunt annis:Papa ſi ſapiet,non diſputabit,an perdiderimus privilegia,ne vẽdicemus armis maiora.Arma tenẽti omnia dat qui juſte negat. Sunt fortaſſe qui magna promittũt,qui grãdes policẽtur exer-

tur exercitus, qui viã ad nos enſe facturos ſe iactitãt. Nos vicinorũ mores novimus. Ego ſi Papæ cõſilium dederim, cõpacta ſervaverim. ÆN. Vt video ſpem ponis in armis, & animum tibi priores victoriæ congeminant. Sed vincunt ſæpe mali, ut boni probentur. Non ſemper veritati victoria comes eſt. Alta nimis & incõprehenſibilia ſunt iudicia Dei, viciſtis diu. Quid ſcitis, ſi veſter dies adeſt: Varius eſt eventus belli, neq́, tentãda ſæpius eſt fortuna. Nõ is vobis favor eſt, qui prius fuit. Multi à vobis defecerunt, qui ſi exurgat contra vos pugna, & à fronte feriẽt, & à tergo. Nam veſtram fidem irritam vident, quam prius Euangelicam ſanctiſſimamque reputabatur, & quã nunc favore, nũc odio inſequũtur. Sed mittamus hæc: tu pacem ſola fœderum obſervantia ſtare putas. Mihi tribus ex rebus concordia pẽdere videtur, ex cõpactatis (ut ais) ex bonis eccleſiaſticis quæ occupantur, ex Archiepiſcopi conſtitutione, quæ nec parva ſunt, nec leviter cõponenda. Nam cõpactata poſtquam violata ſunt, rurſus innovare magnũ eſt. Qui bona Eccleſiarum occupant, invitè reſtituẽt. In Archiepiſcopo, voſipſi vim facitis, qui Rochezanam petitis, neque aliũ vultis, quem (niſi me fallat opinio) nunquam ſedes Apoſtolica ad id faſtigij promovebit. GEOR. De compactatis dixi tibi quæ ſentio: ſi durus erit Papa, durius regnum inveniet: neſcio quis vincet. Scripturam ſcio quæ dicit: *Si fortis in fortem impegerit, ambo corruent.* Neque vobis utilitati contẽtio erit. De bonis Eccleſiaſticis non eſt apud me grande põdus. Nã qui occupant, nullo ſe iure defendũt, neque his regnum favet. Verum quia nonnullis præſcripta ſunt hæc bona, & multa pro paucis

iacent

iacent pignori,cũ regni mos ſit,quæ bona ſingulis annis quinque ſexagenas habent cenſus,ea cẽtum ſexagenis,emi:hi autem pro centum ſexagenis, & decẽ & viginti,& amplius impignoratas habẽt, compelli poterunt, quos ſupra conſuetudinem cenſus occupant. hos vt eveſtigio reſtituant, reliquos teneant donec redimantur.Sic mox Eccleſiæ reſtaurabuntur, breueque poſt tempus omnia vẽdicabunt.Vel ſi placuerit, melior modus inueniretur. De Archiepiſcopo vero neſcio cur nobis tã-

Rothezana. topere Papa ſit aduerſus.Cur nobis Rochezanam renuat confirmare,quem Sigiſmundo conſentiẽte delegimus,& aſſiſtere ſibi promiſimus omnes? ÆN.Sæpius ante queſtus es compactata cõvelli, nunc tu ſolus es qui fœdera rumpis. GEOR. Quonam pacto? ÆN. In compactatis promiſiſtis omnes ſeruare ritus vniverſalis Eccleſiæ, prætes quam in communione calicis.Ritus autẽ Latinæ Eccleſiæ, cuius vos membrum eſtis, hoc habet: *Archiepiſcopos autem eligunt Capitula Eccleſiarum, autoritate Apoſtolica confirmandos:aut vacantibus Eccleſiis Romanus Bontifex ſolus præficit.* Vos alium ritum nouumque modum inducitis. Poſtquam devoluta eſt proviſio,electionẽ populariter facitis, Cumque ritus Eccleſiæ ſit examinare electionem,electique meritum Romani Pontificis iudicio comprobari, vos niſi Rochezanã habueritis, nullum vultis ſeruare, hoc eſt autem violare pactiones. GEOR. Si privelegium regno eſt Archiepiſcopum ſibi eligere,cur non illud Papa ſeruaverit? ÆN. Seruaret,ſi quod eſſet. Sed vobis nulla eſt huiuſmodi facultas, GEOR Vetus conſuetudo regni eſt, eligit Archiepiſcopũ togante Rege Capitulum, Papa confirmat.

ÆN. Non

ÆN. Non inficior, sed nunc neque Capitulũ elegit, neque potestas eligendi fuit, post tam diutinam vacationẽ, provisione devoluta: & persona, quam vocatis electam, gravibus testimonijs infamatur. GEOR. Me iudice, si Papa Rochezanam confirmaret, bonum opus efficeret. Multum enim hic homo & Apostolicæ sedi, & regno, & Regi Ladislao sua prædicatione consuleret. ÆN. Potest fieri ut dicis: sed neque mihi, neque (ut arbitror) Papæ suadenda res est. Aliud tuum est, aliud nostrum, de hoc homine iudicium. GEOR. Veracem te iudico. Tot enim sunt, qui Rochezanã quamvis iniuria criminantur, ut nedum mihi negare fidem arbitrer, sed neque beatum Petrum audire Romæ putaverim, Rochezanæ fauentem. ÆN. Admonet Apostolus, Neophytum ne quis Episcopum assumat, ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. At tuus Rochezana non novus in fide, sed nullus est: qui sedem Apostolicam suis sermonibus carpit, errareque totam Ecclesiam dicit, dum necessariam omnibus fidelibus utriusque speciei communionem affirmat, & aliquas veritates se habere contestatur, quibus Romana Ecclesia contradicit. Sed fallax est, & veritas nõ est cum eo, qui ultrò apud temerarios Pragenses sine divina dispensatione se præficit, qui se præpositum sine ulla ordinationis lege constituit, qui negante Christi vicario Episcopi sibi nomen assumit, atque usurpat officiũ: cuius sermo ut cancer serpit, & auditorum cordibus mortale virus infundit. Sed non Pontificalis, sed pestilentiæ cathedra est, quam tuus occupat Rochezana, magister erroris, & artifex corrumpendæ virtutis egregius, qui dereliquit fontem aquæ vivæ, & effodit sibi

lacus detriros,qui non possunt aquam portare:loquar aperte quod sentio,nihil reticeo. Quo pacto Romanus Pontifex huic tantam Ecclesiam commendare potest,qui confundit Apostolicam sedem ? qui maledicit toti Ecclesiæ?qui novos ritus inducit ? qui nullo se subiicere vult examini? qui pacem Domini discordiæ furore corrumpit. qui cum velit præesse quam multis,nulli vult ipse subesse.Siccine lupo committemus oves?quid dicent cæteri de regno?qui Romanam Ecclesiã forti pectore & immobili corde huc usque secuti sunt. An non sic aggredi summum Pontificẽ possent,si Rochezanam promoveat? *Cui nos pater sancte,committis?cui nos credis? Qui tibi fideles fuimus,hosti nostras animas occidendas prebes ? Nunquid apud nos est , quem possis Ecclesia nostra præficere;Nos plures sumus , sive nobilitatem regni sive plebem advertis. Quid iuvat nostra fides ? quid constantia ? meliori loco apud te sunt , qui tibi adversi fuerunt.haccine tuis fidelibus præmia reddis ? Archiepiscopum illi habebunt, qui communionem sub duplici specie tueatur ? Nos qui sub una communicamus, orphani relinquemur ?* Non arbitror,Georgi, fieri posse quod petis.Vana Rochezanæ,vana spes vestra est.Quod si pacem quæritis,finite illum.Nec sigilla vos teneant,quia promisistis assistere.Satis est diligentiam impendisse. Impossibilium nulla obligatio est. Nec vestrũ est Papã cogere. Sequimini ritus Ecclesiæ,& aliorum Christianorum vos moribus coaptate : sic benignum Papam,sic omnes vobis affectos invenietis. Sic tranquilli felicisque regni bonis in pace frui poteritis. GEOR. Places mihi,quia neque fictus neque tectus es,sed quæ corde geris,ore profers. Ego tibi propemodum habeo fidem : neque de Roche-

Rochezana ſperandum eſſe amplius arbitror: in alios cura vertenda eſt. Quia tamẽ regni voto electus eſt ille, commonendus & inducendus erit electioni renuntiare: tunc alium ex Apoſtolicę ſedis clementia poſtulabimus. ÆN. Facite ut libet, dum Rochezana deſiſtat: quę ſi reſpuerit, & humilitatem induerit, gratiam inveniet, & Apoſtolici culminis benignitatem experietur: quia nõ eſt abbreviata manus eius. Et ſi tu rem hanc ad optatũ perduceres finem (ut ante dixiſti) & honoribus & pręmio cumulaberis. Mea tamen ſententia eſt, ne unũ ſolum, ſed Papæ plures viros nominetis, ex quibus unum doctrina & vita probatum poſſit eligere. Cęterum quia de cõmunione duarum ſpecierum, deque præcepto Domini ſermo incidit, neque ocium eſt tanti ſacramenti miſterium nunc exponere, quamuis diſputata Baſileæ declarataque tibi & omni Chriſtiano ſufficere debeant; quia tamẽ veſtri ſacerdotes nondum converſi ſunt, ſuaque malunt prudenter ingerere, quam noſtra patienter audire, conſulo tibi adveniente Ioanne de Cãpiſtrano docto ſanctoque viro, quæ ſunt apud te dubia, ſibi exponito, & omnia tuę mentis arcana patefacito. Nam ſi operã medicantis expectas, detegenda ſunt vulnera: inuenies (ſi volueris) ſanitatem. GEOR. De Rochezana cogitabimus, quę paci regnoque conveniant. De Ioanne Capiſtrano quam primum ad nos rumor venit, decrevi quę nunc dixiſti, & ſi nullus mones, facere. Neque enim alta ſentio, & timeo ne offendã: neque mihi confido, neque noſtris ſacerdotibus habeo fidem. Sed vale: nam tempus eſt alia in manus recipere. ÆN. Et tu vale, noſtri ſermonis memor. Sic facto verbis fine diſiuncti ſumus,

Complura fuerunt inter nos dicta, sed hic sensus eorum est quæ de rebus Ecclesiæ disputavimus. Et quamvis verba non eadem fuerint, sententiam tamen immutilatam invariatamque refero. Intellexisti quæ cũ Georgio de Bodiebrat contuli. Nõ sunt (ut mea fert opinio) parvi ponderis, Nam Georgius apud Bohemos magnũ nomen habet, & potens est, & illius partis quæ sub duplici specie cõmunicat, & multi ex alia parte in rebus bellicis iuncti sunt ei. Si quis est qui civitates ad unionem trahere possit, Georgius est. Sed transeamus nunc ad alia.

* De Rosenberg.

Post quam soluta congregatio est, accessit nos Henricus de Rosenberg, dixitque se patris scripto monitum, ne ullo pacto domum redeat, nisi & nos secũ adducat. Oneravitque nos multis precibus, extorsitque tandem ut secum iremus. Cum prope Thabor iter faceremus, esset que hora prandendi, exeuntes Thaboritæ Henrico, ut ad se divertat secumque prandeat, preces accumulant. Is quærit ex me iturusne sim, Dico, *nolle me amplius apud hostes fidei divertere.* Tristatur Henricus: nam & visere civitatem cupiebat, & me solum relinquere non audebat, & accusabant me omnes, durumque dicebant & inurbanum & agrestem, qui nollem nobili domino morem gerere? Tum Procopius, *Quin tu*, inquit, *ingrederis civitatem? Nunc ea facultas erit dicere, quæ prius voluisti. Nunc tua conscientiæ satisfacere poteris.* Moverunt me verba Procopii, intravique civitatem, & neque comedi quicquam illic, neque bibi, Repetivi tamen vetus hospitiũ, ibique mansi, dum cæteri prandebant: vixque curru descenderam, cum sacerdotibus oppidi ad me venerãt, Nicolaus quem dicunt

Episcopo

Episcopum, plenus ducum malorum, Ioānes Galeth, qui nuper ex Polonia fugerat ignem timens, & Wenceslaus Toranda vetus Diaboli mancipium, qui sacramentum altaris solam figuram significationemque esse contendit. Cum his fuerunt scholares & cives plurimi Latinum edocti sermonem Nam perfidum genus illud hominum hoc solum boni habet quod literas amat. Horum consalutatio in hunc fere modum fuit qui præscriptus est: *Gaudemus Pater, quia civitatem nostram introisti, nosque visere dignatus es: suscipimus te libētibus animis, utque nostris bonis utaris cupimus. Cum prius hic fuisti, non te accēssimus, quia non eramus præsentes. Nunc cum te videmus, precamur aliquid nobis consolationis edisseras, fructumque ut nobis aliquem tuus adventus pariat. Tunc ego datam mihi occasionem loquendi latus arripui, dixique illis: Quod me voluistis accedere, resque vestras obtulistis, urbana res est, & digna suscipiendi. Sunt enim hospites & omni humanitate fovendi, sicut Apostolus ait*, hospitalitatem autem persequentes *Neque sine causa verbum persequi adiecit, ut non levi & usitato sermone, atque (ut ita loquar) summis labiis hospites invitemus, sed toto mentis ardore tencamus, tanquam offerentes sē de lucro nostro atque compendio. At ego hic non facio prandium, neque cibum ad noctem usque recipiam. Quia verò consolationem ex me queritis, loquar vobis quæ mihi consolatoria videbuntur, eritque sermo meus non in sublimibus humanæ sapientiæ verbis, sed in sinceritate cordis puroque mentis affectu: sobrietatis & veritatis sensa depromam, utinam recipiantur verba mea, sicut à me proferentur, animo bono.* Quibus dicentibus, & audire libenter & audire velle, Iussi eos considere, cupiens certare fortiter, sacramenti mei memor

Colloquium AEneæ cum Taboritis.

mor & fidei. Cætera quæ sequũtur, quia dialogi formam habent, servabo quẽ supra ordiné cœpi. Tu si aures adhibueris, & ineptias nostras audies, & inter audaces senes puerilé pugnã spectabis. ÆNEAS. Optatis ex me viri Taboritæ cõsolationem audire. Est igitur aliquid quod vos premit. Nam miseros tristesque consolari, nó beatos solemus. At cũ video vos in civitate munita bonis temporalibus abũdare, pacem cũ vicinis habere, frui q́, sanitate; nescio cur vobis consolatione sit opus, nisi fortasse in his quę fidei sunt vacillatis, & affligit spiritũ vestrũ dubitatio, ꝙ satis mihi verisimile est. Namq́; cũ multis in rebus ab universali Ecclesia discordetis, necessariũ est nutare credulitatem vestrã, & animos tristari vestros. Quod si consolatoria propterea verba desideratis, obsequar petitioni vestræ, certumq́; solamen ostendã. Dubia quæ vos cruciant, ex sacris literis oriuntur: neq́; enim scriptura unquã ulla sic aperta claraque fuit, ut in diversos flecti sensus nequiret, traxerũtq́; sacris ex codicibus orti omnia, quæ ab initio surgentis Ecclesiæ usq́; nunc fuerũt scismata. Sed norat hoc futurum Deus. Idcirco cũ per famulũ Mosen Israelitico populo legem dedisset, & quid sectandum, quidue fugiendum esset, manifesta serie scripsisset; sciens tamẽ futuros esse qui legi suæ dissonos sensus accommodarent, consulturus futuro seculo, & obicẽ positurus hæresibus, supremũ tribunal in terra constituit, ad ꝙ maiores causæ & omnes afferri dubitationes de lege deberent. Ait enim in Deuteronomio Dominus: *Si difficile & ambiguũ apud te judicium esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicũ*

inter

inter portas videris verba variare surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, & quæres ab eis, qui indicabunt tibi judicij veritatem, & facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram vel sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Sic veteris testamenti sequacibus Dominus imperavit, ne quis sua seductus opinione, scindere populum peregrinasque religiones introducere posset. Nam qui ambulant in errore cordis sui, venient super eos mala. Sed nec Christus Dominus, novæ legis conditor, veritatis magister, & salutis invētor, superni refugium tribunalis omisit. Elegit enim Petrum, & in Petro cæteros Romanæ sedis antistites, qui post eius in cœlum ascensionem vicariatum tenuerunt, & in Ecclesia primum locum. Cum claves regni cœlorum illi promisit, ac ligandi solvendique potestatē, & tandem pasturam gregis commisit dicens: *Pasce oves meas.* Cur hoc? Quid tūc opus erat Petrum fieri pastorē? claves regni tenere? principatum accipere? Christi vicariatū gerere? nisi ut errātes reduceret, ignaros instrueret, timidos roboraret, pertinaces eliminaret, fidelib. subveniret hæreticis repugnaret. Si iusti essemus ac nostro ingenio verū videremus, & sequeremur omnes, neq; lege neq; principe opus esset. Sed quia insurgūt ingenia pernitiosa, quæ doctrinas pestiveras semināt, funduntq; venena letalia, & occidūt credulas animas, necessaria fuit supremi tribuna-

lis erectio, quod inter lepram & lepram iudicaret. Hoc autem est apud Apostolicam sedē, quæ cardo & caput, ut factum est à Domino, non ab alio est cōstituta fidelium. Et sicut cardine ostium regitur, sic Ecclesiæ Domino disponente, reguntur: atque ut Calixti Papæ sanctissimi verbis utamur, *Nulli dubium est, quod Apostolica sedes mater sit omniū Ecclesiarum, à cuius nos regulis nullatenus convenit deviare.* Vos igitur Taboritæ, si qua vos fidei dubitatio tenet, consulite Romanam Ecclesiam, audite vicarium Christi, Facite quęcunq; dixerint vobis, qui pręsunt loco, quem Dominus elegit. Dicite cum Esaia: *Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias, & ambulabimus in semitis eius.* Quis est mōs Domini, nisi Apostolica sedes? Quæ domus Dei, nisi Ecclesia? Quis locus electus à Domino, nisi Roma? quā beatorum Petri & Pauli martyriū consecravit. Fugiebat Petrus ex Vrbe mortē timens, sed cum obviū habuisset in via Dominum, dixit ad eum: *Domine quo vadis?* & Dominus sibi: *Vado Romam iterum crucifigi.* Sic reversus Petrus cathedram summi Pontificatus erexit, ubi crucis patibulū subiit. Huc ergo recurrendum est. hinc doctrina sumenda est: hinc veritatis hauriēdi latices. Hic fōs aquæ viuæ signatus scaturit: hic hortus cōclusus: hic arca Domini, extra quā omnis salus resilit. Non pudeat vos Taboritæ, quæ de fide sentitis Apostolicę sedi referre. Nā Paulus vocatus è cœlo, segregatus in Euangelium Christi, securitatem non habuit Euangelium prædicandi, nisi Petri & cæterorum Apostolorum qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum. Ea propter ad Galatas scribens: *Iterum*, inquit, *ascendi Hierosolymam, cum Barnaba, assumpto*

sumpto Tito. Ascendi autem secundum revelationem, & contuli cum eis Euangelium, seorsum autem cum his qui credebantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Et divus Hieronymus doctrina plenus & omnẽ scientiam callens, cum fidei scripta dictasset ad Damasum, *Hæc est,* inquit, *fides Papa beatissime, quam didici in Ecclesia, quãque semper tenui. In qua si minus peritè aut parum caute forte aliquid positum est, emendari à te volo, qui fidem Petri tenes & meritum.* Sic & vos facere Taboritas exhortor. Ostendite vos & doctrinam vestram Romano Põtifici: facite quæ iusserit, neque ad dextrã neque ad siniſtram declinantes. Sic consolationem spiritus, sic animæ vestræ quietẽ assequentur & salutẽ. NICOL. Obediremus Apostolicæ maiestati, & omni devotione subiecti essemus, nisi legi divinæ contraria iuberet. AEN. In his quæ sunt fidei, nunquã reperta est sedes Apostolica errasse, aut adulterinis acquievisse dogmatibus. *Sedes Rom. non errat.* GAL. At fuit in Agnete manifestus error. AEN. Quã tu mihi Agnetã commemoras? GAL. Quã Romana sedes fœminam pro mare coluit, & in apostolatus apice collocavit. AEN. Istic neque fidei, neque iuris error, sed ignorãtia facti fuit. Neque certa historia est. NICOL. At plures Romani Pontifices criminosi fuerunt, qui nunc dant apud inferos pœnam. AEN. Nescio, si quis tamen peccasse compertus est, fragilitate deceptus, more hominũ lapsus est. Sed hoc ausim dicere, Romanus præsul indubitatus nemo unquã invẽtus est falsæ doctrinæ publicus assertor. NICOL. Sæpe Romanus Pontifex legem præcessoris evertit: aut unus ergo, aut alter erravit. AEN. Inanis argumentatio tua est. Licet enim

vetus decretum novus Papa deturbet, tamen primi conditoris sententiam reprobat: quoniam secundum tempora leges veriãtur humanæ. Neque enim quod semel vtile fuit decretum, semper vtile perseverat. Non erravit Ecclesia primitiva, quæ sacerdotibus permisit vxores: nec errat moderna, quæ subtrahit. Et vos quamvis multis in rebus Romanam impugnatis Ecclesiam, coniugia tamen presbyterorum abiicientes, neque primitivã Eceleſiam, neque Græcam, sed nostram sequimini. Quia vero mores hominum tempore variãtur, decreta quæ super his promulgantur, perpetua esse non possunt, sed vtiliter sæpe conscripta lapsu temporis vertuntur ad noxã: ex quo fit ut alterutur sit commendandus, & qui prius edidit, & qui postea decretum abrogavit. Mosen novimus mandato Domini serpentem æneum fabricasse, quem Christi figuram fuisse Doctores nostri testantur. Hunc tamen Ezechias longo post tẽpore sine culpa destruxit. Sic & Romanus præsul antecessoris sui legẽ super moribus editã, & absque suo potest & absque illius erratu cassare. Quod si lex fidẽ respicit, & aliquid in fide declarat, immutabilis est. Nã verũ fidei semper est vnum, nec vllo potest vel loco vel tempore variari. Ideo decreta quæ sunt de fide à sanctis Patribus instituta, summa veneratione recepta sunt, & immutata, atque inuiolata perdurant. GAl. Pergis Romanam Ecclesiam ab errore defendere? In cassum laboras. Nam contra Euangelium Christi prædicat atque agit. ÆN. Vbi namque, quibus in rebus? GAL. Vbique gentium, & in altaris sacramento. AEN. Quo pacto, effare. GAL. porrigi calicem populo vetat, Christus iussit.

AEN. Osten-

AEN. Ostende ubi iussit? GAL. Apud Ioannem inquit Dominus: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Magna est audacia, ne dicam temeritas, Apostolicæ sedis, quæ potū sanguinis populo subtrahit, sine quo negat Dominus habere vitam æternam. Sed accipe nunc in natali magni huius sacramēti quæ fuerunt Christi verba? Matthæus sic rem gestam exponit: *Cœnantibus autem illis accepit Iesus panem & benedixit, & fregit deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Videtis ut imperat omnes bibere? Sed audi Marcum: *Et manducantibus illis*, ait, *accepit Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis, & biberunt ex illo omnes: & ait illis: hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis effundetur.* Lucas primo vero sic ait: *Et accepto pane gratias egit, fregit & dedit eis, dicens: hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis effundetur.* Ostendunt Euangelistæ, (ut vides) quia iussit Dominus facere, quod ipse fecit. verbo usus imperativo: *Facite.* Quod si quis existimat, circa priorē duntaxat speciem stare præceptū Domini, sicut Lucas testari videtur, audiat ad Corinthios Paulum: quid ille? *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus*

minus noſter Ieſus Chriſtus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: Similiter & calicem, poſt quam cœnavit, dicens: Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem. Supplet Apoſtolus Paulus, quod Euangeliſtis defuiſſe videtur, præceptumque nõ panis ſolũ, ſed calicis quoque ſubiunxit. Et Matthæus circa panem: *Comedite*, inquit, & circa calicem, *Bibite*, quæ ſunt verba præceptionis. Cum ergo Paulus & Euangeliſtæ ſimul iuncti, manducationis præceptũ & bibitionis oſtendunt, quis Romanam huius mãdati violatricẽ non videt? quæ populo Chriſti ſanguinem interdicit, viamque ſalutis occludit? His accedit ſanctorum Apoſtolorum & aliorum obſervantia diſcipulorum, qui novæ legis ſenſum non ab homine, ſed ab ore Domini didicerunt. Quorũ actio noſtra inſtructio eſt, quos errąſſe ne fas eſt opinari. Græcia quoque, literarum mater & omnis diſciplinæ magiſtra, traditionem Pauli immutilatam hucuſque ſervavit, qui panis edẽdi bibendique calicis autor illi fuit, ſicut eius ad Corinthios ſcripta manifeſtant. Sunt præterea nonnulli Doctores, qui Ioannis textum ad noſtrum ſenſum accipiunt, & Leonem Papã ſtatuiſſe trãdunt, *ut qui ſacramenti ſuſcipiat unam ſpeciem, à calice non abſtineat.* Quomodo igitur Romanã Eccleſiam conſulere, & vocem eius audire ſervareque legem poſſumus, quæ tam manifeſte divinis cõtra dicit oraculis? Nunquid Deo magis obedire oportet, quam hominibus? Chriſto quam Papę? Evangelio, quam Decretalibus? AEN. Multa &

magna

magna ſunt,quæ dixiſti. Nam & fucum veritatis habent,& multos decipere poſſunt,qui ſacræ ſcripturæ ſonum audientes,ſenſum negligant, cuius myſteria non verbo docentur.ſed ſpiritu revelantur. Idcirco *revela*,inquit David,*oculos meos,& conſiderabo mirabilia de lege tua.* Nemo ſcripturam, niſi Spiritu Sancto docente,cognoſcit.Hinc Paulus, *miniſtros*, ait,*fecit nos Deus noui teſtamenti, non litera ſed Spiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat.* Eſt ergo neceſſarium, ſi voluerimus Euangelium intelligere,ut ſpiritu ambulemus, ſicut ad Galatas doctor gentium ſcr ibit.Verũ ego, quia peccator ſum & iniquitate circundatus,non credo mihi,neq; me puto ſacra eloquia intelligere,& altos percipere ſenſus.Ea propter reſpõſurus tibi nihil de meo,ſed quæ ſancti Doctores divino afflati ſpiritu tradunt,& quod docet Eccleſia dicã. Nam ſibi aſſiſtit Chriſtus, & ſuggerit omnia Spiritus Sanctus: cuius maxima dignitas eſt,ſumma potentia, immenſurabilis autoritas, quæ neq; fallit,neque fallitur.Quam ſi quis docentẽ corripientemque contempſerit, ut ethnicus & publicanus habendus eſt,atque(ut Cypriani clariſſimi & doctiſſimi martyris ſententiæ conſonemus)*alienus eſt,prophanus eſt,hoſtis eſt. Habere iam non poteſt Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Plurima ſunt ſacri codicis verba, quæ diverſis accommodari ſenſibus poſſunt. Quapropter non alienum aut extraneũ foris ſenſum quærere debemus,quẽ ſcripturæ teſtimonio confirmemus : ſed ab ipſa ſcriptura recipiendus eſt ſenſus veritatis,quem ſola novit & ſuis filiis exponit Eccleſia,teneo te fortaſſis nimis,perſtringo ſermonem,ſed ad rem propero.Accuſaſti Romanam Eccleſiã,quę dum cõmuni-

munionē calicis plebi denegat, Euangelium vitiat, Christum negat, salutem adimit. Quatuor sunt (vt video) quæ non te solum, sed omnes movent, quos Hussitarum opinio, ne dicā rabies, ab Ecclesia Romana sejunxit, Primū est, Ioannis testimonium: Secundum est institutio sacramēti per tres Euangelistas relata cum Paulo: Tertiū est Ecclesiæ primitivæ Grecorum praxis. Quartū est nōnullorum Doctorum ac Romanorū Pontificum autoritas. Sunt ad hæc omnia nobis parata ac clara responsa, quæ de penu Spiritus sancti recipit & ministrat mater Ecclesia. Negat Ioannes, vt ais, imo negat apud Ioannem Dominus, vitām esse cuiusquā, nisi carnem suam comederit & sanguinem eius biberit. Quibus verbis nō minus vtriusque speciei communionem, quam Baptismatis vndam mandatam cēses. Vetus hæc Armenorum insania fuit, qui natos vt in lucem veniebant, mox baptisatos, mox altaris sacramento reficiebant. Quod & vos aiunt facere, qui dementes atque infantes ad eucharistiæ libamenta vocatis, inhonorantes diviniſſimum sacramentum communionemque Pauli dispicientes, qui ad Corinthios scribens ait: *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Quomodo se parvuli & demētes probare possunt, quibus nec certus nec ver⁹ rationis est vsus? Sed non est in Euangelio Ioannis, quem sibi sensus ascribitis, Non bibitio sacramētalis illic præcipitur, sed spiritualis insinuatur. Nā sanguinis Christi triplicem potum Alberti Magni sententia tradidit, in eo sermone quē *de Christi corpore* non minus subtiliter quam veraciter edidit. Est enim potus sacramētalis quē soli sacerdotes accipiunt. Est intellectualis, qui plebibus Christianis sub specie panis

panis miniſtratur. Et eſt ſpiritualis, quo ſalvandi omnes vtuntur, incarnationé paſſionemque Domini pia & aſſidua meditatione recolentes. Et hãc bibitionẽ Dominus apud Ioannem præcipit, ſic ut verborum Euangeliſtæ ſeries luculenter oſtendit. Nam cum dixiſſet Dominus: *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Multi audientes ex diſcipulis eius dixerunt: *Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire?* Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmuraverãt de hoc diſcipuli eius, dixit eis. *Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcendentem: vbi erat prius. Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam: Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt: Sed ſunt ex vobis qui non credunt.* Declarat Dominus his verbis, nõ carnalis eſus aut potus illic, ſed ſpiritualis arcana myſteria contineri, dum ait, *Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.* Et iterum, *Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Vis aperte cognoſcere quoniam de ſpirituali manducatione, quæ fit per fidem, loquitur Euangeliſta, aduerte quæ dicit Dominus: *Qui manducãt & bibit*, inſtantis non futuri temporis ſunt verba. Erãt igitur dum ſic loqueretur Dominus, qui manducabant, & qui bibebant eum. Nondum paſſus Dominus erat, nec adhuc inſtitutum fuit ſacramentum. Quomodo ergo manducabãt bibebantque Chriſtum, niſi ſpiritualiter per fidem & charitatem, credentes in eum & facientes opera eius? Nam & prius dixerat? *Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, nõ eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam.* Qui credebant in eum, & opera ſectabãtur eius, hi carnem edebant eius, hi potabant

bant ſanguinem. Atque hic verior eſt Euangelij ſenſus,quia aliter edi caro,aut bibi Chriſti ſanguis non poterat.Fuit enim figurata locutio Domini, ſicut & Samaritanæ,& in cruce ſitire ſe dixit,quia fidem illius & noſtram ſalutē ſitiebat. Sic Gloſſator intelligit hocEuangelium:ſic magnus Auguſtinus doctrina & verecundia iuxta nobilis,cuius tanta gloria eſt,ut nullius laudibus creſcat,vituperatione minuatur,quo poſtpoſito, ſi quis Wicleff Rochezanamque ſequitur,luci tenebras ,veritati mendacium prę fert.Quid plura? nonneDominus in textu Euangelij dicit? *Ego ſum panis vitæ, qui veniet ad me,non eſuriet,& qui credit in me, non ſitiet unquam.* Eccum tibi panem, cibus & potus eſt , qui eſuriem tollit & ſitim. Cui tolit & quomodo? Credenti tollit, per charitatem tollit.Nam qui fidē rectam habet,& opera facit digna fide , hic eſt qui carnem Domini manducat & ſanguinē bibit, & adquirit vitam æternā,mundo mortuus,Chriſto vivens.Sic quod de Ioāne vobis aſſumitis,noſtræ ſententiæ non veſtræ confert. Nunc ad reliquos Euangeliſtas tranſeamus,hiſque Paulum adiungamus. Nam ſimul omnes integram referunt cœnam Chriſti,& quamvis in uno plus quam in altero ſit,nulla tamen diſcordia,nulla diſſonantia eſt.Sed ꝙ unus obmiſit,alter admiſit.Et quamvis Euangeliſtarum nullus dicat ; *Hoc facite in meam commemorationem*,niſi ſolus Lucas,qui poſt panem benedictum hæc verba ponit,nec poſt calicem, geminat,tamen quia Paulus hoc ad utramque ſpeciem repetit,tenendum eſt,& poſt panem & poſt calicem dixiſſe Dominum;*Hoc facite in meam commemorationem*. Ex quibus verbis præcepta tibi utriuſque ſpeciei cōmunicatio videtur.Et quia præcepta

cepta Christi servanda sũt his qui salvi esse volũt. quicunque sub specie panis & vini non accepe rit sacramentum, damnationem incidit, & iniust a est Apostolica sedes huius inimica prȩcepti, Se audi responsionem: Fateor sic locutos, ut dicis, Euangelistas, neque verbis Pauli quicquam demo: Non tamen ideirco esse præceptum intelligo, sub specie panis & vini cõmunicari plebis. Nam verba quæ retulisti non omnibus fidelibus, sed Apostolis solum dicta fuerunt. Quia (vt est cõmunis sententia doctorum) aut iam sacerdotes, aut tunc sacerdotium acceperunt. Quod si præceptum id est. *Hoc facite in meam commemorationem*, præceptum hoc non sacerdotes, non plebem obligat, Ecclesiamque simul collectam, non quodlibet Ecclesiæ membrum respicit: atque (vt tecum nervosius agam & argumentationibus fortioribus vtar) aut sacerdotes erant Apostoli, quando mandatũ hoc acceperunt, & ad id soli sunt obnoxij sacerdotes: aut adhuc erant laici, & tunc non sumere tantum, sed conficere quoque sacramentum laicis est præceptum. Sed hoc tam vobis quam nobis absurdũ est. Ergo sacerdotes erant, & sacerdotes tantũ præceptio ligat. GAL. At Paulus ad Corinthios non sacerdotibus solum, sed vniversæ plebi, clericis, laicis, maribus, fœminis scribit. ÆNE. Non mandat illic Paulus, sed Domini mãdatum refert, & rem gestam, & quomodo sacramentum instituit Dominus exponit. Cumque nullus Euangelistarum verba illa, *Hoc facite in meam commemorationem*, post communionẽ calicis ponat. notandum est quomodo Paulus loquatur. Quid ille? post panis sacramentum, inquit, *Hoc facite in meam commemorationem*; post calicem autem: *hoc facite quotiescunq;*

tienſcunq; biberitis, in meam commemorationem. Additur hic: *quotienſcunq; biberitis.* Quid ſibi vult hoc, *quotienſcunq; biberitis*, inquit, *facite?* hoc eſt, quando neceſſariũ erit de calice bibere, quando cõficietis, quando ſacrificium offertis, hoc facite in meã cõmemorationem. Quod ſolis ſacerdotibus convenit. Duobus namque modis hoc diviniſſimũ ſacramentum conſideramus, vt ſacramentum ſolum, vt ſacrificium & ſacramentũ. In ſacrificio vtraq; ſpecies exigitur, quia imago eſt illius ſacrificii, in quo Chriſtus aſſiſtens põtifex futuorum bonorum, peramplius & perfectius taburnaculum non manufactũ, id eſt non huius creationis, ſeipſum pro nobis ſacrificium obtulit Deo patri in ara crucis. Ideoque nõ ſolum repræſẽtari dicitur Chriſtus paſſus, ſed etiam quoque paſſio Chriſti, in qua ſanguis fuit à corpore ſeparatus referenda. In puro autem ſacramento, quod ad ſanctificationem noſtrã requirimus, vt inuiſibilis gratia ſub viſibili ſpecie nobis tradatur, ſufficit repræſentatio Chriſti paſſi, quæ panis ſpecies abũde refert. Quia & Dominus grano tritici ſe comparavit, qui mortuus eſt, vt multum fructum afferret. Atque (ut altius de tanto ſacramento loquamur, triplex eſt (vt ait noſter Aquinas ſanctus & profundiſſimus doctor) huius excellentiſſimæ rei ſignificatio, triaque tempora reſpicit. Ex præterito ſignificat nobis Dominicam paſſionem, vocatur *ſacrificium.* Ex præſenti refert eccleſiaſticam vnitatem, & *Cõmunio*, dicitur. Ex futuro præſignat Dei fruitionem, quam præſtolamur in cœlis, & appellatur *Viaticũ*, quia viam præbet ad patriam: & ſecundum hoc etiam *Euchariſtia*, id eſt bona gratia nuncupatur. Et ſacerdotibus quidem ſacrificium convenit cæteris,

Sacrificium. *Communio.* *Viaticum.* *Euchariſtia.*

cæteris vero communio atque viaticũ, in quibus ſpecies panis eſt ſufficiens ſignum, quia ex multis granis conficitur, & pulchre denotat eccleſiaſticã vnitatem, & illum panem Angelorum quo fruemur in cœleſti Hieruſalem. GAL. Multa provolvis, & à propoſita quæſtionis ſtatu longe recedis. Hoc facite, inquit Dominus, id eſt conficite. At ego ſacramentum ſumite vobis, bibite & aliis date. hic nodus eſt, hæc vis, ÆN. Pulchre de nodo locutus es Nam tu nodum in ſcirpo quæris, ſed nõ eſt hic nodus, quem ferunt Alexandrum in curru Gordi reperiſſe, quem cum ſolvere manu non poſſet, enſe recidit. Facilis eſt huius ſolutio nodi, Neque enim inquit Dominus, *Quomodo ego feci, ſic vos facite. Sed, Hoc facite*, id eſt, hoc ſacramentum cõficite in meam commemorationem. Quod ſi notã præcepti ſub illis latere verbis affirmas, *Accipite, & comedite, & bibite*, dico quod prius ad ſacerdotes mandata referri debent, quia tunc Apoſtoli ſacerdotium ſuſceperunt. Cæterum ſicut mandatũ illud: *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ*, ſic eſt iſtud. Suſcepit Eccleſia non ab omnibus ſed ab electis miniſtris ac ſacerdotibus exequendum. Sic Doctores intelligunt verba Domini, ſic ſancta Eccleſia docet. Quod ſi Chriſtus his verbis cõmunionem calices etiam laicis imperaſſet, non ſolum Bohemis, ſed aliis quoque gentibus per tot annorum curricula revelatum fuiſſet. Sed nulla ſchola hoc ſentit, nulla civitas probat, nulla extra Bohemiam collegia tenent. Mirabile dictu eſt, ſi multa fercula, & mixta cerviſiæ vina, & longiſſimi ſomni melius vobis ſcripturã exponunt, quã cæteris abſtinentiæ atque vigiliæ. GAL. Male nos arguis. Non enim noſtram ſed Apoſtolorum do-

ctrinam Græcorumque ſequimur. ÆN. At illinō dixerunt damnatos eſſe populos, qui de calice non acciperent. Nec nos ad omnia tenemur, quæ in Eccleſia primitiva patres egerūt. Complūrima illi quę ad perfectionis ſtatū pertinebant, tanquā perfecti obſervabant. Nec enim quicquam proprii poſſidebant, ſed (vt in actibus eorum Lucas ait,) omnes qui credebāt, erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones & ſubſtantias vēdebant, & dividebāt illa omnibus prout cuique opus erat. Nos autē non cogimur omnia vēdere, & tamen ſalvamur. Illi carnem cum ſanguine nō edebant; nos comedimus & nō damnamur. Illis vxores fuerunt, nobis deſunt: & magis meremur, Illi populum à cōmunione calicis nō prohibebant, nos arcemus & meritum inde recipimus, obedientes Eccleſię, quæ communionem ſub ſpecie vini ſubtrahendam multitudini monente Spiritu Sancto decrevit, dicente apud Ioannem Domino: *Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunoque dixero vbis.* Cum enim ex præcepto Chriſti non ſit communio calicis in populo, quis nō videt in hoc, ſicut in cæteris quæ Dominus expreſſit, non iuſſit, Eccleſię ſtandum eſſe iudicio. Cuncta enim quę ſub pręcepto divino non cadunt, regentis Eccleſię ſunt diſpoſitioni cōmiſſa: cuius mandata tanquam divina recipienda ſunt, & omni devotione cōplenda, quando, prępcepto Dei non ſunt aduerſa, vel vtrum ſint aduerſa, non eſt certa cognitio. Sed nec tu tibi de Græcia blandiaris: quamvis enim nō errant Græci vetuſtam conſuerudinem obſervantes, non tamē vobis excuſatio eſt, qui ſub Latinis nati educatiq; moribus,

Bohemorum, & Græcorū coniunctio.

moribus,laudatum,ſecurum,purum Eccleſię Romanę ritum,autoritate propria reieciſtis,quamvis ordinationem eius, ſive conſuetudinē longo vſu probatam infringere peccatum tranſgreſſionis exiſtat. Nec ſcio quid vos in hac re Gręcam magis quam Latinam Eccleſiam imitari compellet. Latinus certe ſenatus & mundius & rationabilius & cautius agit,quam Gręcus. Nā tribus de cauſis calicis potū plebibus interdixit: Prima, ne rudis populus ſub duplici ſolum ſpecie contineri Chriſtū putaret. Altera,quod eſt liquidum,multum attrectatum manibus effunderetur in terram: Quemadmodum nuper in Praga factum referunt,vbi puerulus vix anniculus ab vbere matris ad ſanguinē Domini raptus,calicem ex manu minus cōſiderati ſacerdotis arripiens,ſacramentum ſparſit in humum. Tertia,vt impleretur figura veteris legis,quę licet populo miniſtrari de ſacrificio iuberet, libamina tamē ſolis ſacerdotibus Levitiſque reſervat. Quid eſt quod Gręcam Eccleſiam tantopere laudaris? An non Latinam Eccleſiam multo florentiorem eſſe quam Gręcam cernitis? & noſtram longe lateque dominantem,illam Mahometi cultoribus ſervientem? hanc vno ſub capite gubernatam,illam multis ſchiſmatibus inplicatam? hanc tēplis ſublimioribus exornatam,illam omni ſplēdore nudatam? hanc ſemper recta dogmata prędicantem,illam ſępius errori conſentientem? Nolo cum Cicerone dicere: *Romanos aut nihil à Gręcis ſuſcepiſſe, aut ab eis recepta fociſſe meliora.* Laudo & magnifacio Gręcos,ex quorū fontib. noſtri maiores hauſere doctrinæ. Sed cōſenuit Gręcia: frigida eſt, & nō habet qui cale faciat eæ. Facta eſt ſub tributo domina gētium,& quę fuit Aſianorū magiſtra,

nũc eſt diſcipula Latinorũ. Quid eſt quod vos Bohemos ſub norma Latina nutritos in cõmunione cælicis Græcari cõpellit? Cur nõ ceteras quoq; Græcorũ obſervãtias amplectimini? cur nõ panẽ fermentatum conſecratis? cur religiones Monachorum, quas illi recipiunt, aſpernamini? cur veſtis ornatus, ut illi, ſacrificantes non recipitis? cur non coniugio copulamini, quod cum Græca poteſtis, & cum primitiva Eccleſia facere. Non decet vos partim Græcos, partim Latinos eſſe: aut calidum fieri oportet, aut frigidum. Sed agite, quod in rem veſtram eſt: Nolite plus ſapere quam oportet. Audite docentẽ matrẽ: amplectimini legem Eccleſiæ, quæ ſancta eſt & honeſte condita: Nolite putare, ſemper Apoſtolos alioſque Chriſti diſcipulos cõmunionẽ calicis accepiſſe: quia poſt Chriſti paſſionem de calice rarus, de pane frequens habetur ſermo, ut eſt illud: *Cognoverunt eum in fractione panis*: & in actibus Apoſtolorum: *Frangentes circa domos panem*. Et iterum, *perſeverantes in fractione panis*: quibus in locis nullam reperimus de vino mentionẽ. Sed nec moveri debetis, quod nonnulli Doctores de communione ſacramẽtali loquẽtes, illamq; populo ſuadentes Ioannis verba recipiunt. Neque enim propterea illius loci vel talis verus eſt & proprius intellectus, ſed ex quadã ſimilitudine conſonãtique ratione trahitur inde ſenſus magis quã ducitur. Et licet doctoribus oratorio more loquentibus nunc figuris, nunc translationibus uti. Ex quo fit, ut ſæpe de ſigno loquentes tranſeant ad ſignatum. Sed plurimũ intereſt, an determinando docentes, an perſuadendo commoventes loquantur. Et advertendum eſt, quod & ſi plerique Doctores incidenter verba Ioannis ad ſacramen-

Fractio panis.

mentum altaris referant, in continua tamẽ expositione nullus id agit, sicut in libro quẽ de textura Euangeliorum scripsit Zacharias Chrysopolitanus affirmat. Quod autem de Leonis decreto cõmemorasti, nihil impedit nostri propositi cursum. Namq; cũ Manichæi Leone sedente, Christũ non vero corpore, sed Phantastico & sine sanguine vestitum prædicarent, neq; resurrectionem eius crederent, neque dieni Dominicum sanctificarent; sumenteſq; Christi corpus sub specie panis, ut suũ palliarent errorẽ, potum calicis renuerent; obuiaturus tantæ nequitiæ Pontifex statuit, ut qui sub una specie cõmunicasset, ab altera non abstineret. Sic plurima sæpe statuta sunt ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore, quæ considerare oportet, qui de illis iudicant: ne prius inculpent quam intelligant, prius arguant quam sensu perquirant. At cũ hodie alius sit rerum status, cum vestri nostrique progenitores sub una specie cõmunicaverint, cum multi Doctores ab Ecclesia recepti & in catalogo Sanctorũ conscripti, miraculis coruscãtes, retinendum plebi calicem dicant, cum Latina Ecclesia id servet, doceat, mandet; suadeo ut vos illi obtemperetis, custodiatiſq; legem matris, ut addatur gratia capiti vestro & torques collo vestro. Sicut Salamonis verba promittũt his, qui sunt matribus obsequentes NICOL. Estne ullũ Apostolicæ sedis aut generalis Concilii decretum, quod laicos sub utraq; specie communicare prohibeat? ÆN. Vultis optemperare, si decretum ostendo? NIC. Obtemperabimus, si nõ erit legi divinæ contrarium. ÆN. Lex divina nulla est, cui talis sanctio possit esse cõtraria. NIC. Tibi sic videtur, nobis longe alia sententia est. ÆN. Vos communionem du-

plicis ſpeciei de perceptoDomini dicitis:nos cõtra.Cui magis credẽdum eſt,vobis aũ ſẽdiRomanę? NICOL. Ei crẽdendum eſt cui ſcriptura divina ſuffragatur. ÆN. At vos dicitis legẽ divinã ſentire vobiſcum: nos contra quod non. NIC. Quę verbis divinę legis propinquior eſt,hanc fidẽ dignoré puto. ÆN. Quid ſi eſt hoc dubium, quis obtinebit?NIC.Chriſtus Dominus judicabit.ÆN.Nullum ergo(ut intelligo)judicem,nullum in terra ſuperioré vultis,qui res dubias definiat?Sic neq; Romanum Pontificem caput eſſe Chriſtiani populi creditis,neq;militantẽEcclesiam honeratis,quamvis eſt magiſtra fideliũ, doctrix veritatis,inimica mẽdacij,mater noſtra,quę nosChriſto regeneravit,& alit atq;nutrit in fide.

Huſſitarum paucitas.

Quod ſi vos aliud nõ moveret,veſtra vos paucitas exterrere deberet. Quot enĩ eſtis, qui adverſus vivos innumerabiles, & mortuos infinitos linguas acuitis? Tota Chriſtianitas cõtra vos eſt, & tamẽ à ſententia nõ receditis?Quę ſi vera eſſet, omnes noſtri progenitores cũ Diabolo & eius angelis arderẽt,qui calicis expertes fuerũt.Nam regnũ hoc,poſtquam ſacramẽtis Eccleſię relictis idolis initiatum eſt,ſemper Apoſtolicę ſedis ritu cõmunicavit,exceptis paucis annis ævi noſtri,in quo monitore Ioanne Huſs atq; Hieronymo,ab Eccleſię unitate receſſiſtis. GAL. Arguis paucitatẽ noſtram? ſedChriſtus adverſus multitudinẽ Iudæorum, paucis diſcipulis circumdatus prędicare nõ timuit;nec multi erant Iudęi,cõſiderata gẽtiliũ multitudine,quando legẽ acceperuntMoſaicam.ÆN.Chriſtus Deus & homo, Dominus & magiſter,novam daturus legẽ,in mundum venit,redemturuſq; populum. Qualis comparatio

lucis

lucis ad tenebras? terræ ad cœlum? Christi ad Belial? Nõ tamẽ dominus sine miraculis creditus est, neque Moses absque signis legẽ tulit. At vos quæ signa facitis, ut vestræ pauciati credamus, vobiscum simus? GAL. Generatio prava & adultera signum quærit. Nos paucitatis nostræ tutorem Christum habemus, qui apud Euangelium dicit: *Vbicunque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum.* Nõ indigemus humano fauore, qui ducimur cœlesti doctore. ÆN. Apud Cyprianum martyrem his sororia verbis nonnulli iactabant, quibus ille sic respondit: *Corruptores Euangelij atque interpretes falsi extrema ponunt, & superiora prætereunt, partim memores, partim subdole comprimentes, ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita capituli unius sententiam scindunt.* Dominus enim cum discipulis suis unanimitatem suaderet & pacem: *Dico*, inquit, *vobis, quoniam si duo ex vobis convenerint in terra de omni re quamcunque petieritis, continget vobis à patre meo qui in cœlis est, Vbicunque enim fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum.* Ostendens non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimũ tribui. *Si duo*, inquit, *ex vobis convenerint in terra*, unanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante præmisit, ut conveniat vobis fideliter & firmiter, docuit. Quo modo autẽ potest ei cũ aliquo convenire qui cum corpore ipsius Ecclesiæ, & cũ universa fraternitate non convenit? Notate verba, & signate mysteria. Nõ est cũ eis Christus, qui ab Ecclesia recedunt. In una Ecclesia fuimus omnes, prius una fides, unus Deus, unus ritus, & vobis & nobis erat Non nos à vobis, sed vos à nobis recessistis, facientesque vobis convẽticula diversa, peregrina dogmata recipientes, quæ non audi-

verant patres noſtri, veritatis caput atq; originem reliquiſtis. Quod ſi Chriſti præſentiam cupitis, ad ſponſam eius redeundum eſt. GAL. Nos in Eccleſia ſumus, neq; ab illa receſſimus unquam. Tranſire autem ad vos, dum Chriſti legem violatis, nulla ratio ſuadet. Quia nunquã myſtico Chriſti corpori iungitur, qui ab eius Euangelio ſeparatur. Sed cur nobis retices, ſi qua eſt conſtitutio, quæ ſumere calicem vetat? ÆN. Quia noluiſtis obedientiam polliceri. Sed dicam tamen ego, ita vos peritos arbitror, ut conſuetudinem univerſalis Eccleſiæ nõ minoris efficaciæ cenſeatis, quam ſcriptam legem. Quia vis legis ex conſenſu reſultat: conſenſus autem minor non ineſt conſuetudini, quã legi conſcriptæ Nam conſuetudinẽ longus & approbatus uſus inducit: quæ nullius impedimenti clamore, divino magis quam humano videtur recepta conſilio: leges autẽ quamvis Dei nutu decerni credantur, ſæpe tamen vel populi vel ſenatus magna parte diſſentiente traduntur. Ob quam rem non minus plectendus eſt vetuſtæ conſuetudinis, quam ſcriptæ legis prævaricator. Cum igitur pluribus ſeculis obſervarit Eccleſia, ne plebes de calice biberent; decebat & vos Bohemos huius obſervantiæ tanquam paternæ legis æmulatores exiſtere, quæ (ſicut ante dictum eſt) neque novi, neque veteris teſtamenti codicibus adverſatur, ſed ratione magna & honeſtate ſubnixa eſt. Verum quia ſcripti decreti ſanctionem requiritis, non fruſtrabor expectationem veſtram. Euoluite Conſtantienſe Concilium, atque eius acta perquirite: conſuetudinem, quam modo expoſui, & approbatam & pro lege rectam & ſcripto firmam reperietis. In Baſilea quoque dũ generalis Synodus illic erat,

Conſuetudo pro lege.

erat,postquam exacte visa sunt & diligéter excussa sacrarum testimonia literarum,magnorum cōciliorum decretis,ac sanctorum Patrum & illustrium Doctorum traditionibus enucleate pensatis, decretum promulgatum est,quod aperte declarat, *Fideles laicos sive clericos , communicantes & non conficientes , ad suscipiendum sub specie panis & vini divinum Eucharistiæ sacramentum ex præcepto Domini non esse astrictos.* In cuius fine subiungitur: *Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicalem populum sub una specie,ab Ecclesia & sanctis patribus introducta , ac hactenus diutissime observata , & à Doctoribus divinæ legis sanctarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus , iam longo tempore commendata , pro lege habenda est: nec alicui licitum est eam reprobare , aut sine autoritate Ecclesiæ ipsam immutare.* Sic ergo & scripta Conciliorū habetis decreta,& vetustum Ecclesiæ ritum. GAL. Potest Ecclesia vel Conciliū, quæ Christus instituit,sacramenta pervertere? ÆN. Non potest. GAL. At sacramentū hoc sub specie panis & vini Christus instituit. Cur peruertit Ecclesia,quæ panem solum ad laicos defert? ÆN. Non pervertit Ecclesia sacramentum , sed ritum mutat. Quæ sunt enim de necessitate sacramētorū,immutabilia perseverant: quæ circa ritum sunt , immutare Ecclesia potest. Cuius potestas non minor est hodie,quam sub Apostolis erat. Potestas autē & administratio Ecclesiæ(sicut doctores tradūt) tribus in rebus consistit. In ordinibus diversorum prælatorum;in administrationibus sacramentorum, in diversis præceptis subditorū. Ob quam rem nō sine ratione putavit doctor insignis Aquinas,in arbitrio esse Ecclesiæ diversos gradus prælatorū instituere,

Ecclesiæ potestas

ſtituere, & inſtitutos pro rerum diverſitate ve temporũ amovere. Sic Subdiaconi ſunt ordinati, quos Eccleſia primitiva neſcivit. Sic Prælati, Presbyteri, Epiſcopi, quos olim Hieronymus æqualis fuiſſe poteſtatis affirmat. Sic Cardinaliũ ſacer ſenatus inventus, Eccleſiæ magnum decus & ſtabile firmamentum. Poteſt etiam Eccleſia in adminiſtratione ſacramentorũ, abolitis prioribus, novos ritus inducere, & ceremonias novas. Qua de re licet Dominus diſcipulos ſuos facta cœna cõmunicavit, Eccleſia tamen neque pranſos neque cœnatos fratres, niſi neceſſitatis cauſa tantũ, ſacramentum permittit aſſumere: Rurſus quoque quamvis amictus lintea Chriſtus, quotidianaq; veſte indutus, hoc ſacramentum inſtituerit, dixitque pauciſſima verba: Eccleſia tamen ob eius reverentiam, & ornamenta veſtimentorum ſacerdotibus dedit, & miſſarum ſolennia Prophetarũ & Apoſtolorũ lectionibus & devotis orationibus adornavit. Sic enim in veteri lege rubricatas pelles, & rudia tabernaculi ſacra ſublimis gloria templi ſecuta eſt. Sic & in Novo teſtamẽto poſt illa Eccleſię primitivę rudimenta, pedetentim ſplendor in cultu divino, & ritus ſacramentorum expolitior, & maieſtas ſacerdoti maior ſucceſſit: Tertio loco poteſt Eccleſia ſtatuta & ordinationes patrũ quę de moribus agunt, prout loco, tẽpori & perſonis viderit convenire, immutare & abrogare, ſicut & prius diximus. Sed quantum ad ſacramentum pertinet, quod neceſſariũ eſt, tolli non poteſt; quod neceſſitati nõ ſubeſt, & variari poteſt & tolli. In Euchariſtia vero (ſicut ante probatũ eſt) non eſt uſus utriuſque ſpeciei populo neceſſarius. Adimi ergo altera ſpecies nõ inepte potuit, quia nõ eſt hoc ſacramen-

cramentum variare, sed usum. GAL. Sacramentũ esse sub specie vini, quis neget? ergo qui vini speciem tollit, sacramentum tollit. ÆN. Haud recte infers. Septem sunt Ecclesiæ sacramenta, & si vos quinque tantũ recipitis: ex his unum est Eucharistia, præcellentissimũ & maximum. Hoc semper integrũ & unũ est, sive sub una specie sumitur, sive sub duabus: & licet mille particulæ panis fiant viniq; totidem, unus tamẽ est ubique totus & integer Christus. Nec subtracta vini specie, subtrahitur sacramentũ: quia totum in altera sumitur. Recte igitur & sanctissime Romana Ecclesia in huius observantia sacramenti sese habet. Quibus ex rebus si consolationem spiritus cupitis, si quietẽ amatis, si veritatem quæritis, si lucrifacere animas vultis; sedẽ Apostolicam audite, sequimini traditiones eius, honorate illam, quoniam sancta est immaculata sponsa Christi, colũba pura & albissima, ex cuius ore felicis ramus olivæ dependet, qui pacẽ hominibus pollicetur, superbis bella minatur. Finitis sermonibus istis assurrexit unus de primoribus Taboritarũ, & animo satis inflato; *Quid tu nobis*, inquit, *Apostolicam sedem tot verbis amplificas? Nos papam & Cardinales avaritiæ servos novimus, impatientes, inflatos, tumidos, ventri ac libidini deditos, ministros scelerum, Diaboli sacerdotes*, & *Antichristi præcursores, quoram Deus venter est, pecunia cœlum*. Erat hic homo ventrosus, crassus, & multo abdomine pinguis: quem cum aspexissem, admovi ventri eius leviter manus, ac subridens: *Vnde*, inquam, *tumor hic ventris est. Cur teieiunio maceras, & affligis inedia?* Riserunt omnes, magnisque illum cachinnationibus exceperunt. At ego cum animadverterẽ sacerdotes illos magis studio contradicendi, quam

voto

voto discẽdi ad me venisse, posui modum verbis meis, subtraxique disputationi pedẽ. Intellexi enim, quia facilius & levius esset turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retũdere, quã illorũ rabiem sermonibus coercere. Nam labor irritus & nullius effectus est, offerre lumẽ cęco, sermonẽ surdo, sapientiam bruto, Conversus tamen ad eos dixi: *Collegæ mei pransi sunt & itinĕri se accingũt, hora est, ut à vobis recedam, satis diu simul disputavimus. Vos tamen (ut video) nec meis verbis fidem præbetis, nec ego vestru argumentationibus moveor, remaneamus omnes, quod ante fuimus. Existimavi hoc priusquam inciperem, nolui transilire ut mea taciturnitas opinionum vestrarum fieret autoritas, ne quis post hac diceret: fuit apud Taboritas Sinensis Episcopus nec quicquam adversus illorum sententiam dixit, aut eos vera sentire putavit, aut eorum argumenta posse superare diffisus est. Quod si nihil aliud verba nostra fecerunt, hoc tamen præstant, quod me vestris opinionibus adversantem, omnes qui astant, intellexerunt. Vos tamen amplius & fortassis melius cogitabitis. Tunc illi, si tempus esset, afferremus huc libros, ostendere musque tibi, quia Christi sequaces, & Legis Dei zelatores sumus, sed Vale.*

Ad quos ego *Nec vobis, nec mihi ocium est, Valete.* Atque hoc modo à me eos dimisi, & exeunte Domino de Rosenberch cum eo Saboslaviam veni, atque inde Cutnam, insulam, & seniorem de Rosenberch Dominum petivi. Videbar mihi ultra Sauromatas & glacialem Oceanum fuisse, inter barbaros, inter anthropophagos, aut inter monstruosas Indiæ Libiæque gentes: nec sane in omni terra, quam circuivit Amphitrites, gens ulla est monstruosior Taboritis.

Æthiopes.n. quosdam & Scythas & Zaprobanas,

banas,corporis vitio monſtruoſos aiunt,Taboritas verò depravatæ mentis vitia,& innumerabiles animæ maculæ mõſtruoſos efficiunt. Ad quos omnes hęreſes migravere quos ab initia naſcẽtis Eccleſiæ,uſq; in hanc diẽ,peſtivera ingenia ſeminarunt. Sũt ibi Nicolaitæ,ſunt Ariani,ſunt Manichei,ſunt Armeni,ſunt Neſtoriani,ſunt Berẽgarij, ſunt pauperes de Lugduno. Præcipui tamen apud eos Waldenſes habentur, unius Chriſti vicarij, & Apoſtolicæ ſedis inimici,qui dum frena ſuperioritatis abijciunt,libertatemque prędicant,neceſſarium eſt,ut omnes errores admitttã. A quibus dum exiviſſem,ex inferno videbar reverſus, nec me prius ad ſuperos recepiſſe putavi,quàm Budewiſcos atque Vlricum de Roſenberch conveni: nam & Budewiſci nullis hæreſibus inquinati ſunt,& Vlricus acerrimus hoſtis hæreticorũ,verus Eccleſiæ filius inter alios Bohemiæ principes,qui fidem Catholicam verbis armiſque tuentur,anterior & dignus, quem ſedes Apoſtolica,inter charos habeat,& inter primos honoret.

Scripſi hæc tuæ pręſtabilitati,feſtino & currenti Calamo,properante namque Romam Iohanne meo,quem probè noſti, malui te,quæ mihi in hac via contigerant , utcunque narrata cognoſcere, quàm penitus ignorare. Rés altas de fide diſputantes, & arcanos ſcripturæ ſenſus attingere pręſumpſimus. Scio quia nõ defuerunt ineptię. Nam rudem & inexpertem tyronem hæc me pugna ſuſcepit. Sed nolui latrantes impune abire, nolui deſerere Veritatem,nolui Eccleſiæ deeſſe: & quoniam imperitiæ meæ tenebras non ignoravi, ſupernæ claritatis lumen intrepidus expectavi, Iactavi ſuper Dominum curam meam, & ipſe adjuvit: ſenſi

vit:ſenſi divinitus aſſiſtentiam:nam Verba neſcio quomodo ſuapte fluebant,quibus miſeri Taboritæ miſerabiliter premebantur,benignus & miſericors Dominus, qui nec peccatorum voces obaudit.Credo & certus ſum , quia non mea vita,ſed mea Fides meruit audiri, ne Taboritarum Elenchis involverer,aut ſophiſmatib.caperer. Vtcum que res acta eſt,ſcio me plura tunc dixiſſe & ſcripſiſſe minime digna correptione. Sed quæ tunc dixi,corripi nequeunt,quia ſemel emiſſum volat irrevocabile Verbum.

Quæ nunc ſcribo ,facile potuerunt emendari, priuſquã edantur.Ideo te per veterem benevolentiam,& quam mihi ſemper oſtendiſti charitatem precor te & oro , huic opuſculo & tuam liman, ſummamque manum admoveas, neque prius in lucem ſinas exire,quam tuo fuerit acri & gravi judicio comprobatum. Vale , noſtri memor & amans.Quando Deus & fata volent, veniemus ad te.Ex nova civitate XII. cal.Sept.ſub Anno Domini. MCCCC LI.

INDEX.

A

Absolutio datur a Deo, sine absolutione Sacerdotis 21
Abstinere a quibus cibis teneatur jejunans 240
Act. cap. 9. de Tabita explicatur 163
Addere, minuere ve in lege Dei non licet 141
Aditum cœli prebere sanctis papistæ attribuunt 230
Adjutor noster Christus 77. 253
Adorari nolunt sancti 72
Adoratio sanctorum idololatrica 230
De Adortione Christi in Cœna. 317
Advocatus noster Christus 71. 72. 184. 212. 230
Advocatus optimus est Christus 77. 78. 244
Advocatus noster Iohannes dici noluit 83
Advocatum verum quomodo Iohannes obtinuerit 84
Advocatum alium præter Christum ponere Schismata parit 83
Affectus sanctorum ad nos, dicitur oratio 209
Alimentū jejunātium cujusmodi esse debeat 240. 243
Æneæ Sylvij disputatio cum Taboritis 368
Allegoria nihil probat 163
Angeli non fuerunt adorati a sanctis 195
Angelorum invocatio est à gentibus 197
Angelici hæretici 197
Angelum quomodo rogaverit ipse Iacob 198
Animæ an sine corporibus, in purgatorio sint 53. 54
Animarum a corporibus separatarum locus 58
Animas salvandorum in die judicij purgandas, quidam existimarunt 47
Animas salvandorum nunc purgari 62
Anima Tabitæ ubi fuerit 163
Animantia esui convenientia, quæ sint pontificijs 242. & seq.
Antiqui ignorarunt purgatorium 150. & seq.
Antiqui negarunt Sanctorum invocationem 218. & seq.
Antichrist. quam potestatem suis contulerit 122
Apostoli quomodo Cœnam celebraverint 32-41. & seq.
Apostoli quem invocarint 77. 85

Apoſtoli in multis ſunt papiſtis contrarij. 123 *& ſeq. & paſſim in ſingulis controverſijs.*
Apoſtoli quale jeiunium docuerint 242 *& ſeq.*
Apoſtoli poteſtatem clavium ad quid reeeperint 284
Apoſtolica concilia, omnia alia dignitate ſuperant 102
Apoſtolis non licuit aliquid addere ad legem Dei 122
Apoſtolis non licuit novum Sacramentum inſtituere. ibid.
Aquæ benedicto papiſtica refutatur 27.28
Aquæ & Vini mixtura 255
Argumentum à ſenſu contrario quando non valeat 159
Articuli Magiſtrorum prag. ſeu Calixtinorum 304
reſponſio ad eo dem artic. 316
Avaritia parit idololatr. 36
Auguſtinus dubitat ubi Anima defuncti nunc ſit. 58
Auricularis cõfeſſio refutatur 280
Authoritas conciliorum quanta ſit ſecundum quoſdam. 92
Authoritas conciliorum quanta ſit ſecundum Veritatem 93
Authoritas Doctorum à Deo excellit omnium aliorum autoritatem 103.152
Autoritas Doctorum quatuor principalium quanta ſit ſecundum quoſdam 92
Autoritas Romanæ Eccleſiæ quanti eſſe debeat 105
Autoritas Scripturæ ſuper omnia excellit 49 *& ſeq.*
Autoritates pro Sanctorum invocatione adductæ refutantur toto cap. 43. à pag. 208 per multas ſeq.
Auxilia ſanctorum qualia ſint 88.89
Auxiliantur ſibi invicem fideles orationibus in præſenti ſæculo 68
Auxilientur quomodo nobis ſanc. 208.209

B

Baptiſmus quomodo non ſit homini ſimpliciter neceſſarius 21
Baptiſmi definitio 10
Baptiſmi neceſſaria requiſita 11
Baptiſmi ritus non neceſſarij. 11. 320
Baptiſmi ſacramento annexa quædam ſunt, tantum ſignificativa 268 *& ſeq.*
Baptiſmi ſubſtantialia. 11
utilia in baptiſmo 11
Baptiſmo quæ non ſint neceſſaria 11
Beatitudinẽ cõſummatã, ſancti nõdum ha-

dum habent 88
Bella quomodo gerere liceat 249. 250
Belli Bohemici origo 249
An bella pro Religione in Bohemia suscepta, possint ex Verbo Dei defendi 250
Bella Bohemica consulto gesta sunt 251.379
Bellorum deordinationes non sunt excusandæ 251
Benedictio Olei 116
Benefacere debemus dum hic sumus 61. & seq.
Blasphemant, qui Christi Legem imperfectam putant 94
Blasphematur Deus, per Sacram. Confirmationis 297
Bohemorum cum Græcis in Religione affinitas 403

C

CAlumniæ Rokezanæ contra Taboritas, diluuntur 290
Candelæ in Missa non sunt necessariæ 269
Canon Missæ multa absurda complectitur 36 & passim.
Canon scripturarum est regula fidei 6
Canonizatio sanctorum 106
Cantus super mortuis, qualis olim erit 173
Cantus nō intelligibilis repugnat Apostolo 33
Carnium esus an magis vitandus sit quàm piscium 243
Ceremoniarum Novi Testamenti natura 7
Chrisma non est a Christo institutum 14.15
Christus solus est audiendus 5
Ciborum species non determinavit Christus 239
Cibos verbum sanctificat. 240
Cibi quidam plus, alij minus libidinem provocant. 243
Cibi leguminum inflammant. 244
Cibi apud Christianos moderatio 240.242.
Cibum sapius sumere, quando jeiunio sit præferendum. 287
Claves regni cœlorum. 284
non sunt cum personarum acceptione administrandæ 286
Cognitio Sanctorum in patria 205.206.
De communione sub utraque specie 380.395
Cœna Domini 16
Eius substantialia 29
Compactata Basilcensia violata sunt a papist 379
Concilia 4. magnæ autoritatis. 102.106.107.
Reliqua post dotationem eccl. in multis errarunt 102
Confessio auricularis, non est ne-

cessa-

necessaria ad salutẽ. 19.20.22
Sine illa, possibilis est salus 20
refutatur prolixe 280
Confirmatio Sacram 131
Non est ab Apost. 123.132
quomodo Apostoli manus imposuerint. 132.133
Consecratio aquæ, olei. 269
Constantini donatio 105
Consuetudo a oppar sit legi 403
Corpus Christi quomodo sit in cœna 17
Crucis signum in Missa 255

D

DAt Deus cui vult & quantum 178
Damonũ ejectio, non fiebat ab Apostolis, per sanctificationẽ creaturarum, sed potestate Dei 122
Decipiuntur simplices, & quomodo, in sanctorum invocatione 199.234
Defunctorum memoria in primitiva Eccla. qualis fuerit. 176
Hodierna pugnat cum antiqua 174. & seq.
Defuncti nos non juvant suis orationibus 135
Diaconorum munus in Vet. Ecc. 263
Dies Domini etiam pro præsenti vita accipitur 62
Dionys. Areop. quid de precibus pro mortuis senserit 170
quadrùplex discrimen orationũ pro defunctis tempore Dionysij, à ritu Romanæ Ecclesiæ 174
Disputatio hæc quando sit instituta, pag 1
Quo loco, ibidem
Doctorum dicta in materia Invocationis sanctorum magis obsunt, quàm prosint papatui 213.214.215
Doctores in materia purgatorij nõ concordant 47
Doctores inconstantes similes sunt arenæ 222
Doctores duplici sensu loquuntur de Sacram. 295
Donatio constantini 105
Duo tantum sunt animarum loca, post Christi ascensionem 46

E

ECclesiæ modernæ ritus missæ, differt à ritu veteris Eccles. 262
Eccl. moderna ritus splendens foris. 265
Eccl. modernæ ritus à Iudaïs ex parte sunt 271.272.273
Eccl. Romanã nõ errare, asserit Æneas sylv. 392
Eius potestatem extollit nimium Æn. sylv. 410
Idem Rom. Eccl. laudat à puritate & pacis studio 412
Episcopus non est maior Sacerdote quolibet 23

Errores

Errores circa Sanctorum invocationes 227 *Et multis seq.*
Errores circa jeiunia 238.239. 240
Esca quæ sumenda sit jeiunantibus 242 *Et seq.*
Eua g-lium sufficit viatori 5
Eucharistia concessâ unctione extremæ, superfluit 126
Eucharistia quomodo honoranda sit, animo nimirum in cœlum conuerso 18
Exempla pro purgatorij probatione 143. 144
Exequiæ defunctorum quæ mala induxerint. 176
Exorcisatio olei infirm. 1.0

F

Fabulæ de purgatorio 43
Fabulosæ Legendæ 33.
Facere bona opera pro mortuis, non convenit 167 *& seq.*
Festorum multiplicatio reprehenditur 235. 327.
Fides fundanda in ijs quæ scripta sunt, non in alijs. 139. 140
Fides quid sit, & quomodo differat ab opinione 102 103
Fidei regula est Scriptura 95
Fidem orationis, aufert sanctorum invocatio 222
Fractio panis 405

G

Gentiles Philosophi in cultu Dei errarunt 197
Genua infernorum quomodo Deo flecti dicantur 161
Gloria æqualis an sequatur imparem laborem 178. 179
Gloria magna quomodo non sit in jeiunijs 244
Græca Ecclesia longè præferenda est Romanæ. 183.
Græca Ecclesia non invocat sanctos 219
Græca Ecclesia non credens purgatorium, quomodo oret pro mortuis 172. 182

H

Hæresin quis fecerit & quis non 83
Homicidia à M. Pragensibus perpetrata 253.
Hominum collocutio cum Angelis qualis olim fuerit 195
Humanæ adinventiones 7. 92 122.
Humanarum Traditionum omissio, culpabilem non efficit Christianum 31
Hos. 12. Cap. explic. 191
Hypocrisis Sacerdotum circa defunctos. pag. 176
Hypocritarum velamen circa signa 35.

235.236.
Iobi loca aliquot, pro Sanct invoc citata, explicantur 188.189
Invocare quo modo sanctinos dicbatur 210

L.

LAtriæ cultus est, oratio & invocatio 86.186
Lectio Scripturæ 5
impeditur ritu moderno 33
Lectio Psalmorum pro Defunctis, qualis olim fuerit 173
Legendæ mendaces 35
Legiter noster, summfè perfectam legem tulit 49.51
Leonis decretum de communo sub utraque specie 406
Lex Dei clarius discutit materiam Sacramentorum, quàm quælibet scripta humana 9
Lex Christi sufficit regimini militantis Eccl. 5
Lignum, fœnum & stipula ab aliquibus, malè explicantur 65. 138.139.
Loca duo tantum, dicuntur Augustino post hanc vitam & Chrysostomo 45.46
Locus medius inter hanc vitam & Beatitudinem, est, Iudicium extremum 147
Lucas in Actis cap IX de Tabita explicatur contra papistas 163

I

S. Iacobi locus, de unctione agrorum explicatur. 115.119. 121.123.124.125.
Iacobelli inconstantia 299
Idolatriam sapiunt jeiunia certo tempori adstricta 238
Idololatriam in sanctorum invoc. admitti varijs exemplis ostenditur 228.229.230.231.232
Ieiunia in honorem Sanct. sunt idolol. 238.326
Ieiunij forma, est absti. à pecc. 246
Ieiunia primitivæ Ecclesiæ 246
Indigni sunt trium generum 223
Indulgentiæ papales 145
Intercessio B. Virgin. rejicitur 184
Intercedendi officium sanctis non competit 207.208
Intercessorē præter christum. quærens, stultus est 216.222
Interprēs Scripturæ quis sit 100.101
Invocatio Sanct. nulla scriptura probatur 222
Invocatio sanctorum 70
Definitio 71
Taboritarum de hac re sententia 86.187.
Invocatio Sanctorum avertit hominem, à vero Dei cultu 226 & multis seq.
Invocatio sanctorum unde orta sit

Luminum multiplicatio 269
Lumina in Cœna, non ſunt de ejus ſubſtantia 268.279.

M.

2. *Macch. c.* 12. *explic.* 165
2. *Macch. ultim. cap.* 187
Magiſtri pragenſes non evitant idololatriam & inordinatum cultum Sanctorum 227
Mandata Dei apud Papiſtas minoris ſiunt, quam hominum 9
Manuum impoſitio 12
Nullum habet præceptum 13
S. Marci cap VI de unction egrotorum explicatur 114.128 *& ſeq.*
S. Matth cap. V. explic 196
C. XII explicatur. 158
Matrimonij definitio 24
quæ de eius ſint ſubſtantia 24
quæ ſint liberi juris 24
Mediator unicus eſt Chriſtus 71 72.73.74.
Memoria defunctorum vide defunctorum memoria
Miſſæ nomen 29
quomodo olim celebrata ſit 30
ejus ritus longus, non eſt ab Apoſto 31
Impedit lection. Scripturæ 34
fomentum eſt pſeudoprophetarum & indoctorum 34
Varios peperit abuſus 34
Alit ſuperſtitionem 35
Fovet avaritiam & inordinatum cultum ſanct. 53
ſtabilit ſuffragia ſanctorum 36
Miſſa Romana faſus 267
Mortui non juvantur ſuffragijs viventium 69
Mortui non ſunt conſulendi 1.6

N.

Neceſſariæ conditiones quæ requiruntur in invocando, non ſunt in Defunctis 82
Neceſſario requiſita ad Baptiſmum. vide, Baptiſmus
Negare invocationes ſanctorum, non eſt novũ dogma. 218.219
Neſciunt Sancti in patria, quæ hic agantur 203.204
Notitiam habere omnium, eſt divinitatis 199
Novit Chriſtus indigentias hominum melius, quàm ulli ſancti 78.79.
Novum Sacramentum inſtituere, nulli hominũ conceſſum eſt 122
Numerus Sacramentorum 319

O.

Obſervatio rituum qualis eſſe debeat 103.109
Offere pro mortuis, malum 135. 164.165
Oleo extremæ unctionis, quos effectus adſcribant Papiſtæ 120

ei benedictionem quomode approbent Doctores 115. 116
eum in Baptismo non probatur Oleex scriptura 132. 133
i unctioni quomodo à quibusdam remissio peccatorum adscribatur 120. 123
Oratio super mortuo, cur semel fieret tempore Dionysy 175
Orationi in unctione Extrema quem effectum B. Iacobus adscribat 123
Oratio ad Deum solum dirigenda est 72. 73
Orationes in Missa quales aliquando fuerint 30. 31.
Orationes nostræ non exaudiuntur, nisi per Christum 71. 72. 73.
Orationes, obsecrationes, postulationes & gratiarum actiones quo modo differant 264 265.
Orationes pro mortuis, stabiliunt purgatorium 164 165.
Orationes pro mortuis tempore Macchabeorum qualis fuerint. 165.
Orare pro mortuis, B. Petrus in suis scriptis non docuit 167.
Orationes antiquorum in Missa ad Deum dirigebantur 217. 218.
Orent quomodo Sancti pro nobis 188. 209
Orationi, non unctioni, tribuit S. Iacobus sanandi vim 123
Ordinis Sacramentum 23
Ordo secundæ partis 90.
Origo belli Bohemici 249
Ornatus in Vestibus cur à Taboritis sit depositus. 38. debet esse internus 40
Ornatus ille, unde sumserit initium 38. 39.
Ornatus vestium judaicus non obligat christianos 272. 273
Ornatus talis, non probatur, exemplo Christi neque ullo scripturæ loco 273. 274.

P.

PApæ multa addiderunt Missæ 31. 32.
Papa est maximus Antichr. 21.
Paparum scelera 183
Papæ nimia autoritas 122
Patres quatenus audiendi sint 6. 104. 106. 152.
Patres dissentiunt sæpe non ab alijs tantum, sed etiam à se 108
Patricij purgatorium. 145.
Paucitatem Taboritis objicit æneas Syl. 407
B. Pauli locus 1. cor. 3. explicatur contra papistas. 137
Locus 1. cor. XV. 157
Ad Philipp. cap. 2. 161

Peccata ubi remittantur 158
Peregrina lingua in Sacris à Taboritis rejicitur 33
Poenitentia est in mente 19
de ritibus circa pœnitentiam 321
Pompa Missæ Rom. improbatur 267
Præsentia Christi in Cœna 348
Preces vivorum pro alijs, sunt multum efficaces 116
Preces pro defunctis repudiantur 135. 164. 175
Prophetæ quædam non Dei, sed suo nomine dicunt, ex judicio huius scriptoris. 103
Prosæ mendaces 33
Protestatio Taboritarum. 3
Purgari. in hac vita tutissimum 44
Purgationis varij modi 43. 44. 120 *Et seq.*
Purgatorium, non est Artic. fidei 42. 45. 67. 137
Fabulæ de purgatorio 43
De purgatorio in die judicij 47
in hac vita 62
post hanc vitam 65
In materia Purgatorij, non datur Catholicus consensus patrum. 66
Taboritarum de Purgatorio sententia 67. 324
Purgatorij locus non est determinabilis 143
Purgatorium in balneo 144
In glacie 144
In aere ibid
In zona aurea ibid
Purgatorium patricij 145

Q

QVare unctioni olei peccatorum remissionem quidam adscribant 123. 124
Quæ fratribus iniustè adscribantur 134. 135. 288 *& seq.*
Quærens alium intercessorem præter Christum stultus est, 285 *& seq.*
Quæritur ubi Animæ defunctorum sint, ante diem judicij 58 *& seq.*
Quibus infirmis unctio olei debeat conferri 124. 125

R

REconciliatio cœlestium & terrest. Sanctis in Papatu adscribitur 228. 229
Refugium in omnibus tribulationibus, debet esse ad Christum 72. 73
Religiones privatæ unde ortæ sint 85
Regula fidei & Scriptr. 100. 101
Res alienas non esse invadendas 329

Ridicula quædam dicuntur in ritu moderno 261
Ritus Romanæ Ecclesiæ, cur à Taboritis omittantur 32.33. 250
Ritus primitivæ Ecclesiæ à Taboritis observantur 254
Ritus Missæ Varij 255.325
Ritus cœnæ Domini in Vet. Ecc. 261
Ritus Missæ Romanæ differt à ritu Dionysij Arcop. 265
Rokenzana cum suis, nititur traditionibus Ecclesiæ 92
Rokenzanam vituperat Æneas Sylvius 382.383.348

S

Sacerdotibus an liceat tractare civilia. 252
Sacramenta ex Scriptura S. non ex Traditione probanda sunt. 8
Sacramenta instituere, est solius Dei 27
Sacramentorum numerus 319. 412
Sancti nobis non ad cultum sed ad imitationem proponuntur 71. 72
Sancti corpore defuncti, non sunt veri advocati aut sanctificatores nostri 80
Sanctis in cœlo an aliquid revelatur de iis quæ in terra fiunt 88
Sancti quomodo post hanc vitam nobis in terra suffragentur 88
Sanctorum suffragia qualia Taboritæ agnoscant 185.323
Sancti non Adorarunt eos, quos noverant esse Angelos 195
Sancti non orant pro nobis in cœlo, etsi orarint pro nobis in terra 198
Sancti an sint omniscij 203
Sancti habent plenitudinem sibi convenientem 204
Sancti juvant nos orationibus quas fuderunt ad Deum in hac vita 208
Sancti juvant nos suo affectu 210
Sanctos non invocat Græca Ecclesia 219
Scriptura sacra, est Fidei regula 100.140
Non est detorquenda ad sensum proprium. 140.141
Æn. Sylvius Scripturam incusat 389
Sigismundi lenitas erga Taboritas reprehenditur ab Æneæ Sylvio 374
De Signo Crucis, in Missa non adhibito 255
Suffragia sanctorum viventium, petenda sunt. 87
qualia suffragia Sanct; Taboritæ agnoscant. 185

Tabo-

T

Taborita sola S. Scriptura nituntur 94
Taboritarum dogmata referente Æneæ Sylvio 371
studium audiendi concion. 372
Templum 372
Taboritæ ferunt varias sectas 414
Templi Salomonis ornatus, non debet trahi in consequentiam 270. 271
Tempus pia opera agendi limitari non debet 283
Th. aquinas in 47 punctis sibi ipsi contradicit 291
sæpe melius opponit, quod solvit 293
Traditiones quædam inventæ non ad efficiendum, sed ad repræsentandum 7
Traditiones humanæ possunt negligi 7
Transubstantiatio refutatur 17

V

Veneranda quomodo sint Sacram. 17
Vestes missaticæ non sunt à Christo aut primitiva Eccla 31. 40.41.273.
cur à Taboritis depositæ 38
Vestes Aaronis fuerunt typicæ deoque non sunt in N. Testam. usurpandæ 39.272
Vestiariæ leges paparum 527
Vestitus missaticus est ab Imperatoribus 277
Vigilantius, quid de Invocatione Sanctorum crediderit 219
Vindictæ justæ in bello 329
Vita præsens tantum, pœnitentiæ & satisfactioni destinata est. 60
Vnctio infirmorum 25.322
Vnctio sanorum ex charitate 25
Vnctio ægrorum moderna, non est à Christo aut Apostolis 26. 110.111
sed est instituta à papa Fœlice. 27
non requiritur ut oleum istud sit ab episcopo consecratum 27
Olei quibus unctio peragitur benedictio, vel potius exorcismus. 120
De loco inunctionis 121.127
De tempore inunctionis. ibid. An inunctio illa fiat, tantum propter venialia peccata 126
Vocatio Ministrorum, quænam requirat 23

Z

Ziska Dux Taboritarum 370

FINIS.

Lectori.

Errata typothetarum, quæ ſenſum turbant, (reliqua enim temporis & ocii tui rationem habentes, omiſimus,) ſubjecta tabella clarè monſtrabit, & elvet. reliqua per te ubi agnoveris, facile pro tuo candore, ignoveris.

Pag 13 linea 1 pro difficultates lege facultates. pag 34 linea 5 pro ſubſtantiæ lege ſubſtantia. pag 41 linea 5 pro obſervant lege obſervabant. pag ibid. linea 6 pro Act. 2. ut Act. 2. ibidē linea 6 pro. Nō, lege, nō. pag ibid linea 7 pro ſapientes fundam, lege ſapientes, Fudamentum. pag 42 linea 3 pro Electione lege Lectione. pag ibid. linea 28 pro ſpiritualiter lege ſpecialiter. pag 45 linea 8 pro privatum lege primarium. pag ibid. linea 10 pro & exire lege & poſſit exire. pag 46 linea 17 pro anmaruim lege animarum. pag 50 linea 23 pro qui lege quę. pag 52 linea 34 pro aboriti lege oboriri. pag 54 linea 8 pro inter lege intret. pag 57 linea 19 pro deſerviens illud, lege deferens illuc. pag ibid linea 20 pro unionē lege vivorū. pag 26 linea 12 pro ipſum lege ipſa. pag 62 linea 7 & 8 pro uţitur lege uritur. pag 67 linea 2 pro ſignum lege lignum. pag 7[illegible] linea 1 pro cuiuſcunque mediare lege cuiuſcunque, mediare. pag 101 linea 23 pro ſermone, lege ſermone? pag 106 linea 18 pro ſubdit, & lege ſubdit, Et. pag 107 linea 12 pro denſiriit lege definierit. pag ibid linea 31 pro voluerint lege noluerint pag. 110 linea 29 pro nō uſitatè lege nunc uſitatæ. pag 115 linea 19 pro quod lege quoad. pag 123 linea 27 pro nolens lege volens. pag 133 linea 10 pro introductam eſſe, lege introductam eſſe. pag ibid linea 13 pro ſuſpectum lege reſpectum. pag 134 linea 3 pro inſtitutum lege inſtituta pag. ibid linea 28 pro ſubtili lege ſub tali. pag 159 linea ad margin. pro uxatus lege luxatus pag. 170 linea ultima pro ſupera lege ſuper. pag 174 linea 27 & 28 pro damnidans lege dammandis. pag 179 linea 9 pro reverentem lege revertentem. pag 182 linea 25 pro purgandi ſponſi lege purgandæ ſponſæ. pag 182 linea 34 pro Arrianiis lege Aërianis. pag 197 linea 8 pro quaſdam lege quoſdam. pag ibid linea 10 pro non illis lege illis pag. ibid linea 25 pro qui lege quidam.

pag

pag 202 linea ad margin. pro multius lege mutilus. pag 205 linea 14 pro Deo, nec lege Deo. Nec. pag 222 linea 4 pro oportet lege cogitat, oportere ſanctos in . pag ibid linea 21 pro autem autem lege autem. pag 223 linea 22 pro Eſaiæ lege Eſaiæ 1. pag 228 linea 33 pro quot egas lege quo tegas. pag 243 linea 9 pro quia lege quæ 245 linea 11 pro datum lege dictum . pag 246 linea 1 pro Hinc lege Huic . pag 271 linea 4 pro cim lege cum. pag ibid linea ibid pro dedicarut lege dedicaverit. pag 281 linea 27 pro ficonteri lege confiteri. pag 291 linea 15 pro innitebatur lege nitebatur. pag 297 linea 6 pro Apoſtolus lege Apoſtolis. pag ibid linea 23 pro talibus lege talibus , ibid linea 24 pro quantum talem lege quantum ad talē. ſecundum. pag 301 linea 26 pro ſtatum ſtat. pag 309 linea 15 pro Prybrā. Przibrā. pag 313 linea 6 pro verbis lege illas. pag 332 linea 4 pro ac lege ut. pag 343 linea 3 pro reclamamus lege declaramus. pag 354 linea 21 pro Pilyna lege Pilzna. pag 355 linea 3 pro dioeſis lege dioeceſis. pag 367 Dele illa verba. *Nunc ipſos artic Prag. &c. cauſa erroris hæc fuit, quod Cochlæus hos Articulos præmittit omnibus alijs, quē ordinem primo decreverā ſequi, ſed poſtea mutavi conſilium, ne aliquid in ordine noſtri autoris mutarem.* 367 in titulo pro Hiſt. Bohē lege Æneæ Sylvij epiſt. ex Hiſtor Boh. Freheri. pag 373 linea 16 pro Virtitur lege vertitur. pag ibid linea 17 pro rinus lege rivus linea 19 pro finito lege finitimo. pag 404 linea 33 pro cale faciat eæ lege calefaciat eam.

Errata

In ſecunda ſectione libri ſic corrigito

pag 7 linea 26 pro genore lege honore. ibid linea 33 pro inobedientia lege in obed. pag 14 linea 2 pro habere amorẽ, lege habere,amorem.pag 15 linea 2 pro vitia lege vita.pag 16 linea 13 pro ſine lege ſive.pag 19 linea 9 pro domino lege dominio.pag 20 linea 9 pro ſuper lege ſemper. pag 27 linea 30 pro dobis lege nobis.pag 28 linea 14 pro gerimus lege nõ gerimus.pag 33 linea 25 pro inveniremus inveniremur. pag 34 linea 13 pro voluntati lege quod voluntati. pag 40 linea 8 pro procos lege porcos.pag 71 linea 5 pro idim lege idem.pag 77 linea 12 pro fide lege fidem.pag 79 linea 28 pro creſcit. lege difficultas creſcit.pag 86 linea 1 pro cibis lege cibi. ibidem linea pro ſcyphis lege ſcyphi.pag 89 linea 18 pro conveuit lege convenit.pag 90 linea 3 pro melior.lege melior? pag. 91 1 pro inevorabilis lege inexorabilis. pag 93 linea ad margin. pro Euſlebius lege Iſlebius.pag 94 linea 2 pro cum lege eum.pag 107 linea 15 pro morari lege morati.pag 108 linea 5 pro melior lege meliorem. ibidem pro eruditior. lege eruditiorem. pag 116 linea 29 pro autreos lege aureos. pag 122 ad marginem pro Huſutæ lege Huſſitæ. pag 117 linea 9 pro evocare lege evocare? linea 16 pro ſeviendos lege ſævituros. pag 135 linea 23 pro multorum lege multis.pag 138 linea 22 pro abhuc lege adhuc. linea 23 pro vere lege verè.pag 145 linea 2 pro ractos lege tactos. pag 154 linea 24 pro doctrine ducti,lege doctrinæ ductu.pag 157 linea 25 pro doceurimus lege docuerimus.pag 161 linea 28 pro credendi lege credenti.pag 162 linea 30 pro & lege ut.pag 164 linea 34 pro quod lege quoad.pag 169 linea 29 pro honor poſſit,lege honor nõ poſſit.p.196 li.8 & 9 pro convivẽdũ. le.cõvivendũ pag 198 li. 31 pro cũ lege eũ.pag 208 linea 2 pro aliquoſq; lege aliquo uſq;. ibid linea 3 pro ritillaverint lege titillaverint.pag 215 linea 17 pro ſive lege ſine pag 217 linea 11 pro atq; lege adq;.pag 220 linea 5 pro ſit lege ſic. pag 230 linea

230 linea 13 pro magnificat lege magnifica : pag 232 linea 19 pro hos lege hoc.pag 235 linea 28 pro vis dum lege vixdũ. pag 242 linea 2 pro continuet lege continet.pag 244 linea 10 pro fit lege ſit. ibid linea 15 pro iſt lege id. pag 245 linea 9 pro imago eſt ijs lege imago eſt,ijs.pag 248 linea 6 non ſit lege ſit. linea 31 pro tandum lege tandem. pag 49 linea 24 pro contemnet lege condemnet.pag 253 linea 7 pro illis lege illas.pag 260 linea 15 pro conſtituti lege conditi.pag 266 linea 22 pro recte lege rectà.pag 73 linea 15 pro ſuo lege ſuæ. pag 274 linea 29 pro acrum lege ſacrum.pag 279 linea 25 pro ad lege ac. ibidé li. 26 pro is lege ijs .pag 287 linea 8 pro illis lege illius.pag 194 linea 4 pro ſéſu lege de ſéſu.pag 302 lin. 7 pro medo lege modo.pag 306 linea 1 pro conſtitionis lege conſtitutionis. pag 309 linea 29 ut pro,lege pro ut.pag 301 li.17 pro ſubmoveret leg ſubmoveretur. ibid. pro ipſius lege ipſis.p. 312 linea 14 pro Euangelico leg.Euãgelio. pro linea 20 pro poſſit lege poſſit? pag 314 linea 4 pro palpat lege palpet.pag 316 linea 5 pro adoret lege adoret.pag 317 linea 32 pro ſtatim lege ſtatum.pag 318 linea 24 pro Sacramentis lege Sacramenti.pag 325 linea 30 pro donuo lege denuo.pag 326 linea 21 pro cius lege eius ,pag 326 linea 30 pro incundiora lege jucundiora.pag 328 linea 11 pro qua lege quì.pag ibid linea 22 pro cachinnis lege catinis.pag 329 linea 23 pro profiteremus lege profiteremur.pag 338 linea 1 pro ꝺbominanda lege abominanda.pag 341 linea 11 pro immundum lege immundos.pag 343 linea 8 pro jeiuniorem lege jeiuniorum. pag 346 linea 17 pro pabtiſta lege Baptiſta. pag ibid linea 2 pro denedictione lege benedict. pag 347 linea 24 pro Baptiſticis lege Papiſticis.pag 355 linea 18 pro fieri etiam ut lege fieri etiam poteſt, ut.pag 359 linea 4 pro antiquantu lege antiquantur.pag 360 linea 16 pro acque lege adque.pag 363 linea 8 pro quicunque ſublim. lege, quicunque è ſublim. pag 366 linea 33 pro quod lege quo.

In præfat ad illuſt.D D.ord.):(4.b.lin.21.
hulca pro hiulca.pag .ſeq.li.8 rigid.conf.lege harum.

CONFESSIO FIDEI, FRATRVM WALDENSIVM, REGI VLADISlao ad Hungariam missa.

Clarissime Rex, domine, domineque noster gratiosc.

NOs homines depressi, ac vestræ Maiestati humiliter subiecti, contemptibili quoque nomine falso amicti, humilem nostrã orationem, diuturnæ quoque valetudinis cum cuiusuis boni incremento, privationeque mali, infelici vestro imperio æquum vestrę celsitudini præmittimus affectum. Notum facimus Dignitati vestræ, quod retroactis temporibus scriptum vestræ gratiæ ad nos usque pervenit: ne dum rumore hominum, verumetiam in multis nostrum actuali impletione comprobatum. Quo scripto iuxta delationẽ inimicorum nostrorum inique & iniuste nos prauo iudicio sententiantium malos & impios, ignarique vulgi seductores, Dæmonis astutia nocentiores esse, quam perfida gens Turcarum fuerit. Talium hostium calumniis acquiescentes, nos tales esse, ex ignorantia vestra manifestastis denique officialibus Amplitudinis vestræ, nos ex ditionis vestræ urbibus pellere, magistratibus abdicare, conciones nostras (in quibus pro bono utili vestro Deum oramus) intermittere, atque contra nostram conscientiam aliorsum, quam

credulitate ſolita tenere valemus, cogere: cæterum utriuſque partis presbyteris pro huiuſmodi nefariis nos habendos eſſe, qui de Deo, ſacramentis Eccleſiæ, de communione corporis & ſanguinis Chriſti, diabolica capti nequitia male tenemus, ſentimuſque prave: nec non condemnamus, floccipendimus, ludibrio habemus. Inſuper, ut homines omnem nobiſcum converſationem fugiant, veſtris literis plublice iuſſiſtis. Hoc ipſum nos audientes, atque plurimi noſtrum re ipſa plene experti, orationibus noſtris ad Deum confugimus, pietatem eius obſecrantes, quatenus benignitate ſua, meritoque ac interceſſione dilectiſſimi filii ſui vos à ſanguinis humani effuſione, triſtique afflictione hominum illorum, qui divinæ placere benignitati, voluntatem quoque eius agnitam æmulari conantur, conſervare velit. Simulque deinceps verentes ne in perſonam veſtram, & regnum veſtrum, iram atque furorem ſuum Deus ex alto immittat. Poſtremo etiam magno deſiderio fuimus, ſi ſe facultas obtulerit, de religionis noſtræ arcanis (quorum cauſa, diverſas anguſtias ſuſtinemus) ſimpliciter rationem, regulamque pandere: quo ſuffulti auxilio, omniũ etiam calumniatorũ obiectis delationibus, manſuetum & pium ſemper experiamur Regem, atque clementi veſtro imperio ſæva quævis in nos, turbulentaque tempeſtas illico conquieſcat. Quapropter ſubmiſſe, gratia Dei iuſtitiæ & miſericordiæ eius (quam à Deo vobis dari aſſidue optatis) rogamus à veſtra pietate patienter audiri. Nam quod ſcripturi ſumus, ex cordis æquitate ſingula oritura eſſe haud dubitetis: quod enim corde coram Deo credimus, idipſum ore, tali pa-

&o nunc profitemur. Hoc primum credula mente pro fide vera ſuſcepimus, in quae etiam iam aliquandiu verſati, ſtabili animo, intentioneque libera ob animarum noſtrarum ſalutem immobiliter perſeverare propoſuimus, Omnem videlicet fidei veritatem Spiritu ſancto revelatam, in ſcripturis deinde ſacris eodem Spiritu ſancto repoſitam, atque in Apoſtolorum ſymbolo ſummatim recollectam: ſimulque à primitiva Eccleſia re ipſa cuſtoditam, virtutibus, prodigiis, ſyncero dogmate, martyrio quoque certificatam. Poſtremo Concilio Nicæno, ac ab Epiſcopo Athanaſio, plurimiſque dogmatiſtis in hæreticos ſtudio explanatam, neceſſariam eſſe ad animarum ſalutem, præcipue hoc ævo, pari fide fatemur. Viva itaque fides univerſale eſt fundamentum ſalutis humanæ, quæ fides dono Spiritus ſancti, meritoque gratiæ Chriſti principaliter largitur, in Eccleſia vero voce euangelica, ac veritatis verbo miniſterialiter annuntiatur, ſacramentis quoque Eccleſiaſticis exemplariter confirmatur.

Symbolum apoſtolorum.

Fides.

PROFESSIO FIDEI TRINITATIS benedictæ.

EOdem fidei fonte ſtabiliter quoad ſpiramus, credimus, & fatemur: Satorem atque fidei ſalutis datorem eſſe Deum omnipotentem, in deitatis ſubſtãtia unum: in perſonis verò trinum, patrem, filium, ſpiritumque ſanctum, unum deum perpetuo benedictum. Qua fide de deo patre, deo patri & in deum patrem integre credimus. De deo patre credimus filium ſuum unicum perenniter generare, quem miſericordia ſua motus in redemptionẽ & ſalutẽ mundo dedit, cuius

merito solus genitor secundum propositum electionis suæ salutem operatur. Genitori deo eadem fide credimus, quando testimonio eius integre acquiescimus, quod ab eo cœlitus de gratissimo eius nato delapsum est. *Hic est* (inquit) *filius meus dilectus: ipsum audite.* Quod etiam beata & semper inviolata virgo Maria, concordi sententia protulit: *Quodcunque* (ait) *vobis filius meus dixerit, facite.* Vera etiam atque fidelia mandata eius pari fide dicimus esse à Deo, ut qui in fide adulta ætate vivens, ea reliquerit, ipsum salutem in Christo nequaquam fore adepturum. In deum patrem credimus, quando cunctipotentem cœli orbisque creatorem esse scientes, ipsum corde diligimus atque opere iuxta notititiam virtutemque mandata eius custodimus.

DE VERBO INCARNATO SYNcera fides.

Filius.

CAtholica fides, quam semel susceptimus à deo, nos eadem de Christo domino, & in Christum facit credere, profiterique. De Christo sepientia æterna credimus, verum, unicum Deum, æqualem in divinitate patri ac spiritui sancto, potestate, sapientia, & bonitate vitam æternam esse, perpetua generatione ex patre procedere, per quē fecisse & secula haud ambigimus. Qui ut promissa patrum impleret, in Gentium salutem ab alto personaliter descendit cœlo, thalamo virginali inclusus: plenitudine temporū in terra visus est, in cruce atrociter distentus, Pilato tunc in Iudæa præsidente cum sanguine purissimo animam axhalavit: ligno depositus, saxeo recon-

reconditus est sepulchro, luce tertia placido experge factus est somno. Novissime quadragesima die serena sublatus nube. In dextera patris, loco videlicet eo diguissimo, nobilissimo residentē, regnare credimus, vt omne cordis nostri desiderum, quęvis, simul nostrę spei fiducia sursum in gloriā sanguine ipsius paratam, tollatur: qui in throno gratiæ residens, fidelis advocatus interpellat pro his, qui hæreditatem gloriæ percepturi sunt. Ecclesiam suam pro qua seipsum obtulit ad mortis supplicium, gratia, virtute, auxilioq, dono gratuito, non deserit, quam in diebus carnis suæ vehementur observavit: cui omne genus viventium, cœlestium, terrestrium, & infernorum ea lege est subditum, vt quemadmodum patrem deum, ita filium pari gloria, æquo honore, similique majestate colant, venerenturque: linguaque sua ipsum in gloria, sedeque maiestatis patris scilicet sui residere fateantur. Neque cœlo aliquando descensurum nisi omnium Gentium aduersitas subdita ipsius pedibus, tandem damnatione conteratur ęterna. Christo Iesu annuimus dummodo iussa eius, quę nos ad credendum in eum, fidendum, diligendumque pro vita gloriæ adeunda obligant, vera ac fidelia dicimus esse. In Christum autem credimus, quando deum & salvatorem nostrum cognoscentes, omnes eius sermones plena fide amplectimur: Ipsum quoque perfecta charitate diligentes, cum fidis eius membris in fide, amore copulamur.

DE SPIRITV SANCTO VERA FIDES.

Spiritus sanctus

EIusdem postremo fidei virtute tenaciter credimus, quam usque exitum tenere decrevimus, de spiritu sancto, spiritui sancto, & in spiritum sanctum. De spiritu sancto quod est unus verus Deus, cũ patre, verboque unigenito: in hoc dumtaxat diversus, quod ab vtroque emanat. Cuius munere fidei vivificantis, renovantis & reformantis ad Christi participationem meritoriæ gratiæ iustificationis, veritatis, fortitudinis, perfectæque salutis, unusquisque pervenit. Quo etiam Ecclesia sancta in Christi fide cui portæ inferni resistere non valent fundatur: quam similiter eodem spiritu in membris fidei veræ lavat, iustificat, sanctificat, ordinat, gubernat, congregat, roborat, fructificat. Simulque divinę literæ eodem spiritu sunt in spiratæ, atque cognitæ, Eo quoque membra Ecclesiæ uniuntur, ab eo pariter dona regiminis ecclesiæ procedunt, atque alia quam plura eodem spiritu sancto in vitam gloriæ perficiuntur. Spiritui sancto credimus, quando divinis scripturis aut Apostolis dei, plene consentimus. In spiritum sanctum credimus, dum clara eius notitia, & fide haud ficta ipsum diligimus, & cum membris eo afflatis omnes eius, veritates revelatas in gloriam æternam custodimus.

DE ECCLESIA SANCTA, PROFESSIO.

EAdem formatæ fidei plenitudine credimus, sanctam Catholicam Ecclesiam. ratione fundа-

fundamenti fidei viuæ, esse numerum omnium electorum ab mundi exordio vsque ipsius consummationem, quos Deus pater in Christo spiritu suo eligit, iustificat, vocat in gloriam salutis, magnificat: extra quam nulla salus hominibus est. Ratione autem ministeriorum, dispensatorumq; ipsius sanctam Ecclesiam Catholicam credimus esse congregationem omnium ministrorum, ac populi obedientia subiugati, ab initio vsque ad consummationem omnium temporum diuinæ voluntati obsequentium, quos solus Deus spiritu sancto inspiratos mittit, dans eis verbum fidei, pacis, reconciliationis, vt fructum in unitate ecclesiç salutis afferant, & labor eorum salutifero non fraudetur præmio: quorum nomina numeramque ille solus scit, qui ea in vitæ libro exaravit. Prima paulo ante ecclesia neminem damnandum continet profecto, altera mixta seruat ad tempus præfinitum judicii extremi, Ecclesia malignantium eos, qui ex maligno prodierunt, ambit, quos Diabolus in perditionem mundi, & in probationem electorum mittit, hoc temporum curriculo quo nos spiramus. In hanc ecclesiam omnia acerba, tristiaque, quæ Christus atque Apostoli eius vaticinati sunt, cumulatim deuoluta sunt, videlicet vt hi, qui genere Ecclesiastico sunt indigni, sua potestate ei dominentur. Renouationis etiã promissa iam eidem completa esse. Neq; autem nos tantum nobis arrogamus, vt Catholica ecclesia dici fieriq; velimus, apud quos dũtaxat salus reposita fuerit, verum solicita diligentia laboramus ecclesiasticæ veritatis participes effici, rectoribus demum eius inobedientia ordine stãtes, intimo amore subiici. Malis vero ope-

rariis,quos hostes sponsæ viritatisq; eius deprehẽdimus,timore æternæ dãnationis,obediẽtia denique Christi Ecclesię quoque eius,in his quæ contra legem sentiunt, loquuntur, aguntve subesse, parereque veremur.Quapropter angustias, ludibria, calumnias, gratia salutis animarum nostrarum pacienter ferimus. Nisi enim timor sanctus nos detineret, horror quoque gehennæ,libertatem seculi in quo datur facultas vivere quemadmodum velis, cum vanitatibus ipsis amplecteremur.Sed viam arctam,tristem, irrisam maluimus eligere, quam ipse redemptor Christus, ecclesia denique sponsa eius à mundo damnata abiectaque vestigia Christi signata sequens ambulivit, quam momentaneas seculi blanditias degustare, sectarique.

DE MINISTERIIS ECCLESIÆ.

Ecclesia,ministeria

PRimum & potissimum ministerium ecclesiæ Catholicæ est Euangelium Christi,quo gratia & veritas crucis tormento laborioſe acquisita manifestatur, quæ gratia electis vocatis dono fidei à spiritu sancto, deoque patre in salutem largitur. Alterum deinceps necessarium ecclesiæ Christi ministerium, verbum sani dogmatis innotescimuse sse,quo veritas salutifera in sensu fideicognoscitur:ex qua notitia,homini boni desiderii vita gratiæ, gloriæque administratur. Similiter sacramenta septenario inclusa numero ecclesiæ Christi vtilia esse pandimus, quibus populo credulo promissa dei impleta esse significantur:ingressus etiam in ecclesiam dei ad servandã

Septem sacramenta

vnitatem

vnitatem in ea conuersantium in gloriam per ea miniſtratur.

BABTISMVS.

FIdes à Deo data, talia de baptiſmate primo ſacramento cogit ſentire: Quicunque matura iam ætate auditu verbi Dei fidem adeptus, qua in anima renatus, illuminatuſque vim nactus fuerit, talis exteriori lauacro in argumentum interioris munditiæ per fidem acquiſitæ baptizari tenetur in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, in vnitatem Eccleſiæ ſanctæ. Profeſſio iſta noſtra etiam in pueros extenditur, qui Decreto Apoſtolorum (prout Dionyſius ſcribit) baptizari debent, poſt, ductu compatrum in Chriſti lege eruditorum, ad vitam fidei inuitandos eſſe, aſſueſcendoſque. *Baptiſmus*

DE CONFIRMATIONE.

FIde ex diuinis ſcripturis ſumpta profitemur temporibus Apoſtolorum iſtud obſeruatum fuiſſe, quicunque in pubeſcentiæ annis promiſſa donorum ſpiritus ſancti non acceperunt, huiuſmodi per orationem, manuſque impoſitionem, in fidei confirmationem ſuſcipiebant. Eadem quoque de infantibus ſentimus, quicunque baptizatus ad veram acceſſerit fidem: quam imitari re ipſa in aduerſitatibus & contumeliis propoſuerit, hac ipſa ratione, vt noua regeneratio in ſpiritu eius, vitaque gratiarum reuelata videatur, talis ad epiſcopum, aut ſacerdotem duci, ſtantuique debet, qui interrogatus de fidei veritatibus, *Confirmatio*

præceptisque divinis, simulque voluntate bona, intentione stabili, ac veritatis operibus illa omnia sic se habere fatendo testabitur: talis confirmandus est in spe veritatis consecutæ: denique orationibus ecclesiarum iuvandus est, quatenus ei incrementum munerum spiritus sancti ad stabilitatem, militiamque fidei accedat. Manus postremo impositione ad firmanda promissa Dei, veritatisque habitæ in virtute nominis patris & verbi eius, flatus quoque almi, ecclesiæ societur.

DE EVCHARISTIA.

Euchariſtia.

FIde ipsa, quam scripturarum sanctarum ministerio hausimus, credimus, lingua quoque nostra resonamus. Vbicunque dignus sacerdos cum fido populo iuxta sensum & Christi intentionem, Ecclesiæque ordinationem orationem faciens huiusmodi verbis, videlicet: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*, testificatus fuerit: confestim præsens panis, est corpus Christi in mortem pro nobis oblatum. Vinum similiter præsens, est sanguis eius effusus in peccatorum remissionem. Hæc fidei nostræ professio verbis Christi firmatur ab Euangelistis, & à sancto Paulo conscriptis. Ad hanc professionem etiam istud accedat. Hoc corpus Christi & sanguis eius, iuxta Christi & Ecclesiæ quoque eius institutionem, sub panis vinique speciebus utriusque in commemorationem eius mortis, sanguinis etiam effusionem ipsius, quemadmodum ait: *Hoc facite in meam commemorationem*, sumi debet. Deinde mors Christi, verbo Euangelij, atque bona utilia morte eius disposita, anuntianda sunt. Similiter spes fusi sanguinis,

guinis, ut Apostolus testatur : *Quotiescunque* (ait) *manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Tertio pro veritatis spiritalis notitia, de qua Iohannes Euangelista scribit : In certificationem similiter donationis, sumptionis, usus, acceptionis, veritatis, per fidem in spe, sicut ait Dominus : *Accipite, & comedite : Accipite, & bibite.* Quarto, propter simultaneum usum : namque ex Christi & primitivæ Ecclesiæ institutione atque praxi, tunc sacerdos ministrare debet, quando fidelium necessitas fuerit, qui cum eis simul accipere tenetur, ut dicit : *Hoc facite in meam commemorationem.* Paulus etiam : *Calix cui benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi ? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est ? Namque unus panis & unum corpus multi sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus.* Quinto, ob fidelium ab in fidelibus & indignis discretionem, & propter excommunicationem & correptionem eorum, qui labe vitiorum fœdati, pœnitentiam agere recusant. De eo Paulus scribit : *Nolo vos* (inquit) *socios esse demoniorum, non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum : Non potestis participes esse mensæ Domini, & mensæ demoniorum.* Rursus : *Auferte* (inquit) *malum ex vobismetipsis : nam si is qui frater dicitur, inter vos & est avarus, fornicator, aut idolis serviens, aut ebrius seu maledicus, aut fur, cum huiusmodi neque cibum accipite.* En fides nostra, gratiosissime Rex, de corpore & sanguine Christi, erga quam quemadmodum mutare aut auferre ea ipsa quæ Dominus Iesus verbis dignatus est testificari,

ficati, ad quem similiter usum tradere, formidamus: neque etiam apponere quicquam audemus, quod institutor sacramenti non addidit, simulque primitiva Ecclesia, quæ Christum in paupertate, labore, sequens, sua simplicitate edicta legis non violavit. De isto profecto sacramento, quod Dominus ex magna gratia instituit in charitatem & amorem electorum, multa dissidia ex sensu, opinibus, & sanctionum additamentis emerserunt, adeo quod contra intentionem institutionis Domini, alii in alios insania capti homicidia perpetrant. Nos vero tanti causa mali evitandi, ad Christi fidem, verba, intentionem, sensum eius verbis inculcatum confugimus, ut quod credere iusserit, simpliciter credamus: quod denique facere mandaverit, fideliter operemur. Revera non modo de pane accepto, benedicto, fracto, testificato esse corpus suum nos credimus corpus eius esse: verumetiam si lapidem accipiendo, dixisset ipsum corpus suum esse, plene ita credidissemus. Gratia huius simplicis nostræ fidei, quia opinione hominum nos abduci ab ea non patimur, hæreticamur: pro usu etiam actuali, ad quem nos sermo Christi, Apostolorumque, & exemplum operis eusdem sacramenti invitat, quia ita agimus, utimur fide integra in mortis Christi memoriam, condemnamur, judicamur, captivamur, & affligimur. Christum enim redemptorem nostrum vetitu eius dissuasi, atque præcepto eius astricti, cultu, honore sibi digno colimus: aliud venerari quemadmodum ipsum solum in dextera residentem, cum patre & spiritu sancto vehementer

Primitiva Ecclesia.

hementer metuimus. Quapropter benigniſſime Rex, ſciat ſerenitas veſtra hoc nos non contumacia, neque contemptu ullo facere: ſed timore Dei, & obedientia eius. Nobis autem pro Chriſti fide damnatis, ſublimitas veſtra compati velit precamur: optamus quoque, ut Deus excelſus gratia ſua, dignitatem veſtram ab ira ſua cuſtodire, conſervareque dignetur.

DE SACERDOTII ORDINE.

IPſa fide noſtra credimus ordinationem ſacerdotum à ſummo Epiſcopo, Sacerdoteque magno in veritate prodire, ut in loco legationis Chriſti miniſterium, euangelizatio, doctrina, iudicium oblatio orationum, ab hominibus gratiarum actiones, laudes Deo ab eis peragantur. Similiter à Deo fiat ad homines, ut Dei promiſſa in ſpe habitæ fidei veræ verificentur, & excommunicatione ab hoc bono mali arceantur. Denique hoc etiam fide fatemur, quod ii qui alios ordinare intendunt, Chriſtum æmulari tenentur, & legationem eius recto animo abſque perſonarum acceptione, avara demum cupidine vacui, & ſimonia, conſummare tenentur. Eadem fide proponimus quod ordinandi maioribus aut minoribus ordinibus promovendi vita virtuoſa in Chriſti fide alios fideles debent excellere. Viva enim fides ſanctificat, & idoneitatem omnibus muneribus tribuit: benedictionem, vitamque poſſidet. Bona enim opera honeſtæ converſationis, indumentum ſunt ſacerdotis atque ornamentum, in gloriam patris cœleſtis, & ad exemplum populi, virtutem-

Ordo ſacerdotalis.

que

que verbi. Etiam dona ſpiritus ſancti uberiora tenentur habere amorem, ſcilicet ardentiorem in Chriſtum, ſalutis ſuæ, proximorumque confidentiam, in Deum fiduciam, intentionis æquitatem, ſenſum fidei ſanum in conſcientia bona, præparatos pedes in evangelium pacis, prudentiam ſpirituś, legis divinæ ſcientiam, diſcretionem ſpirituum, & ſic de alijs. Quicunque clericus tali ordinatione euehitur in ſacerdotium, talem ordinationem ſacramentum eſſe profitemur: quoniam quidem ſignum ſunt veritatis ſacerdotij ſummi Chriſti Ieſu, eiuſque ordinationis à Patre Deo. Formaque miniſterij tanquam capitis Eccleſiæ ſuæ ad adolendum Deo incenſum veritatis in Chriſto. Ad plenam preſbyteri gradationem tria eſſe neceſſaria approbamus. Primum probatio vitæ, fidei, donorum, fidelitatis quoque in exilioribus negotijs creditis. Alterum orationes cum jeiunijs: Poſtremum, contributio poteſtatis aptis ad hoc verbis, & manuum impoſitio ad corroborationem.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium.

FIde atteſtamur matrimonium eſſe duarum perſonarum utriuſque ſexus maris & fœminæ, legitimam, honeſtam & decentem in Chriſto ünionem, caſtum thorum cum indiſſolubilitate cuſtodientium. Et eſt ſignum magnæ veritatis, copula ſcilicet Chriſti cum eccleſia, & fideli anima.

DE POENITENTIA LAPSORVM.

Exſi-

EX fide affirmamus, Peccatori lapso, Deus si cor contritum & humiliatum in vitia largitus fuerit, fidem Christi veram habendi, & si animo, intentione, opere, à retroactis vitiis resipuerit, talis in veritate constitutus, si presbyterum scientem discernere malum à bono, cuius labia scientiam divinæ legis custodierint, invenerit: huiusmodi sacerdoti recta intentione scelera confessione revelare debet, quo veluti iudice in loco Dei præsidente & ecclesiæ, iure legis Domini, culpæ eius gravitas (qua rubore perfundatur) recte dijudicetur, & correctus consilium pœnitentiæ ad reformationem sui habeat. Christi clavibus, aut solut⁹, aut ligatus humiliter obsequatur. Talem cordis submissam contritionem pœnitentiæ sacramentum, hoc est signum veritatis gratiæ largitæ pœnitenti. Sin autem cor depressum, contritum, ac flagitia ex fide abhorrens spiritus contribulatusque, voluntatem Dei amplectés defuerit, simulque confessio cum relaxione culpæ, atque satisfactio simulata ad hæc accesserit, vanum signum vacuum gratia Christi esse pronuntiamus. *Pœnitentia.*

VNCTIO EXTREMA INFIRMORUM.

AEgrotantium unctio duo in se tenet. Primum, causam facilioris accessus ad lāguétes. Hac re sacramentum non est. Alterum est res ipsa signata tali unctione, quæ tribuitur à Deo in Christo: pro qua re in recta fide ut languenti fideli id condonetur præcipue orandum est, beati Iacobi præcepto. *Infirmatur quis* (ait) *in vobis, inducat* *Vnctio extrema.*

bis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Fide ægrotantis signum unctionis certificat scelerum remissam.

COMMVNIO SANCTORVM.

Communio sanctorum.

HAbita fidei Ecclesiæ Catholicæ, veritatisque eius, ex qua veritate sanctitas ei datur, enuntiatione. Iamque supereſt eadem fidei firmitate de sanctorum communione fateri. Sanctorum communio est, quando membra Ecclesiæ sanctæ bona gratuita, salutifera, administratoriaque omnibus gratia Dei sine pœnitentia largita mutuo in comuni vuntur, atque secundum donationis gratiam Dei seipsos exhibent ad communem aliorum utilitatem. Palam itaque est, quod tantummodo electi veræ fidei, gratiæ, justitiæ in Christo, merito ad gloriam salutis æternæ participes sunt: quemadmodum & sacramentis communicant in fidei evidentiam, tametsi in seductione fuerint, damnatio tormenti non eos aprehendet. At mali informis fidei, quanquam sacramentis, dignitatibus, administrationibus, publiciſque moribus in veritate communicaverint, dummodo veræ fidei exortes fuerint, indigne quemadmodum hypocritæ, participāt: qui si erroneos æmulati fuerint, eorundem ductu in seductionem & deceptionem corruunt.

DE REMISSIONE PECCATO rum.

Credu-

CRedulitate Christi gratiæ libere enuntiamus, quod qui vivaci fidei communicat, ea ipsa veritatem relaxationis vitiorum in Christo assequitur: simulque quia sacramentis Ecclesiæ participat, solutionem criminum in eadem fide atque certitudine adipiscitur, qui si in finem vitę perduravit, vitam gratiæ hic extremi quoque tempore judicij in beata resurrectione glorificationem animæ consequetur. Amen. *Remissio peccatorum.*

Ista est, Rex clarissime, fidei nostræ professio, quam corde Catholicam tenemus: quæ suum stabilimentum in fidei scripturis habet, quas scripturas fastidiosa prolixitas, vestræ quoque mentis diversa occupatio non patitur adducere: quippe cum multis sacrarum literarum argumentis, amplis quoque rationibus causas similiter interserentes discessionis nostræ à Romana Ecclesia scriptum aliud ante hoc confecimus: verum pondus negotiorum vestrorum vestræ Celsitudini illud mittere videndum, legendumque distraxit: quodq; ipsum si dignitati vestrę mens ea habendi fuerit, præsto sumus edere. Cæterum vestra Maiestas sciat causam dissidij, non esse species religionis, aut superstitiosos ritus, sola impedimenta sanctissimæ fidei ministerijs quoque eiusdem potissimum fuisse. Ea profecto fide Catholica disgregamur, ut suffragia, sacramentaque eius à Christo ordinata libere exequamur. Quãobrem à vestra regia clementia humillime precamur audiri, quatenus scriptum istud tanquam à rectis, simplicibusque hominibus missum æqua accipiatis mente. In quo si minus plene honori vestro, decentiæque vestræ tributum fuerit, veniam ignorantiæ nostræ benignitas da-

bit veſtra. In quo etiam ſcripto, ſi nonnullus ſententias Celſitudini veſtræ duras, acerbaſque deprehenderitis manſueta mente ferenda eſſe optamus, quanquam vera in fide ſtabilitatem & immobilitatem quærimus, tamen certior veritas agnita execrabilem fugat pertinaciam. Stamus quoque eruditioni humanæ, docerique volumus ex ſacratis legis traditionibus, ad ſanumque ſenſum Chriſtianæ religionis duci affectamus. Neque ſane vanus ingratus quoque eius labor erga nos videbitur, neque etiam nos quiſpiam tam temeraria pertinacia captos eſſe putet, ut perſpicuæ veritati haudquaquam credamus. Neque etiam Hæreticos appellare nos iuſte audebit quiſquam. Non enim error in mente, ſed voluntatis pertinacia hæreticum efficit. Nos omni hæreſi renunciantes emendationi indies vacamus. Nova quippe dogmata, recentes quoque religionis Chriſtianæ adiuventiones contra legem Dei non cudimus, ut exinde honorem, opes, dignitates, auramque popularem nanciſcamur: quoniam quidem idipſum non veri cultoris hominis eſt, ſed ipſius hæretici, qui non ſanam fidem, neque verum cultum Dei ſapit, ſed terrena potius & caducas divitias querit: quas ad vocem Domini ſponte ſua relinquere recuſat, verum ad multorum hominum ſanguinis effuſionem defendit. At nobis longe alia mens eſt, qui nedum ab cruore humano fundendo ſtudioſe abſtinemus, ſed etiam divino iuſſu vitam noſtram, fluxas opes, orantes pro perſequutoribus, patienter ob vitæ æternæ adeptionem abiiciamns: ſimul etiam in dignitatum poteſtatibus conſtitutis ſubiecti,

Non oportet hæreticus.

impe-

mperata ſervamus,omneque opus iuſtum parata mente exequimur, neminem etiam blaſphemantes,pacẽ, concordiam cum omnibus habere contendimns.Gratiam inſuper veſtram,cauſa Dei iuſtitiæque ipſius obnixe obſecramus,ut placido favore nobis compatientes nos ſub imperio veſtro vitam manſuetam,tranquillamque agere non dedignemini: namq; Deũ pro diuturna vitæ veſtræ ſoſpitate,& inclyta ſobole veſtra ſub domino veſtro pie,innocẽterq; vivẽtes,aſſidue orare non ceſſamus. Quod ſi immota mente, tenaciue edicto perſiſtẽtes, nos urbes principatus veſtri incolere nõ patimini,clementiam veſtrã ſedulo flagitamus, ut modeſtia veſtra hoſtium noſtrorũ immanitas moderetur, vinctis denique noſtris, qui iam diu cæco ſervãtur carcere iuſſu veſtro exeundi libertas condonetur,oramus,atque lege fideiuſſoria aſtrictis,ut eis intervallum ad expediendũ cum bonis ſuis illæſis facultas detur,vehemẽter petimus. Neque etiam dignitatem veſtram pontificium ius latere exiſtimamus, *ad fidem videlicet cogendum eſſe neminem,quanto magis ad bona opera?* utrumq; voluntarium Deus ab homine exigit:quodque etiam apud homines vulgo obſervatur,nullum ſervũ habendum eſſe,niſi voluntarium:multo magis Deus libertatis non coactum aliqua neceſſitate, ſed electione liberi arbitrii verioribus acquieſcentem expoſcit.Soluto itaque arbitrio, ducti quod verius,certius indies noverimus, non ſolum coacti, ſed amore ad id bonum allecti ferimur:cuique bono tanta ſtabilitate hæremus, ut neque horror mortis,ſæva gladii acies,duraque tormenta,atque alia plura nos diſtrahere valeant. Imperio quoque veſtræ Maieſtatis illud fieri fratribus noſtris,

qui ſub ditione dominorum odientium nos incolunt, intime poſcimus, vt libertas mutandi locum eis detur, manendique ſub placidiori dominio Idipſum ſi annueritis, Deus largitor omnis boni regno veſtro pacem, concordiam, & ſcelerum relaxationem veſtrorum benigne infundet: quoniam arma nos tuendi nulla nobis ſunt alia, quam deſideria cordintima orationum noſtrarum ad Deum protectorem validum ſuper miſſa, quatenus facilem vobis mentem, animumque humanum tribuat ſua virtute, inflectatque ad nos homines ignomioſe contumelia affectos. Idcirco à te Rege iuſto, pioque defendi, protegique tanquam orphanos preſſuras ſuſtinentes, optamus: quibus in anguſtiis præter pientiſſimum Deum nullum alium quærimus, quam veſtram amplitudinem, neque alium appellare præter maieſtatem veſtram animus eſt noſter. Æquo ergo animo ſub tuo principatu nos vivere, Deique cœli in Chriſto Ieſu, virtute quoque Spiritus ſancti religioſum, piumque cultum æmulari iube, ac ſine: quoniam adeſt dominus, & cum eo ecce merces copioſa. Sin autem nos deſerueris in tantis anguſtiis, abieceriſque, hoſtibus etiam noſtris affligi, excruciarive permiſeris vti velint: quid aliud ſupereſſet nobis agendum, cogitandumque, quam dolenter in noſtris continuis orationibus pro defenſione, tuitione, proviſioneque ſine intermiſſione ad Dominum vociferari, fidentes inexhauſtæ eius bonitati, quod iuxta fida promiſſa nos homines ei ipſi, veritatique eius tenaciter inhærentes non derelinquet: ſed auxilio valenti, vt ſalvari poſſimus, ſuffragabitur.

Cæterum

Cæterum Deus ex alto magnificentiæ vestræ ctius compendii acceptabilem tribuat amplectentiam, sua postremo benignitate cor vestrum molliat ad tuendum populum abiectum, humilitatumq;. Proq; tali defensione à Deo benedictionem, faustamq; regni administrationem, nunc in gratia Christi, tandem in iustorum remuneratione vitæ glorificationem perennis adipiscemini Amen.

ORATIO EXCVSATORIA ATQVE SATISFACTITVA FRATRVM *Waldensium, Regi Vladislao ad Vngariam missa.*

HVMILEM nostram subiectionē cum supplici obsecratione Maiestati vestræ celsitudinis, nos fratres in Christi nomine congregati præmittentes, hoc scripto nostro notū facimus, quemadmodum enim Serenitas vestra literas nomine suo iampridem ad Bohemiæ hoc regnum in hos fidos vestros sparsim misit, quibus atrocius fortasse quam liceat, nostris quibus mancipamur dominis, præcepit nos in urbe Pragensi, die videlicet celebritatis divi Iohannis Apostoli, coram utriusque status rectoribus spiritualium scilicet & secularium constitui. His denique ipsis studiose iussistis ut illic nomine Amplitudinis vestræ nos ab opinionibus nostris, quibus tenaciter hærere con-

ſuevimus,deſciſcere cogant, & alterutram partem inter ſe diſſidentem,qua moderandi eſſemus pro noſtro arbitrio aſciſcere, atque demum talibus prælatis,in quorũ cœtum iam ſponte noſtra conceſſerimus, plene inſtructi ac eruditi,nos credere eo pacto, vt inſtituerit iuxta ritum orthodoxæ fidei, ſanctorumque doctorum ſanctiones mandaſtis. Quodque ſi idipſum facere nobis minus videatur, tunc nos veluti condemnatos latrones, ac pertinaces hæreticos regno pellere, atque alia plura præfatis veſtris ſcriptis nobis inferre mala, ſævitiæ eorum frena laxantes palam indulſiſtis, quæ amoris ſtudio illa prætergredimur. Nos vero ſolo hominum rumore, quibus literas veſtræ Maieſtatis, non modo legere, ſed neque etiam videre datum eſt: paſſim volante attoniti,ilico mentis noſtræ cogitatio percita eſt, veſtræ nimirum manſuetudini & humanitati, qua vos ſemper vt huius regni ſceptra tenere cœpiſtis, præſtare cognovimus, qui iuſtitiæ, paci, tranquillitatique aſſidue incubuiſtis, à modo tanta in nos atrocitate ſævire, minime convenire cenſuimus: quoniam quidem veſtram celſitudinem longo iam experimento didicimus, magis clementi iuſtitia, quam ſevera aquitate veſtros ſubditos frenare conſueviſſe. At vero quia veſtram manſuetudinem nunc à lege humanitatis, clementiæque deſciviſſe perſpicimus, idcirco vehementer Amplitudini veſtræ compatimur, quandoquidem rem gubernationi veſtræ aduerſam maluiſtis amplecti: nos denique hoc ipſum à veſtra Maieſtate penſandum eſſe velimus, æquum ne illud, an iniquum fuerit, veſtra diſcutiat ſe-

tiat ſerenitas rogamus: Nos tanquam ſicatios & hæreticos à vobis condemnatos , de natali ſolo præter ius terræ abigendos eſſe. Atque vt tales nos infames eſſe,omne genus mortalium credat, fateaturque , literis veſtris publice promulgari admiſſum eſt , quibus nec ulla unquam patens audientia rite præſtita eſt. Quin etiam (quod longe abſurdius videtur eſſe) neque ſatisfactioni ſive rationi noſtræ fidei , quam iam pridem veſtræ Maieſtati regiæ aperte exhibuimus, recte ne an impie crediderimus , ſenſerimus quoque Catholice , haud quaquam reſponſum eſt,ſed ſilentio ſuppreſſum : qui quidem emendare,nedum prave credita, ſed etiam impie ſenſa ſemper proni ac voluntarii fuimus. At iam modo diram condemnationis ſententiam , quæ nuper iam in nos illata eſt , iure ferendam eſſe quiſque arbitrabitur,an non potius ſingula huiuſcemodi præter legem humanitatis eſſe nobiſcum acta fatebitur? Qua nempe radice univerſa iſta in nos mala & aduerſa pullulent , & unde exoriantur , optime callemus: excubant enim ſtudioſe hac in re noſtri calumniatores, qui quidem vetuſto in nos odio ſævientes exterminare , & perire magis quam emendare malunt. Illi revera ſunt criminatores permoleſti , qui ſuis nefandis flagitiis perditi , clementem animum veſtræ Serenitatis ac mitem perturbant: quibus ne aures benignitatis veſtræ pateant, magnopere oramus. Namque omni iuſtitia & probitate vacui ,ſingula quævishuius regni iniurioſis machinamentis , ac tumultuoſis ſeditionibus , ad vſque horrendas cædes complere moliuntur. Talibus ſane efficacius ſcribendum

esset, ut à tantis cœptis negocijs desciscerent. Cæterum illud Magnificentiam vestram, cur à Romana cohorte iam pridem descivimus, minus latere volumus, Execranda profecto spiritualium prælatorum malignitas, authore Diabolo, cuius potissimum opus est serere inter fratres discordias & dissidia, nos à Romanæ Ecclesiæ cœtu desciscere compulit. Hi quidem cœca malevolentia, & insolenti potestatis tenebrarum fastu, mutuo debacchantes, pacis atque ecclesiastici amoris iura ruperunt: simulque omni humanitate destituti, non modo se infami sermone, sed etiam mordacibus scriptis, & contumelijs palam lacessebant: namque alteri alteros impudenter quadam Antithei malignitate perciti, potestate clavium ecclesiasticarum, salutifera veritate, religioso cultu, gratuita pietate, orthodoxa fide, charismatum munere, omni dinique bono opere cessaverunt. In concionatorijs præterea phanorum suorum cathedris, magna hominum multitudine assistente, tum authoritate divinarum vocum, tum rationibus validissimis, tumq; argumentorum exemplis firmissimis, demum paternorum canonum astructionibus & minacibus censuris, se schismaticos, hæreticos, sacrilegos, pseudoprophetas, lupos rapaces, belluamque, ac meretricem Apocalypticam, profane notantes & concionantes, argute approbare molliebantur. Atque tanta insolentia debacchati universum regnum illa tempestate turbaverunt, eo usque ut armis certare mutuo eiusdem regni incolas, clade deinde cruenta tam solum quam undas tingere, dissidiaque oriri necessarium fuit.

Cur defecerint à sede Romana.

Sicque

que veterum seculorum placida,& aurea mu-
a est felicitas. Quapropter nostri antecessores
cis,ac concordiæ maximopere cupidi , hæc
ila in isto regno versari lugubri mente con-
entes,& quæ tunc ab ecclesiasticis viris orta
nt, tristi gemitu his malis anxij lamentaban-
r. Deum tandem propititium , ut huius regni
atum in melius commutaret assidua precatio-
: solicitabant. Denique ut ipsi qui tantorum
alorum videbantur esse , Christi ecclesiæ du-
:s,pastoresque existunt , quibus etiam verbum
:conciliationis annuntiandum à Christo vero
astore commissum esset , ut speciosis pedibus
acem ecclesiæ euangelizarent, quam insolenter
ıstulerunt , de his ipsis vehementer diffiteri
œperunt: ac ab huiusmodi prælatis , & sale
nfatuato , qui quidem neque talia probro-
à conuitia,quibus sunt obscœne notati, dilue-
unt , neque etiam publica satisfactione sese co-
am vulgi multitudine patule purgaverunt, jure
desciverunt. Et nisi insuper fastidiosa prolixi-
as impediat,singula obscœna prælatorum con-
vitia,hostilesque calumnias, & nefandas crimi-
nationes , quas alteri in alteros ignominiose e-
vomebant, literis compendiose demandata ve-
stræ moderationi videnda , legendaque affer-
remus : atque si vobis ardor ea habendi
fuerit,præbere ipsa vestræ moderationi , proni
sumus. Hi sunt profecto similiter , qui suis
flagitiis contaminati ac perditi , nos non solum
condemnare,sed etiam iniuste calumniari here-
sique notare coram vestra Maiestate improbe
moliuntur. Talibus eorum nugis ne fidem ad-
hibueritis,obnixe gratia Dei æqui censoris ac

iustitiæ admodum obsecramus. Testamur siquidem coram Deo vivo, qui orbem terræ iudicaturus est in æquitate, nihil nos vnquam hæreticum ac blasphemum, neque in Deum , nec in orthodoxam fidem, neque in Eucharistiam corporis & sanguinis Christi , neque demum in beatam Virginem, nec prorsus in Sanctos Dei quicquam astruere, blaterareque reperti sumus. Quod si pertinax opinio à vobis hac professione nostra divelli & explodi nequit , & si gratia nostræ congregationis idipsum facere displiceret : at vero causa iustitię, quam omnis innocens cupide invocat, hoc efficite, ut vobis quisquam nos huiusmodi loqui, facereque uspiam benigne ostendat , approbetque quod impium & irreligiosum de Christi eucharistia , illibata virgine , & Sanctis beatis à nobis quicquam fassum esset. Siquidem harum criminationum quibus crebro culpamur , nihil conscij sumus. Quod nempe de Deo, Deo scilicet ipso , & in Deum patrem, filium , spiritumque sanctum simplicis usus, & in personis trinum rite credidimus , Apologia nostra , quam iam pridem magnificentiæ vestræ misimus , plane ostendit: charitativa deinde mandatorum Dei impletio, certo & ineffabili argumento est, nos orthodoxam fidem tenere, sequique: cuius omnia hæc dura & aduersa pacienter toleramus.

De eucharistia.

Pari etiam credulitate de Ecclesia catholica, & de Sacramentis eius, præcipue de sacramento corporis & sanguinis Christi integre credimus : quando enim presbyter rite ordinatus, verba testimonij Christi expresserit , continuo

panis

panis est corpus Christi, verum, naturale, ex castissima virgine sumptum, quod erat traditurus: quemadmodum vivus panis testatur: *Hoc est* (inquit) *corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Similiter vinum, sanguis est naturalis corporis eius, qui fundendus erat in remissionem peccatorum pro multis: & non solum credimus, fatemurque panem esse corpus naturale, & vinum sanguinem naturalem sacramentaliter: verumetiam panem pariter esse corpus spirituale, & vinum sanguinem spiritualem asseveramus. Simulque ad id credendum, suffragatur nobis Pauli Apostoli sententia: *Panis* (inquit) *quem frangimus, nonne participatio est corporis Christi? & calix cui benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Christi? quoniam unus panis, & unum corpus multi sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus.* Simulque sacramentum illud ex Christi institutione & iussu eius, exemplo denique Ecclesiæ primitivæ sub gemina rerum specie distribui, ac percipi debere fatemur, & hoc ex fide & necessitate ordinatæ salutis per filium Dei, quoniam in substantia utriusque veritatis dignitas salutifera consistit, quæ sacramento ad conscientiam & spem figuranda est. Porro, quoniam plerique hominum hanc fidei nostræ professionem nequaquam suscipere pro vera dignantur, intima cordis nostri temere discutientes, *nos ea* (aiunt) *ore fatemi, quæ nunquam in corde nostro versata sunt.* Qui quidem dobis coram Deo patulam iniuriam inferunt, cui manifesta ac patens est cordis nostri directio & simplicitas, quoniam lingua nostra haud aliud promere audet, nisi quod cor nostrum suggesserit.

Sub utraque specie communicandum.

ſerit. Alii deinceps . quia à ſacerdotibus Romanæ ordinationis ſacramenta non percipimus, nos ea ratione infidos eſſe cenſent. Ignorant hi profecto nos habere ſuos presbyteros, à quibus rite inſtituti ſacramento potimur. Alios ob id revera reſpuimus, quoniam quidem ſacramentis ad aliud , quam Chriſti intentio fuit, miniſtrant : quemadmodum opera eorum miniſterii , quæ contra fidem ſunt, palam arguunt. Ea ſimiliter ratione nobis non creditur, quia illud quod nobis ab authore Chriſto iuſſum eſt obſervare , hoc nos erga illud ſacramentum duntaxat facimus,& quod minus eſt imperatum, in eo nos morem gerimus. Siquidem à redemtore hominum mandatum eſt tradere , accipere , manducare , eoque ipſo memoriam beneficiorum ipſius facere : colere autem ſacramentalem ſubſiſtentiam corporis Chriſti & ſanguinis nullum eſt iuſſum credentibus traditum. Namque diſcipulis Chriſtus diſcumbentibus dedit vtendum,cui obtemperantes comederunt & biberunt ſine cultu eiuſdem ſacramenti. Porro Apoſtoli & ſucceſſores eorum per longum temporis intervallum per domos fidelium incedentes, panem frangentes cum lætitia ſuſcipiebant. Hi ſane nullam tali ſacramento veneratione exhibuerunt , quodque ſic facientes nequaquam errauerunt, neque hæretici dicebantur. Quin potius perſonalem Chriſti ſubſiſtentiam in dextra ſummi patris venerati ſunt. Quapropter veris cultoribus Maieſtatis divinæ mandatum eſt vtroque teſtamento , vetuſto videlicet & recenti , Chriſtum verum Deum & hominem non in ſacramentali exiſtentia, ſed in

Vſus euchariſtiæ in primitiua eccleſia.

ſed in naturali ſubſiſtentia & perſonali in dextera genitoris ſui colere, adorareque: Vetus nimirum teſtimonium eſt, cuius triumphator Satanæ tentantis eum meminit. *Scriptum eſt* (inquit) *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerviés.* Nouum vero, vas electionis explanat. *Propter quod*, inquit, *& Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Ieſus eſt in dextera Dei patris.* Hoc quoque ipſum incarnata veritas corroborat, vt inquit homines ſicut hunorant patrem, ita & filium honorent: quippe patrem nemo hic in creatura, ſed in cœlis veneratur, vt oratio ædita à Chriſto teſtatur: *Pater* (inquit) *noſter, qui es in cœlis.* Quem etiam doctor gentium in hoc æmulatur: *Flecto* (ait) *genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Pari idcirco honore & cultu cum patre atque filium quiſque veneraturus eſt, quodque faciendum eſſe tali admonemur ratione: quamquam enim Chriſtus in terris obverſans, quouis honore dignus, homines, vt eum hic colerent, minime cogebat: ſed ſuam clarificationem apud patrem ſuum in cœlo optavit, quam ante mundi conſtitutionem habuiſſe enunciavit: vt illic à veris cultoribus poſt ſuam aſcenſionem fateatur reſidere, atque illic etiam adoretur. Verum ſi qui aliter ſe in eo ipſo habere contenderint, eos vtroque teſtamento ita facturos prohibet. Vetus namque prohibitio eſt: *Non facies* (ait Deus) *tibi ſculptile, neque imaginem vllam earum rerum, quæ ſunt in cœlo, neque in terris, neque in aquis: non adorabis ea, neque coles.* No-

coles. Novum autem vetitum à Christo legis latore præfatum est: *Venient* (inquit) *multi, & dicent: Hic est Christus, aut illic: ne credat is, neque exeat is, nec sequimini:* quoniam personaliter in naturali sua substantia nunquam est descensurus, nisi ad judicium. Quam sententiam catholica fides his approbat verbis: *Ascendit ad cœlum, sedet ad dexteram Dei patris, inde venturus est iudicare vivos & mortuos,* Vniversis itaq; Rex humanissime constat, quod nos haud secus credimus & facimus, atq; præceptum Christi nos credendum, & ita faciendum admonet, & ecclesiæ primitivæ exempla comprobant.

De virgine Maria.

Simili præterea pacto, huius regni gratiosissime moderator, de pudicissima virgine Maria credimus, & adusq; vitæ extremum stabiliter credituri sumus, quod plena gratia ex inspiratione Spiritus sancti electa est ad id, ut sit verbi incarnati immaculata genitrix. Namque in eius castissimo alvo filius altissimi verus Deus humanam naturam sine vitii labe, opere pneumatis almi in unam suam personam univit; in cuius quoq; pudica aula ventris verus Deus & homo personaliter habitavit, ex qua & in lucem huius mundi prodijt, quem alendo reliqua educationis opera erga eum peregit: quæ quidem electissima virgo uti ante filij Dei incarnationem, ita eo tempore & post, usque ad mortem nunquam virum cognovit, sed perpetua virginate integra, casta, tam animo quam corpore permansit. Hoc revera ordo nostræ salutis exigebat: nam quemadmodum seductio perditionis in paradiso per virginem perpetrata est, sic & salutis reparatio in virginitate consummaretur. Et ut denique protopla-

protoplastus in horto delitiarum constitutus, in innocentia & puritate à solo Deo figuratus est: ita & filium Dei decuit synceram naturam segregatam à vitio, & lege peccati assumere. Atque iure hac ratione virgo gratiarum refertissima, & in sui natura sanctificata dicitur, adeo ut ex eius honestissima natura supremum verbum humanitatem mystico spiramine indueret, simulque in ea veluti præstantissimo in thalamo supra omnes mortales requiescendo habitaret: Hæc sane sunt illa magna, de quibus ad anum Elisabeth profata est: *Fecit* (ait) *mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.* Demum, quemadmodum homo per inobedientiam in mortis pœnam & diversas calamitates prolapsus est, hoc sacrum spiramen in semine virginalis pudoris dignatus est relinquere, hoc autem ipsum filius Dei ex incontaminata virgine assumere voluit, quo nostram perficeret redemptionem. Quamobrem non solum ex fide sacrarum literarum de matris Christi integritate credere cogimur, sed etiam ex sensu veræ fidei idipsum tenere obligamur, quod impossibile erat penitus, ut ipsa glorioſissima puerpera usque ad mortem sua integritate aliquando ob humanæ redemptionis arcanum destitui queat. Illud quoque etiam de illibata virgine Maria nos jubet credere, quod divinæ literæ credendum esse hortantur, & quod ante hac filij ecclesiæ vere credebant, æqua credulitate etiam nos modo credimus & profitemur, verum quicquid homines vani in contrarium fidei superstitiose credunt adversus fidei & mandatorum excelsi veritatem, illud de ea vel sanctis Dei, aut de alijs

piatatis

pictatis operibus credere nequaquam audemus. Quinimo tunc vivæ fidei satisfacere videmur, dummodo taliter de ea credentes, sentientesque beatam cum omni fida natione fatemur, observamus quoque, eidem obedimus, præsertim in eo ipso ubi nos monet nato suo obtemperare: quodcunque (inquit) dixerit vobis, facite.

De sanctis. De Sanctis deinceps Dei quid senserimus, nostram (ô magnifice Rex) iam modo accipe mentem. Illum siquidem sanctum pronũciamus esse, qui gratiam Dei in Christi merito & effusione innocentis sanguinis eius, ac dona charismatum pneumatis almi gratuitæ videlicet fidei, charitatis non fictæ & spei veræ adeptus est, atque in his ipsis virtuose vivendo usque ad mortem perseveraverit. Deinde quicunque peculiaria divinarum scripturarum testimonia habuerunt, hos potissimum sanctos esse ex fide profitemur. De aliis autem spes magis, vel opinio est. Idcirco taliter de sanctis credentes, ut scripturarum divinarum est veritas, in qua fundati beatos Dei decenti cultu honoramus, diligimus, obsequimur & æmulamur. Hac itaque nostra (Rex iustissime) professione perspectum est, nos hæreticos non esse, ex quo nullum dogma sacræ scripturæ contrarium pertinaciter tenuerimus; neque denique malorum repertores, aut authores unquam fuimus, cum omne nostrum studium, & vigilans quivis conatus noster sit credere ac operari quicquid catholica fides docuerit, & exempla philotheorum suaserint. Qua de re vestram claritatem magnopere precamur, ne calumniatoribus nostris eo usque in nos sævire patiamini, ut atroci sua potestate nos ad ea ipsa, de quibus recte sentire nequi-

n equimus quod sint divina, sed magis veritati dissona esse censemus, crudeliter cogant. Namq; salutis author Christus Dominus ad suam salutiferam salutem, ut ea credatur neminem hominum liberi arbitrij coegit, sed ut eis acceptior, gratior, certiorque videatur esse, miraculis ac stupendis prodigijs, similiter benigna & mansueta sermocinatione eos ad eam credendam alliciebat. Huius ergo ævi homines ad ea, quæ caro & sanguis excogitavit, minus pellere deberent, nisi enim quippiam voluntarium fuerit, stabile ac firmum esse nequit. Neque præterea tales homines sumus, ut pertinaciter obstinati cedere salutiferæ veritati recusemus, sed semper faciles ad omnem Dei voluntatem, quæ se nobis duntaxat perspecte obtulerit inventi sumus. Nępe huius rei Maiestas vestra evidens argumentũ de nobis istud potest habere. Ex quo enim in hac præsenti angustia agnitam Christi veritatẽ exercere satagimus, vt & vitam istam fluxam discrimini meticulosæ mortis ad huiusmodi veritatẽ salutiferã adipiscendam sponte offerre non vereamur: multo nempe magis uberiori perspecta Christi voluntate, in libertate degentes, prõptiores ad implendũ eam inveniremus. Igitur nostrum talem animum in ijs omnibus scientes humiliter gratiam vestram flagitavimus, quatenus nobis tanquam fidelibus compati velitis, & in diras hostium nostrorum manus tradere nos ne festinetis. Quoniam quidem ipsi iuxta humanitatis iura in Christi Euangelio explanata, & à priscis viris ecclesiasticis rite observata, reformationem nobis haud quaquam facient, verum plus sua crudeli vi, quæ ad salutem

minus attinet, ad ſiniſtra noſtræ conſcientiæ compellere machinabuntur. Porro ſi animi veſtri decretum veſtris literis æditum temperare nolueritis, iam in tali re nihil aliud reſtat nobis, niſi ad pium noſtrum liberatorem & defenſorem ſummum confugere, atque in patiétiæ virtute animas noſtras Chriſti ſuaſu poſſidere. Deus autem benignus & placabilis ingerat veſtri cordis mutationem, atque nobis indignis ſervis ſuis det gratiam in oculis veſtris invenire, ut clementiores nobis invenianimi. Ne de cætero in ſeſe, ac in regnum iſtud iram excelſi Dei provocetis, ob id quidem ipſum voluntati divinæ, quam vult Deus hac noſtra tempeſtate fieri, adverſamini.

EXCVSATIO FRATRVM WALDENSIVM, CONTRA BINAS LITERAS Doctoris Auguſtini, datas ad Regem.

NOTVM fiat omnibus, ſicut ſcripſimus ad Regiam Maieſtaté binas literas, dedimus ibi in primis literis rationem ſolum Apoſtolicæ & univerſalis fidei, ſatisfacientes cum hoc ſuper eo cuius nos accuſabant, quoniam apud nos non fuit neq; eſt, & confidimus Deo quod non erit. Præter id, non diu eſt, miſſæ fuerunt per provincias literæ Regiæ Maieſtatis, in quibus nos dixerunt Hæreticos & erroneos, & quod rebel-

rebellia verba diceremus contra virginem Mariam,& ſanctos,quodque Barones, ſub quorum dominio ſumus, Pragæ nos ſiſterent ad diẽ ſancti Ioannis ad revocationem. Hoc ut reſcivimus, ſcripſimus iterum Regiæ Maieſtati ſuper eas res, ut non ſolum rationem daremus fidei, ſed & intelligentiam,prçcipue de corporeChriſti,& de rebus alijs,notum facientes ſecundum ſcripturas fidei non ſolum Regiæ Maieſtati, ſed omnibus in communi (quæ literæ redditæ ſunt Pragæ in prætorium) notum in his facientes, apertas & puras cauſas ſalutis noſtræ, & ſuper quid ſtat ſalus & fides, ex quibus rebus culpam demus ſacerdotibus,propter quam non audeamus in divino ſervitio eis uti, & quare veneratiõnem corpori & ſanguini Chriſti non facimus. Et de alijs articulis multis ex quibus nos accuſarunt, dedimus rationem, ad hunc finem, quod libenter voluiſſemus (ſi eſſet poſſibile) quod illæ & huiuſmodi contumeliæ & oppreſſiones,quæ contra nos ſurrexerunt ceſſarent, & propter illas divinam iram ſuper ſe, & hoc regnum non ſuſcitarent,& diſſenſionũ in hac provincia quies fieret aliquãta. In primis literis quas regiæ maieſtati miſimus,oravimus gratiam ſuam quod vellet nobis dare clementẽ audientiã, & non vellet permittere,ut extra ipſum illi nos cõpellerent vi ad præſumptam eorum voluntatem. Deinde reſponſum dans nobis Regia Maieſtas per ſcripturam generoſæ virginis, Marthæ de Bozckovitz,pro clementi reſponſo illã ſeveritatem,quam dominis prius cõmiſit,reddidit : cui rei neſcivimus quippiã dicere. Hoc ergo ſuſcepimus,quod oculos noſtros ad Deum convertere-

mus in humili oratione,& lachrymis credentes plane,quod potens eſt nos liberare de omnib. ſi volet,confidimus in eum in quamcunque partẽ faciet,ad clarificationem nominis ſui & iuſtitię, & ſalutẽ noſtram perducet,atq; ſuæ gratiæ honor ſit pro omnib.rebus ſemper in ſecula ſeculorum. Amen. Etiam notum facimus omnibus , quod apud literas RegiæMaieſtatis,quas ſcripſit & miſit prænominatæ virgini Màrthæ , inuentæ ſunt binæ literæ cuiuſdam DoctorisAuguſtini,in quibus ipſe ſe nomine ſuo notum facit , reſcribit Regiæ Maieſtati contra binas noſtras literas , ſuſcitans Regiam Maieſtatem ad eam ſeveritatem, quæ nobis omnino videtur contra iuſtitiam legis Dei & hominum : quod ſua Regia Maieſtas in illa ſeveritate non remitteret, vituperans nos, & Hæreticos dicens, & maleficos , & pluribus alijs hoſtilibus verbis nos ſupprimens , noſtræ ſcripturæ ſimplici & innocenti fraudem, & aſtutiam & diabolicum venenum , taleſque res adſcribit nobis iniuſtitiam faciens. Nos hoc intelligentes, quod ſua ſcriptura poteſt ad multos pervenire , qui legentes eam & non habentes noſtram ſatisfactionem , acciperent ſuam ſcripturam pro vera , & ob hoc poſſent iram Dei ſuſcitare ſuper ſe:& nos timentes, quod noſtro ſilentio non fieremus eius rei cauſa: præſumpſimus ſimpliciter ipſius ſcripturam per partes ponere , & quantum Dominus Deus à ſua gratia tribuet , reſpondere. Tamen & hoc cavemus , quod non æquabimus eum à vituperatione & oppreſſione minime Chriſtiana, etiam hoc quod ſcribere volumus , extra indignationem,non reddentes malum pro malo, faciemus,

faciemus, neque ſibi, neque cuicunque: ſed quod neceſſitas coget, notum faciemus ubi nobis iniuriam facit, & contra proximum ſuum falſum teſtimonium ſcribit. & quod ſua iniqua ſcriptura non accipiatur pro vera, ubi & in quibus nobis iniuriam facit. Hoc principio dicimus, quando certe ſciremus, quod Regia Maieſtas hanc Doctoris Auguſtini ſcripturam pro ſua Maieſtate ſuper noſtra ſcripta pro reſponſo daret, ſcriberemus Regiæ Maieſtati. Sed quod nulla mentio de hoc fit: tantum autem cum literis Regiæ Maieſtatis illæ literæ Doctoris Auguſtini miſſæ ſunt: neque etiam ille Doctor Anguſtinus eas nobis mittit & ſcribit: quia nulla mentio de hoc ponitur, neque à nobis reſponſum poſtulat: neſcientes in hoc quid faciendum eſſet, viſum eſt nobis, quod omnibus in communi ſcriberemus, cuicũque ſuæ literæ obvenirent, quod etiam & hoc noſtrum reſponſum ſuper eas veniret. Et ſcribit ita ille Doctor Auguſtinus. Poſtponentes irriſiones, blaphemias, ſuppreſſiones illius Doctoris, quod non videamur ſibi ſimiles, reddentes malum pro malo, & mandatum Dei & veſtigia exemplorum ſuorum non excederemus: cui cum malediceretur, non remaledixit: concedemus ad illud ubi nos tangit ſuper fama & honore noſtro, quem habemus ad Deum & homines, ſubtrahens nobis eam, de qua Apoſtolus dicit: *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo, & hãc ſimplicitatem cordis noſtri Deus, & noſtra con-

ſcientia melius novit. Ille autem homo contra præceptum Dei & ſalutem noſtram, non ſolum iudicat, ſed & damnat: & hoc ſic, quod eam ſcripturam in hypocriſi & fraude, & non veritate fecerimus ad hæreſim noſtram tegendam, & quod regiam maieſtatem diabolica fraude deciperemus: ſicque ad favorem noſtrum ſuam maieſtatem, & ſimplicem populum ad perfidiam traduceremus, & quod effugeremus ſupplicium à ſua maieſtate nobis impoſitum, quod inferius ſcribit. Sed nos coram Deo, qui occulta cordium ſcit, & iudicat, dicimus, quod nullam aſtutiam, ut tegeremus noſtram ſcripturam ad Regiam Maieſtatem, fecimus: ſed ſolummodo ob cauſas illas, quæ nobis tunc proponebantur, quia neceſſarium fuerat, dedimus ſolum rationem de fide duodecim articulorum, quam in corde habentes, ore confitemur, habentes præ manibus rationem ſcriptam ſenſus & fidei, quod iuxta ſalutem ſentimus, & propter cauſas ſegregationis noſtræ libenter voluiſſemus, & per ſcripta noſtra notum facientes ſuæ maieſtati (ſi cuperet) quod ſibi vellemus mittere. Et cum ſua Regia Maieſtas nullum reſponſum dare nobis noluerit, nos etiam non præſumpſimus præſumptuoſe extra iuſtas cauſas mittere. Ex hoc cognoſcite omnes (oramus) quod non eſt verum, quod hic nobis aſſcribitur pro aſtutia: quod ſi hoc apud nos eſſet, ſaltem debebamus in altera ſcriptura ſuæ maieſtati multa texiſſe, & hoc propterea, quod multo ſeverius quam ante contra omnes nos ſe convertit: quod ſecunduni priora ſcripta ſolum ad aliquos noſtrum debuiſſet pervenire. At nos ex di-

ex diverſo ex noſtra innocentia in alteris literis pro poſtulatione temporis, ſuæ Majeſtati ſcripſimus: ut ſicut in primis legis ſuæ Regiæ Maieſtatis tacti ſumus de perfidia & errore, propter hanc cauſam fecimus ſibi breviter rationem fidei, quod non faceremus ſibi tædium propter longam ſcripturam. Sed cum iterum à ſua Regia Maieſtate tacti ſumus de hæreſi & rebellione penes aliquos articulos, illo coacti ſumus, quod ex his rebus apertam rationem daremus, quid ſuper his ſentimus. Et hoc attinet breviter concludi, quod nobis ad illo doctore Auguſtino magna iniquitas & dānum fit ſuper noſtram bonam conſcientiam, quam habentes coram Deo, curamus vt etiam apud homines retineamus. Ex hoc cognoſci multo magis poteſt à quolibet, quod ſi callidi hypocritæ & ſimulatores eſſemus, facile poſſemus depellere res quibus nos premit: niſique haberemus correctum ad Deum ſcilicet, poſſemus fateri, & facere quod alii fatentur, & faciunt vel contra neſtram conſcientiam: ſicut faciunt Sadducæi, qui ut in honore palam habeantur, & nemo eos de vitæ tranquillitate & blanditiis perturbet, priuſquam ad confeſſionem aliqua neceſſitate cogantur, errores quos habuerunt diſſimulant. Verum quando penes nos eſt innocentia ſecundum confeſſionem voluntatis Dei, hanc volentes defendere, damus nos in omne periculum poſſeſſionum, & corporis noſtri uſque in mortem, quapropter vel doctor Auguſtinus, vel quiſquis alius, qui non credit confeſſioni & ſcripturæ noſtræ, credat operibus, quia quælibet arbor ſecundum fructus

cognoscitur. Fatemur tamen cum illa simplicitate nos uti nihilominus prudentia mentis, secundum præceptum Salvatoris, ubi dicit: *Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut columba.* Et: *Cauete autem ab hominibus, tradent enim vos in Conciliis & in synagogis suis.* Et alio loco: *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conversi dirumpant vos.* Et sanctus Paulus: *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes.* Quamvis tamen ab ea prudentia ad simplicitatem magis inclinemus, quod intelligimus eandem apud Deum securiorem esse ipsa prudentia, cuius Romana astutia aliqua exempla nobis abunde præbet, per quam aliquos ex nostris sæpe deceperunt. Et quod nobis imponit, quod conveniamus cum Beelzebub muscarum Deo, facit hoc ad exemplum sociisui doctoris Henrici, inquisitoris hæreticæ pravitatis, qui Apostolicis literis & iussis in Moraviam & Bohemiam venit, qui apud quendam Baronem & alios plures postulavit, ut copiam sibi faceret nobiscum conferendi, simulans in consortium fratrum se transgressurum. Cum essent quidam ex nostris in conventu Olomucensi congressi, complexus est eos, egit gratias his, qui fratres adduxissent, quod tam probos homines adduxissent, eosdem charissimos appellans, & poculo communicavit, & amice dimisit. Ecce putarunt illi simplices omnia fida, sanctaque esse, quæ astuta inficaque erant. Nam quosdam notavit ex nomine, quasi ipsi archihæretici & falsi testes essent, & suum opusculum magno numero impressit, in

Romana astutia.

sit,in quibus hoc etiam est quod muscas & brucos glutiamus , hocque Magistro nos arguere sacerdotes mendacii , ex illo nos scripturas intelligere,& hoc sic se habere iuramento affirmavit. Tale nobis imponit & doctor Augustimus, neque mirum , nam & magistri, & doctores idem de Domino Christo dixerunt , quod dæmonium habet , & in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia, qui si hoc patrifamilias dixerunt , quid non domesticis suis? Falso nos arguit, non esse hanc nostram confessionem ex eiusmodi ratione , quod alia scribimus de sacramento corporis Christi,& alia credimus,quod alia loquimur,& alia facimus: quodque ab eiusmodi confessione nos astute tegamus, utiusti coram hominibus pareamus. Notum sit omnibus, quod non ita scribimus,ut nobis ipse imponit. Scribit ipse , *quod panis & vinum in naturali eorum substantia transmutentur in corpus & sanguinem Christi,& in Christum Deum & hominem , ut nihil de substantia creaturæ panis & vini maneat: sola autem accidentia miraculose nude sustententur.* Nam huiusmodi confessio fidei non habet fundamentum in verbis Domini nostri Iesu Christi,qui nullum verbum dixit de conversione substantiæ , neque quod dixisset sub his speciebus , neque in illo , neque ex illo , neque simul cum illo,sicut multi scrupulosius exposuerunt, & hodie exponunt, quæ nos loco fidei non recepimus , quia verba Salvatoris ipsis non consonant,quia Euangelium dicit,quod Dominus salvator accipiens panem in venerabiles manus,gratias agens,benedixit & fregit,deditque discipulis suis , & illum panem sistens pro

De eucharistia.

corpore ſuo, monſtravit ſuper panem, & dixit: *Hoc eſt corpus meum.* Similiter & accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis: dicens: *Bibite ex hoc omnes*, & gratias agens, dixit : *Hic calix eſt novi teſtamenti in meo ſanguine.* Vel, *hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro vobis effundetur.* Et nos ita ſimpliciter verbis Chriſti credentes, ita tenuimus, & hodie tenemus, & rationem talem ex fide dedimus, ex illa fide catholica Chriſtiana fundata in ſacra ſcriptura credimus, & ore confitemur, quandocunque ſecundum ſenſum ſalvatoris, & ſanctæ individuæ trinitatis ordinationem, ſacerdos dignus cum populo ſuo fideli orationem facit, & illo verbo dicit: *Hoc eſt corpus meum*, & *hic eſt ſanguis meus*, quod ſtatim panis præſens eſt corpus Chriſti traditum in mortem, & vinum præſens eſt ſuus ſanguis in redemptionem peccatorum. Hæc eſt confeſſio noſtræ fidei fundata in verbis Domini. In cuius rei verum teſtimonium habemus primitivam eccleſiam, cum toto collegio apoſtolorum, quorum temporibus hoc ſacramentum dixerunt cœnam Do-

Fractio panis

mini, ſicut Apoſtolus dicit ad Corinthios : *Convenientibus ergo vobis in unum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare.* Secundo dixerunt fractionem panis, ut in actibus Apoſtolorum : *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis.* Et paulo ſuperius: *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus*, in communicatione fractionis panis eius, de quo Apoſtolus: *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?* & quod hunc pa-

nem

nem nõ ſolum crediderunt corpus Chriſti, ſed etiam in ſubſtantia propria panis cum ipſis accidentibus, poſt conſecrationem & corpus Chriſti ibi eſſe, hoc cõfitetur ille, qui in tertio cœlo ſacramenta accepit, & dicit: *Ego accepi à Dòmino, quod & tradidi vobis.* Et infra: *Quotieſcunqué enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Et infra: *Quicunque manducaverit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini, probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Ex iſto manifeſtum eſt, quod primitiva Eccleſia hanc fidem habuit, & illam confeſſa eſt, & non erravit, & non fecit reverentiam huic ſacramento, quia illo tempore exemplo Chriſti ſedentes ſtatim acceperunt, & nihil retinuerunt, nec extra domum extulerunt, & hæc inſtitutio diu ſtetit, ſicut Chronica geſtorum oſtendunt, & vetuſtiſſimus Græcus Origenes, qui ſtatim poſt Chriſti tempora fuit, ſicut primarius magiſter ſcribit ſuper tertium librum Moſi: *Quicunque hunc panem cœnæ Chriſti ſecunda vel tertia die ſumpſerit, non benedicetur anima eius, ſed inquinabitur, propterea Gabaonitæ, quia antiquos panes portaverunt ad filios Iſrael, oportuit eos ligna & aquam portare.* Non tamen fuerunt Hæretici, nec ideo iudicati alieni à fide, ſicut nos ille Doctor accuſat, ſic credentibus & facientibus tale malum adiudicans. Vlterius dicimus, quod nobis in hoc iniuriam facit, quod in aliquem contumelioſa verba dicamus, & ab illo cavemus ſecundum præceptum ſancti Pauli: *Neminem blaſphe-*

blaſphemetis, niſi id loco blaſphemiæ imputetur, quod ob honorum Dei loqueremur & ſcriberemus, vt de poteſtate Dei & iuſtitia, de adoratione, & aliis iuſtis rebus ſecundū fidē ſcripturarū ſine blaſphemia, & alia : ſicut Salvatori imputabatur loco blaſphemiæ ab aduerſariis ſuis, blaſphemaſti. Et adhuc confitebimur etiam in neceſſitate, hoc ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod non dedit ad venerationem, vt ibi adoraretur, cum quo in ſuperioribus Deſedet, adorari debet cum patre & ſpiritu ſancto, vt quiſque debet confiteri, ſed quod in corpore benedicto ſub vtraque ſpecie ſumatur ab omnibus in memoriam paſſionis eius & quiſquis aliter facit & ſumit, contra voluntatem & ordinationem Dei, & rebellionem primitivæ Eccleſiæ, ille rectam fidem non tenet vt in literis late diximus, Hac iterum particula ſcripti ſui notabilem nobis iniuriam facit, cum pervertit confeſſionem fidei noſtræ circa conſecrationem ſacerdotum, quia nos nedum de nobis, ſed de tota fide catholica, ſicut intelligimus, rationem dedimus, Vnde ipſa primordia cœpit ſacerdotalis ordinatio maior & minor, quia non ex Papa, ſed ex Chriſto ſacerdote æterno & epiſcopo à peccatoribus ſegregato, qui eſt gloria eius. Et de hac re confeſſionem fecimus circa exhibitionem rationis, his verbis: *Et fide tenemus ordinationem ſacerdotum à ſummo Epiſcopo, ſacerdoteque magno in veritate prodire, & in loco legationis Chriſti miniſterium; euangelizatio doctrina, iudicium, oblatio orationum ab hominibus* Et quod ſolus Dominus Chriſtus, & non Papa nec quivis alius ſit maximus ſacerdos & epiſcopus, pa-

De conſecratione ſacerdotum.

Chriſtus maximus ſacerdos & epiſcopus.

ous, pastor & caput commune totius ecclesiæ sanctæ: illius probationes, fideique certas authoritates habemus. Primo verbum David, per quem Deus pater ad filium cum iuramento dicit: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.* Hoc idem Apostolus probans, de eo dicit: *Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod à morte prohiberentur permanere, sicut & nuntii: ille vero eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, & ideo salvare æternaliter potest, accedit per seipsum ad Deum semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Et iterum de eius episcopatu dicit: Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum, & non papam Iulium, aut alium. Et iterum: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis sanctorum minister. Et iterum: Talis enim debebat. ut nobis esset pontifex sanctus innocens, impollutus, & segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim semel fecit offerendo, alias cogeretur sæpius mori à principio seculi, sed non solum in consummatione seculorum ad delenda peccata per suam oblationem se ostendit, sed altera vice ostendet se omnibus sine peccato expectantibus eum ad salutem. Et sanctus Petrus non convertebatur ad se, nec se nomine suo invocavit: sed ostendebat se ad dominum Christum, dicens: *Conversi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.* Et quod ipse solus sit caput sanctæ fidei, dicit Apo-

cit Apostolus : *Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus*, ex quo totum corpus compactum , & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit, &c. Et non per Papam. Et quod ipse solus sit caput totius ecclesiæ sanctæ , dicit : *Et eum dedit caput super ecclesiam , quæ est corpus Christi , & plenitudo eius, qui omnia in omnibus implet.* Et nos hunc cum Apostolo & ecclesia primitiva esse episcopum, & caput dicimus & confitemur , sed non Papam Iulium, nec sequentes , quia ipsemet de se loquutus est, quod sit alpha & ω, principium & finis: & vitis vera, & fundamentum, lapis angularis , sine quo nemo aliquid facere potest , de cuius plenitudine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia ut ad eam omnes venirent. Et deus pater præcepit, *vt ei omnes obediant* , & ipse est qui potest adesse universali fidei, & cuilibet membro in consummationem seculi. Sicut dicit : *Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Et quod in fide Catholica semper sit , dicit: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*, quem sanctus Ioannes vidit in medio septem candelabrorum, & ambulantem , & corrigentem , & corripientem , Et ideo Apostolus dicit , *ut habitet in cordibus vestris per fidem.* Et iterum : *Christus in vobis est.* Ideo nullus Episcopus , nec Romanus , nec Græcus , nec alius quispiam est caput totius fidei sanctæ , nisi ipse solus Iesus Christus: quia nemo pro nobis corpus suum & sanguinem obtulit, ex istis innocens & sanctus, & à peccatoribus segregatus , & cætera. Nec aliquis

redemit

redemit eos,nec purgavit,nec salvos fecit: nec his veritate & gratia cohabitat , nec eos salvos facit. Sed hoc dicimus , quod satis esset Romano Pontifici una cum eius consilio , ut esset servus Iesu fidelis,sequendo eum vita honesta , paupere , humili,patienti,casta , & abstinenti, ad deumque iter ostenderet,eum cum lege simul eius docendo, ad eumque ut populum duceret serviendo euangelio & sacramentis : sicut fecerent sanctus Petrus,& Paulus,& alii. Quia ipse est ianua , & qui per eum non intrat, fur est & latro. Ideo respice, rogamus (qui cupit) hos seculi præsentes Episcopos & Prælatos, quorum nam sint sectatores , vitæ ne Christi honestæ,an gloriæ mundi , honoris,dignitatis,quæ ex beneficiis provenit , divitiis & delitiis vitæ ? & cognosces certo , quod contrarium stat in loco sancto. Accipe in mentem sanctum Petrum & Paulum , quorum successores se faciunt , quid tunc Romæ nacti fuerant, sedem ne Cęsaris cum triplici regno , an patibulum crucis? gloriam ne mundi, an contemptum? servierunt mensis , ac facultates in equos diviserunt , an libentius verbo dei servierunt ? Et ibi cognoscere poterit quilibet secundum scripturas sanctas , cuius sit successor præsens summus Pontifex Romanus,& cui servit. De officio itaque dignitatis præsentis seculi & Apostolorum , de pristinis moribus eorundem , de senio , de consiliariis eorundem , perlegas qui cupis , epistolas Francisci Petrarchæ sine titulo, & ibi videbis eorum sanctitatem. Hucusque de his dictum sit: Ideo ut notum sit quod nos non arbitrati sumus in hoc nostro scripto summum Pontificem Romanum,nec nostrum,nec quempiam alium , sed

Romanus Pontifex servus Christi.

Christum

Christum Iesum mercē benedictum, ideo obmittemus responsiones ad derisionem, quam de nobis hic doctor facit. Item breviter dicemus, sinat, inspiciat primordia primitivæ Ecclesiæ, multi ne ex generosis, ex potentibus, sapientibus, aut ex dictis fuerunt in his officiis, & quem victum habuerint, & id deberet sibi labia comprimere, & etiam qui maiorem fructum domino attulerint. Nos pudore nostrorum sacerdotum non afficimur, ex hoc quod hi laborent manibus suis secundum posse victum sibi quærentes: quia sic doctrina & exemplum Apostolicum huc nos ducit, & nos quidem libentius id videmus, quam quod otio vacarent per tabernas, commercia Veneris, & vanitates sequentes, usuras, sacrilegia, cæteraque nequitias exercentes.

De cultu Mariæ virginis, & sanctorum.

Superius dictum est, quia rationem dedimus eorum, in quibus antea nos accusarunt. In iis etiam literis nunquam nos culpaverunt, quod contra virginem Mariam, & sanctos dei rebellia verba coniiceremus, sed id solum accusarunt, quod de eius virginitate non credimus. In secundis literis primum de hoc accusarunt: & non fuit tamen expressum, in qua re, donec doctor Augustinus dicens, quod respondeat super primas literas, & respondet nihilominus ad secundas: ubi satisfacimus his qui nos accusant cum his nos purgantes, & scribentes Regiæ Maiestati & omnibus, qualiter credimus & tenemus & cogitamus de virgine Maria, & singulari sanctitate & beatitudine, qua eam Deus præ aliis beatam fecit: Postea de veneratione quæ eam decet, qui vult cognoscere, illic legat illas literas: & cognoscet quod non rebellia verba in eam coniicimus: sed eas res,

quæ

quæ sunt veræ religionis Christi: quia ad hoc confessi sumus, quod honorem, potentiam, pietatem, quæ soli Deo & Agno attinent, nulli creaturæ tribuimus, sed soli deo, quia dicit *Gloriam meam alteri non dabo*: Et: *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu*. Et: *Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Et Baruch dicit: *Te oportet adorari Domine*. Et David: *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante dominum, qui fecit nos*. Et in Apocalypsi: *Timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicii eius: & adorate eum, qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum*. Et quia illi in primitiva ecclesia soli deo honorem dederunt, & non Sanctis & Virgini, ita dicit Iohannes: *Dignus es domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia*. Et iterum: *Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in secula seculorum*. Et sanctus Paulus ad Ephesios. *Huius rei gratia, flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi*. Et in Actibus Apostolorum: *Cum hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis*. Et Deus dedit nobis exemplum de se, procidit super genua ad patrem: ut à nemine expectemus auxilium quam à deo, ut dicit per Iohel: *Convertimini ad dominum deum vestrum, in toto corde vestro*, & per Osee dicit: *Convertere Israel ad dominum deum tuum*. Et per Zachariam: *Convertimini ad me, ait dominus exercituum: & convertar ad vos dicit dominus exercituum*. Et de requisitione auxilii dicit iterum deus per Esaiam: *Si quæritis quarite, convertimini & venite*. Et in libro Sapientiæ dicit Salamon: *Tu es domine, qui vitæ & mortis habes potestatem*. Et dominus deus dixit suis discipulis: *Timete eum, qui potest & animam & corpus*

Soli deo debetur honor.

corpus perdere in gehennam. Et David dicit: *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram.* Et iterum in alio Psalmo: *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur*, & plena sunt illis testimoniis scripta psalmorum. Etiam omnes sancti veteris & novi testamenti quæsiverunt auxilium à solo Deo, & ad sanctos natos de mortali conditione non clamaverunt, ut facerent auxilium, quia dicit David: *Ad dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.* Et iterum: *Voce mea ad dominum clamavi, voce mea ad deum & intendit mihi.* Et iterum: *Multa misericordia omnibus invocantibus te.* Et: *Prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate.* Et iterum: *Invocabant dominum, & ipse exaudiebat eos.* Sed & de aliis dicit: *Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore ubi non erat timor*, ut nostri nunc faciunt circa invocationem sanctorum & sanctarum. Nec enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus ad invocandum, nisi nomen solius Dei. Quia sicut nullum nomen est datum ad adorandum, & salutem assequendam, & in illud idem credendum, nisi solum nomen domini nostri Iesu Christi, sic etiam non est datum nomen, nec ad invocandum, nec ad adorandum, quia huic soli promissiones factæ sunt, sicut dicit: *Quicquid petieritis patrem meum in nomine meo, dabit vobis, petite & accipietis.* Ex hac causa docuit discipulos suos orare, dicens: Ita orabitis: *Pater noster qui es in cœlis.* Ita soli deo honor & gloria exhiberi debet, sicut Daniel; *Tibi deus patrum nostrorum confiteor, teque laudo.* Et iterum dixit Nabuchodonosor: *Laudo & magnifico, & glorifico regem cœli,*

Sancti solum deum invocabant.

& quod

& quod illi soli hymnos canamus, dicit psalmus: *Cantate domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Et sanctus Paulus: *Gratias ago deo meo.* Et dominus Iesus: *Confiteor tibi domine pater cœli & terræ.* In sanctis enim deus laudari debet, sicut dixit David: *Laudate dominum in sanctis suis.* Et nos hoc agimus, quod in hac virgine & aliis sanctis deum laudamus, quia talem gratiam, & talia beneficia ex sua bonitate eis dedit, & nobis per ipsos, & nedum in hac benedicta virgine deum laudamus, sed & eam confitemur benedictam, & beatam, & diligimus, & sequimur pro posse nostro. Quod si Doctor vel alius ostenderet ex lege ut plura exhibeamus, auxilium expectemus, & honoremus genuflexione, oratione, ut prosit, & pro nobis intercedat, & quod deus promiserit se omnia facturum, quæ petunt in nomine eius, & quod ipsa cum filio suo stet coram deo patre, ut esset hostia apud deum patrem. Esto, ostendat hoc scriptura quæ sit inspirata spiritu sancto, mittat, ne hæreticos dicat, sed potest scribere & maledicere ut vul, q i si privatus esset & non speraret in potestatem mundi, sed mansuetudine & scriptura deberet fidem probare, credimus quod cum aliis clementius ageret. Neque hoc verum est, quod virginem Mariam crederemus quod sit æqualis reliquis mulieribus: quia ita credimus, quod nulla virgo alia concepit ex spiritu sancto filium sicut ipsa, imo nec mulier peperit, & virgo permansit. Nulla ex mulieribus est benedicta, sicut hæc virgo, & nullius virginis fructus ventris est benedictus, sicut illius, ita ut in eo benedicerentur omnes generationes, & omnes acciperét ex plenitudine eius gratiam

De virgine Maria.

pro gratia. Nullu quidem alia eſt gratia plena, excepta hac, nulla dicitur *benedicta inter omnes generationes*, excepta hac ſola, & ſic de cæteris. Ideo non tenemus, nec illam talem reputamus, quod omnino eſſet ſicut alia mulier. Neque hoc verum eſt, quod ſanctus dies commemorationis glorioſæ virginis Mariæ ſicut prophanos contemneremus, ſed colimus vt decet. Neque hoc verum eſt, quod nullum cantum de ea habeamus. nam ſatis multas cantiones de ea in laudem dei canimus. Ex hoc laudetur deus, quod ille Doctor, ſicut ſi reſponderet literis noſtris miſſis Regiæ Maieſtati, poſtquam nobis ſatis opprobria dixit, irriſitque, in id tempus nihil invenit, neque ſcripſit in nos, quod malum quid cogitaremus contra fidem ſcripturarum, vel devie ſentiremus, quod contra fidem & facta primitivæ eccleſiæ fuiſſet: Sed vult quod poſuerimus in noſtra confeſſione, quod ſacra ſcriptura & catholica fides tacet, & de quo prima eccleſia & ſequentes longo tempore nihil ſciverunt de hoc, in quo ſtat præſens error.

Et quoniam auxilio Dei, nunc de magna parte ſuper iniuſtis accuſationibus, & coram Regia Maieſtate iniuſte maculavit, oppoſuimus nos paulum ſecũdum præceptum legis dei, & veterem eccleſiam. Similiter auxilio Dei præſentibus punctis, quibus accuſamur ab hoc doctoro, & hæreticos dicit, vulumus reſiſtere, & oſtendere quid ex fide circa ea puncta ſit tenendum, & primum de purgatorio, de quo ita credimus. Duplex eſt purgatorium, vnum eſt hic, alterum in futuro ſeculo. Primum habet fidem in ſcripturis ſacris, & eſt certum, in quo ſe purgãt ad immortalia

Purgatorium duplex.

mortalia corpora de quo sunt testificati Salvator & Apostoli,& primitiva Ecclesia, & sequaces longo tempore bene usi sunt. Secundum purgatorium est in alio mundo,& hoc est incertum, quia scriptura sacra non dat de hoc testimonium , de quo primitiva ecclesia nihil scivit, neque sequaces per longum tempus , & veteres doctores non confirmant , præcipue de loco. Sed proxime,novi quidam, non à longo tempore, ut Thomas Aquinas , is locum invenit tertium in inferno.Sed vetus doctor Augustinus aliter sensit , dicens *Locus purgatorii non est ostensus, nisi quod multis exemplis se animæ ostenderunt , in his locis & cruciatibus ostensæ sunt* : fortasse ex proximo dicent , quod omnes animæ hoc loco puniuntur ubi deliquerunt:quoniam in eam sententiam & scriptura dicit: *Per quæ peccat quis , per hæc & torquetur.* Et alia scriptura: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ,& iniquitati ad iniquitatem:ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiæ in sanctificationem.* Sicque vetus doctor Augustinus cum aliis veteribus doctoribus contradicit Thomæ:quoniam priores tenuerunt , quod post resurrectionem salvatoris nullæ animæ ingrediuntur infernum nisi damnatorum. Sed Thomas invenit in inferno duo loca : vnum non baptizatorum , alterum animarum purgandarum. Sinite quod noster doctor Augustinus eos concordet,ostendatque quis iustior sit,cui credamus, & hæ res multæ sunt , in quibus discordant, & alibi. Nam optimum esset in incerta re, de qua scripturæ non modo tacent , sed etiam contrarium dicunt , ne quid assererent , secundum sententiam sapientis Senecæ : *De rebus incertis non*

debes affirmare, ſed incertum iudicium tene. Nos etiam ponemus, qualiter priores inventores, quod de ſecundo etiam purgatorio cogitarunt : quoniam & hoc contra fidem fit, id eſt, quod & hi in purgatorium tranſeant, quibus dedit deus locũ pœnitentiæ, & ii pœnitentes non ſatisfecerunt. Sed iſti confirmatores purgatorii omnes eo mittunt, & ibi primum ubi inde commodum ſciunt & nolunt habere differentiam, nec iudicant pro quibus debeant orare, pro vivis æque ac mortuis. Sicut apud viventes neſciunt, vtrum ſint in ſtatu gratiæ, vel damnationis, ſic nec de mortuis. Sed quod docuit eos auaritia, hoc confitentur quod ſunt in purgatorio. Sed alii doctores hoc melius ſenſerunt, dicentes, quod ſolum ii, qui non ſatisfecerunt pro pœnitentia, & intellige, cuius, ſcilicet pœnitentiæ impoſitæ à ſacerdotibus, vt ieiunia, vota, orationes, eleemoſynæ, & huiuſmodi. Vtique magis intelligatur ille error de purgatorio, ponemus ex veritate fidei de certo purgatotio hic in hoc mundo. Primum, in dei gratia, & merito Ieſu Chriſti, & emundatione ſpiritus ſancti, per fidem, amorem, ſpem, præcipueque paſſionis huius mundi, deinde per verbum dei vera pœnitentia, operibus miſericordiæ, & ſervitio dei, ſicut in perceptione ſacramenti, & perſeverantia uſque ad mortem, & hoc teſtantur ſacræ literæ. Et primum de gratia: *Miſerebor cui miſertus ſum, & miſericordiam præſtabo cui miſerebor.* Et alio loco dicit: *Propitiabor iniquitati eorum & peccata eorum non memorabor amplius.* Et ſanctus Paulus: *Gratia enim eſtis ſalvati per fidem:* Et de ſe ſolo dicit: *Gratia dei ſum quod ſum.* Et Zacharias: *Erit fons patens domui David, & habitantibus*

habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et ſanctus Paulus: *Quanto magis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemet ipſum obtulit immaculatum deo emundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortis ad ſerviendum deo viventi.* Et ſanctus Iohannes: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Et de ſpiritu ſancto: quem promiſit deus dare ſuper omnem carnem, emundationem, dicit Apoſtolus: *Eramus enim aliquando & nos inſipientes, & cetera.* Ex his eſt manifeſtum, quod nullus alius locus eſt principalis certi purgatori, niſi dominus Chriſtus, de quo recte eſt dictum ab angelo: *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Et ſic dicit ſanctus Paulus: Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, & quod ipſe eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & hoc in futuro ſeculo, quia tranſeunt de morte ad vitam, & fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & omnis qui ſalvabitur, oportet eum de hoc fonte ſumere pleno iuſtitiæ & æquitatis, oportet eum ſumere per amorem gratiæ ſui meriti pro gratia ſpiritum ſanctum qui de amore ſuo transfundit in corda fidelium, ex ſola gratia per donum fidei, quiſquis ſalvandus venit ad purgatorium, per Chriſtum Ieſum, ut dicit ſanctus Paulus: *Non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti:* & nos in Chriſtum Ieſum credimus, ut iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis. Chriſtus dicit: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Et ille leproſus dixit ex fide: *Domine ſi vis, potes me mundare.* Et dominus dixit: *volo, mundare.* Et iterum: *Fides tua te ſalvum fecit.* Et ſanctus Petrus: *Fide purificans corda eorum.* De dilectione dicit dominus ad

Purgatorium verum & cetum.

Gratia.

Fides.

nus ad Mariam: *Remittuntur ei peccata multa.* De
Charitas. charitate dicit ſanctus Iohannes: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Et de obedientia charitatis dicit ſanctus Petrus: *Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis.*
Spes. Et de ſpe dicit dominus paralytico: *Confide fili, remittuntur tibi peccata.* Et ſanctus Paulus: *Spes autem non confundit.* Et de virtute huius fidei dicit ſanctus Petrus: *Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam. Hæc enim ſi vobis adſint, &c.*
Pœnitentia. De pœnitentia dicit Deus per Prophetam: *Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua.* Et Propheta: *Aſperges me domine hyſopo, & mundabor.*
Opera miſericordiæ. De operibus miſericordiæ: *Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis,* & conſilium datum eſt Nabuchodonoſor, quod eleemoſynis redimat peccata ſua. Et ſic devota oratio & munda cum fide purgat, quando cum ea eſt viva fides & humile cor: huius eſt exemplum de publicano & peccatore. Sed quod pœnitentia mundat hominem in Chriſto fundatum fide, vel pœnitentia, dicit dominus Ieſus: *Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Et alia ſcriptura dicit: *Sicut aurum in fornace,* &c. Et de verbo dicit deus per Ezechielem: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Et dominus Ieſus: *Iam eſtis mundi propter ſermonem meum.* Et de teſtimonio baptiſmi quod ſimul fit cum fide: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Et ſanctus Paulus:

Paulus : *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda.* Habemus nunc ſpem firmam, & confeſſionem noſtram, quod ſumus habituri purgatorium in tertio inferno? non: ſed vitam æternam. Nam dicit deus : *Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit.* Et cum his verbis quæ robur in ſe habent, mundat hic eccleſiam, & purgat ad vitam gloriæ. Sicut dicit deus per Hieremiam in figura Iudæ & Hieruſalem: *Convertam converſionem Iuda, & converſionem Iſrael & emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccaverunt mihi.* Sanctus Paulus dicit : *Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, &c.* Non vt pararet eam in infernum, ſed in cœlum in quietem poſt præſentes labores : quia certum eſt quod ſoli beati ſunt electi dei, & illos ducit deus in eam iuſtitiam, quam ſuperius poſuimus, de quibus Apoſtolus dicit : *Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu in charitate.* Et iterum dicit ; *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iuſtificavit.* Huc uſque de purgatorio vero & certo dicimus, & non eſt aliud. Et in huius teſtimonium dicit dominus duas eſſe vias, duo corpora futura perpetua, vnum bonum, alterum malum: & quod poſt mortem non erit tempus merendi. Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti ſicut in morte occupatur quis. & non merebitur gratiam, pro hoc eſt teſtimonium in divite epulone, qui clamavit ad Abraham, & nihil impetravit. Et ſcriptura dicit : *Viventes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent*

vltra meretedem, quia oblivioni est tradita memoria eorum. Et paulo infra: *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos quo tu properas.* Et Abraham dixit: *Quia inter nos & vos chaos magnum firmatum est,* quia in inferno nulla est redemptio, & nisi unus est infernus secundum verba Euangelii: *Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguetur.* Scripturam autem illam sancti Pauli, *cuius opus ardet*, aliqui inducunt pro purgatorio. Hic notum sit, quod Apostolus hoc loco non loquitur de hoc quod venturum est post mortem, neque huic concordant verba ipsius, quia in morte non apparebit deus in igne, sed hic, secundum scripturam quæ dicit: *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis, sicut multi ceciderunt in peccatum, & mundati sunt.* Et Sanctus Petrus: *In quo exultabitis, modicum si nunc oportet contristari in variis tentationibus.* Ille est dies tentationis dei, quapropter quicunque sacerdos in fundamento Christi ponit fidem, amorem, spem, & requas virtutes, ille manebit in die visitationis, & quicumque ponit fœnum, lignum, stipulam, hoc est ministerium veteris legis, vel leges hominum, hoc comburet dies domini, quia quælibet plantatio, quam non plantaverit pater meus cœlestis, eradicabitur, & in ignem mittetur & ardet, & si ille erit, qui legem ponit in fide recta, salvus fiet, sic tamen quasi per tentationem ignis. Sic est sermo domini: *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemia non remittetur, neque hic, neque, in futuro seculo,* quod ita intelligimus, sicut ipse dicit, *Quodcumque ligaveris super terrã, erit ligatũ & in-*

calis, &

cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Similiter illud Machabæorum: *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.* Ad hoc dicimus, quod is liber eſt poſitus inter illos non receptos ab Eccleſia, qui dicuntur Apocryphi, & dicunt quod ſcriptor hoc addidit in fine. Secundum autem, quod dicit ſanctus Iohannes: *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Et Machabæi quod ſunt interfecti, permiſit Deus, quia habuerũt ſub palliis dona idolorum, & ſine pœnitentia mortui ſunt: inde ſcriptum eſt, quod Iudas ſtatim populum monuit, ut caverent à peccatis, ut huiuſmodi plaga eos non tangeret, collegit duodecim marchas: &c. Non tamen ſtat ibi aliquid de purgatorio, neque quod fuerit auditum, ſed ſolum de inferno & ſinu Abrahæ, neque adhuc eſſet, niſi Thomas monachus de Aquino hoc cogitaſſet in inferno. Debemus adhuc hoc dicere, quia dicitur quod ii ſoli eunt in purgatorium qui ſunt electi, & ſunt in via ſalutis, facientes confeſſionem, non ſatisfaciunt conſilio ſacerdotis, velqui venialia haberent, & in his moriuntur. Quod hoc non eſt verum, poſſumus illo monſtrare, quando Deus maius ignovit, quare minus non indulgeat? Verum quod pœnitenti Deus humiliter indulget in die anguſtiæ & tribulationis, certum eſt in publicano. Et ex Euangelio, procidens ſervus ille orabat eum, dicens: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Miſertus autem dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.

Et hoc

Et hoc ſimiliter in latrone, quando Deus ſibi indulſit peccata, non miſit eum in purgatorium, ſed ſecum in paradiſum. Ad hoc etiam dicit ſanctus Paulus: *Nihil ergo nunc damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberavit me à lege peccati & mortis.* Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & peccato damnavit peccatum in carne, ut iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Sic ergo impoſſibilitas pœnitentis quod non poteſt ſatisfacere conſilio ſacerdotis, non procedit ex anima, quia ſpiritus promptus eſt, ſed ex corpore, quod iam non poteſt vivere: & ideo non migrabit in purgatorium, ſed implebitur in eo, quod dicit ſanctus Iohannes: *Filioli mei hæc ſcribo vobis, ut non peccetis: ſed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantum, ſed etiam totius mundi.* Sic erit in magnum contemptum meriti ſui, & promiſſionis ſuæ, quod plus poſſet circa purgationem peccati purgatorium, quam ſanguis Chriſti, & fides, & bona voluntas, & devota oratio, quia circa fidem infirmi, dicit ſanctus Iacobus: *Oratio fidei ſalvabat infirmum, & alleviabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Et hoc eſt ſatis peccati, quando quis non ſatisfacit conſilio ſacerdotis: quod ſi & illud indulgetur ad orationem non ſcriptam ex libris, ſed viva fide fidelis ſacerdotis & probi, quam cum fidelibus

fidelibus ſuis facit ad Deum. Etiam hoc eſt contra rationem, quod ſola anima debet pati, & non corpus : quoniam ſimul clarificabuntur, ſicut dicit ſanctus Paulus : *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Sed quos extremum iudicium viventes deprehenderit, nullo modo hi poſſent in purgatorium mitti. De quo veteres doctores concordius dixerunt, quod ante extremum iudicium, quando Deus in igne apparebit, electi Dei mundabuntur, & fundant ſe ſuper verba ſancti Pauli, quę antea induximus de fundamento. Et illis Doctoribus nondum dederunt poſſeſſiones neque de inferno liberarunt animas, donec illi ſurrexerunt, qui per inventionem verbi inceperunt quæſtum facere cum animabus hominum; primum cum vivis, deinde cum mortuis. Hoc ſentimus de purgatorio, de quo doctor Auguſtinus fecit mentionem, & ſuper nos iram Regis concitat iniuſte.

De conſtitutionibus humanis.

Vult etiam ſcire, quid credamus de ordine Eccleſiaſtico: Noſcat ipſe & quilibet alius, quod cuſtodimus conſtitutiones, quæ ſunt auxilio fidei, amoris, ſpei, & iuſtitiæ quæ poteſt ex fide cognoſci, ad faciendum ex ipſis præcepta Dei, & ut ſyncerius poſſimus eo uti ad finem, propter quem ſunt ſacramenta, iuxta ſenſum converſationis Chriſti : atque ea obſervamus, quæ adiuvant ad venerationem, rectamque orationem ad Deum, quæ æquitatem, virtutem, honorem, diſciplinam, & unanimitatem continent, ea obſervamus, & noſtros, & alios obſervare docemus. Et hoc nobiſcum non eſt, quod ſpernamus rectam ordinationé, ideo quia ſit per homines inſtituta, & in eo nos ſegregem⁹

ad eo-

ad eorem inhonorationem. Sed hoc eſt, cur facimus, ubi in aliquibus rebus, & ordinationibus, & ſtatutis, etiam veteribus, ſimiles non inveniuntur. Eſt noſtra conſcientia, & timor dei, ne eum in iram commoveremus, ubi ſponte eſſemus cauſa diſſidij, vel mali exempli: & ideo populi iram in nos concitaremus. Ideo quæcunque ſtatuta cognoſcimus non eſſe contra iuſtitiam ea ſervamus; quæ ſi & ex magna parte contra iuſtitiam forent, ſi poſſmus aliquo tamen modo uti eis ad iuſtitiam, ipſis utimur ad bonum ſenſum: ut circa feſta ſacra, tum ieiunia, aliaſque res eiuſmodi quo ſcandalum ponere declinenemus, & ſtudeamus partem habere cum omnibus hominibus. Etiam confitemur, quod in omni ſeductione eſt aliquid æquitatis, circa quam eſt vel variatio ſenſus, vel boni uſus, vel ordinationis circa obſervantiam æquitatis: ideo docemus hoc, ut locum daremus æquitati, & cavemus, & circumſpicimus ſuper alia, in ſecuritate, & defectu rerum qui inde poſſet evenire, habentes aliquas apud nos æquitates, ſervamus, ne alias ſupplantemus. Et circa hoc intelligimus nos eſſe in magnis anguſtijs, & mutatione, ut coſtodiamus bonam diſpenſationem, non ſolum coram Deo, ſed & hominibus: quod nobis & multi imponunt pro inconſtantia & mutabilitate: & alij adhuc peiores ſunt, quaſi iſto cælemus hypocriſim: & alii de nobis ſuſpicantur, quod in eiuſmodi ſenſum non intraremus in primam ſeductionem. Has & alias res plures oportet nos Deo permittere. Ad ſecundam partem notum facimus, quod ideo multas conſtitutiones, & conſuetudi-

nes, or-

nes, ordinationes & inventiones non continemus, quia in errorem sunt, & eversionem fidei & æquitatis, ex qua descendunt præcepta Dei: sicut honor, veneratio, rectum servitium, & spes in Deum, & quando hæ constitutiones sunt causæ idololatriæ, & spei erroneæ, & vanæ superstitionis, & occultationum mortalis peccati. Malis autem sacerdotibus sunt causæ ad eorum indignitatem, & ad seductionem à iustitia, & ad avaritiam, & sacrarum rerum quæstum. Populo autem sunt ad latrocinia, onusque ut plura impendant in vestes, ædificia, & splendorem & inutiliter consumunt & liguriunt, quod ipsi sibi & Ecclesijs usurpant, quod in pauperes & egenos expendere debent. Ideo non observamus in multis rebus, quia multa impedimenta faciunt verbo iustitiæ, orationi, rebus sanctis circa legis dei sensum, propter quæ lex dei venit in contemptum: & ita humanas constitutiones, ordinationesque tam diligenter custodiunt, sicut mandatum dei, vel & diligentius. Et quod deterius est, quod per eiusmodi constitutiones mandata Dei transgrediuntur, & per eas gratiæ & iustitia in famulis & servitio corrumpunt, & servant fidem erroneam, quodque ita observatur magnipendunt. Hæ & aliæ causæ [illegible]dent multas alias constitutiones, & illas sanct[illegible]lege[illegible]que ex timore & observantia Dei. Et hoc admonent veteres & novi, quos nunc relinquimus ob brevitatem.

Eia nunc doctus homo finit suam scripturam contra nostram, in qua nihil probabile, iustumque obstaculum posuit, sed solum maledictis.

In qua

Tria iniuriarum genera.

In qua se tria inveniunt. Primum, quod voluit, non autem potuit in nos adducere iniustitiam. Secundum, quod mutavit aliqua puncta confessionis nostræ. Tertium, quod in illo nos accusat quod de illis rebus non posuimus, ad quas tunc nobis non dabatur causa. Quod si homo ille intelligeret nos loqui contrarium fidei in illa confessione, certe non reticeret. Ad ultimum quando finit literas, dat intelligi sensum suæ scripturæ: quod ideo faciat ad Regiam Maiestatem, ut ad hoc induceret, ut nos expellat, conterat, & abigat ex provinciis. Non intelligens, cuius sit spiritus, quia est eius qui sanctos prophetas occiderunt, & bonis, iustisque restiterunt, quod putaverunt illo se obsequium præstare Deo: ideo se insinuaverunt principibus, & principum impias manus confirmarunt. Et eiusmodi homines si non pœnituerint, debent omnino timere quod super eos plaga Dei veniat. Deus ex suo amore convertat eum, & intelligere faciat quid tentet, ut hic pœnitentiam faciens, gratiam consequatur, & post hoc æternam gloriam. Ad secundam eius scripturam volumus respondere in hunc modum, & custodire sicut in priore responsione, ut relinquamus maledicta eius & oppressiones, quod huiusmodi apud eum reperiuntur: quia ex numero [illegible]um qui sequuntur ornatum latinæ linguæ, q[illegible]ro modeste loquuntur: ut si quem laudant, hoc faciunt solennibus verbis, veritatem non pensitantes: aut si quem vituperant, nimis contumelioſe, quantumque possunt deprimunt, non verentes Deum nec homines. Nos itaque videntes, quod hoc sensu in eum finem scribat has literas sicut priores, ut nos apud Regiam Maiesta-

Maiestatem perderet : nos non potentes in hoc facere apud Regiam Maiestatem informationem bene intelligentes, quare & propter quid, visum est nobis expedire ob causas, quas in prioribus literis posuimus, omnibus in communi scribere, quibus si suæ in manus venerint ut responsio simul perveniret. Suam responsionem & veritate & simplicitate absoluemus : sed prius scriptura præmittitur doctoris Augustini , qui Regiæ Maiestati scribit, & sic incipit : In prologo eius epistolæ indicat se vidisse cum tædio literas, quas Regiæ Maiestati scripsimus & statim in nos fit contumeliosus : neque in nos tantum, sed & generosam venerabilemque virginem, virginem Martham. Et videtur nobis mirabile, quare adeo sit sibi tædio nostra scriptura, vel quare se excusans imponit negotiis suis , per quæ non possit respondere: & constat quod nõ doctori Augustino, sed regiæ Maiestati literas misimus , & à doctore Augustino responsum nõ postulavimus: quid ergo sibi ea cura incidit , ut solicitus pro responsione fieret, cum neque regia maiestas, neque ipse indicent quis mittat responsum, ut possemus tamen instrui cui debeamus respondere. Primã causam suæ scripturæ dicit, ut fraudes nostras Regiæ Maiestati patefaceret, volumusque eum libenter audire. Cum hac scriptura vult in primis, quod essemus nobisipsis contrarii, sed nihil faciet. & sic per hoc callidum mendacium nobis imponit, ut per hoc Regiam Maiestatem ad iram commoveret , & exufflat ignem ut iuberet æstuare mortem, sicut æstuat unguentum in aheno. Cognoscat hoc quilibet, puta eius scripturã, & rationẽ fidei nostræ, sicut & prius super eius literas scri-

De Eucharistia.

pſimus,quemadmodum credimus , quia panis eſt corpus Ieſu Chriſti naturale , & ſpiritale benedictum. Sed ipſe ſcribit , quod ſub ea ſubſtantia panis & vini verum corpus & verus ſanguis ſubſit: & per hoc fidem noſtram fundatam ſuper verba Chriſti mutavit , ſicut ipſum convicimus in primis literis. Et circa hanc alteram partem non veretur mutare dicens in nos, quod loquamur & prædicemus quod nullus honor debeat fieri corpori & ſanguini Chriſti: forte non potuit per iram placide perlegere quod ſcripſimus latina lingua Regiæ Maieſtati , & hæc fuit cauſa , & hoc tetigimus. Vt liberemur ab omni ſuſpicione,volumus idem Bohemica lingua ponere quod interpretatur ſic: De corpore & ſanguine Chriſti ſic credimus , quod poſt verbum per ſacerdotum recte conſecratum, quod ſtatim panis eſt corpus Chriſti verum naturale, ſumptũ ex Maria virgine,quod debuit tradi,ſicut dicit: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur*, & vinum ſanguis eius naturalis corporis,qui debuit effundi in remiſſionẽ peccatorũ. Et non ſolũ credimus & fatemur,ꝙ panis eſt naturalis caro, & vinum naturalis ſanguis benedictus: ſed quod panis ſimul etiam eſt caro ſpiritalis , & vinum ſanguis ſpiritalis,quod eſt unitas eccleſiæ. Sic dicit ſanctus Paulus: *Et panis quẽ frangimus,nõne participatio corporis domini eſt?* & quod ſub utraque ſpecie debet communicari , ſecundum præceptum Chriſti & exemplum primitivæ eccleſiæ ex fide & neceſſitate ſalutis , quod ordinatum eſt per filium dei: quia ſub ſpecie utriuſque veritatis , dignitas ad ſalutem poſita eſt , quæ ſacramento ad conſcientiam & ſpem configuranda eſt. Sed quia

De communione ſub utraque ſpecie.

hanc

hanc fidem aliqui non recipiunt quam profeſſi ſumus, in corda noſtra penetrant, temere diſcutientes, & dicunt quod aliter credimus & aliter dicimus, & iniuſte nobis coram deo faciunt, qui nos melius pro noſtra iuſtitia cognoſcit: & alij nos iudicant, propterea quod ab eorũ ſacerdotibus non communicamus. Sed non intelligunt quare: & hoc ideo, quod noſtros ſacerdotes habemus, & opportuno tempore diſponimus nos, & ab ipſis ſumimus. Sed ad ſacerdotes nobis adverſos ire non audemus: quia non poſſumus in communi de eis cogitare quod nuntium dei omnipotentis ita perficerent operibus per res fidei controrias, & operi & ordinationi ſcripturæ. Et propterea nobis non credunt, quod in hoc ſacramento ſolum quod eſt præceptum per filium dei, facimus: & quod ibi non eſt præceptum, hoc non facimus: ſed ibi facimus ubi præceptum eſt. Sicut honorem & reverentiam exhibere corpori & ſanguini Ieſu Chriſti, à dei filio non eſt præceptum: ſed credere & accipere, mãducare & bibere, & facere hoc in eius commemorationem. Sed quod huic ſubſtantiæ corporis Chriſti benedicti, non eſt præceptum quod ei honorem faciamus, verum ſubſtantiæ corporis Chriſti quæ ſedet ad dexteram patris. Pro huius teſtimonio eſt, quod dominus noſter Ieſus Chriſtus ſedentibus dedit, & ſucceſſores longo tempore tranſeuntes per domos fregerunt panem, & acceperunt cibum cum benedictione, & non fecerunt reverentiam. Et tamẽ ſic facientes non erraverunt, nec hæretici fuerunt: quod mandatum eſt ut Ieſum Chriſtum verum deum & hominẽ honorent: non in ipſa ſubſtan-

tia ſacramenti, ſed in ſubſtantia corporali dei. Et huius habemus mandatum, quod meminit dominus contra tentatorem: Scriptum eſt enim, *Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies:* quod eſt novum teſtamentum. De quo Apoſtolus dicit: *Propter quod & deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei patris.* Et dominus ipſe dicit, *Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.* Sed nullus hic honorificat patrem in creatura, ſed in cœlo, dicentes: *Pater noſter, qui es in cœlis.* Et ſanctus Paulus dicit: *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur.* Sic debent omnes honorare filium. Et ob eam cauſam quando perſonaliter hic fuit ſuper terram, quamvis erat dignus honore, noluit compellere homines ut ſe adorarent: ſed in cœlo habet gloriam, quam habuit ante ſecula, & quod illic poſt ſuam aſcenſionem veneretur & confiteatur. Et ad teſtimonium firmæ probationis, habemus novos teſtes & veteres. Veteres, quando dicit per Moyſen: *Non facies tibi ſculptile, nec omnem ſimilitudinem, quæ in cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub terra, non adorabis ea & non colas. Ego enim ſum dominus deus tuus.* Novos autem, dicit Ieſus: *Tunc ſi quis vobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere. Surgent enim Pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, (ſi fieri poteſt) etiam electi: ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſerto*

deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Nec descendet corporaliter cum corpore suo ante diem iudicii, hoc probat communis fides Christiana, ubi dicit: *Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos & mertuos.* Ex hoc potest quisque intelligere, quod ille Doctor præcipitanter facit, non intelligens scripta nostra, forte per iram suam: quia habemos manifestam discretionem venerationis eorum, sicut in literis quas ad omnes misimus, manifestius confessi sumus, quod iis & sacris testimoniis ibidem respondeat. Et hoc perpetuo credimus ex fide, quod summum opus venerationis est, obiervantia præceptorum dei, & è converso summa irreverentia, inobedientia, quod Samuel ad Saul regem dixit: *Nunquid vult dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci domini? melior est enim obedientia quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum:* quoniam sicut peccatū hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Ideo credentes quod panis & vinum secundum verbum salvatoris est corpus & sanguis eius, obedimus mandatis eius, sic quod sumimus & comedimus sub utraque specie: & hoc facimus secundum commemorationem passionis eius, sicut & priores fecerunt. Et amplius ex præcepto dei veneramur filium dei, verum deum & hominem, ad dexteram dei patris: & secundum eius præceptum non credimus eum esse personaliter in terra, neque eum expectamus de cœlo usque ad extremum diem iudicii, neque hos recipimus qui eandem personam hic esse monstrant, neque eam sequimur. Amplius

Summum opus venerationis est, obiervantia præceptorum dei.

ſecundum eius præcepta ſumimus eum in ſua potenti maieſtate ſpiritali in fidelibus nuntiis & honoramus cum fide, obedientia, & ſubiectione : ſic tamen circa hoc mandatum veneramur eum in fidelibu membris , in quibus eſt per fidem, meritumque ſuæ converſationis cum patre & ſpiritus ſancto diligimus , & famulamur, & cum operibus miſericordiæ , ſi eum pro mandatis eius in verbo ſuſcipiunt : & ſequimur opere quantum cognoſcimus & poſſibile fuerit,& in ſacramentis in ſuo novo teſtamento amoris & iuſtitiæ unimur eo ex amore. Ideo ſic facientes, nullum impedimentum nobis in ſcripturis & factis facimus. Quod ſi crederemus corpus Ieſu Chriſti in ſacramento cum eiuſmodi exiſtentia , ſicut eſt ad dexteram dei patris : certum eſt quod nos rebellantes veneratioñi huius corporis. eſſemus etiam contrarii nobis in adoratione. Sed nos credimus , quod panis & vinum eſt corpus & ſanguis Chriſti , in exiſtentia benedictionis , factis ſolum ad ſumptionem & vſum & memoriam: quia ſi dominus noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum & ſanguinem expenderet in huiuſmodi forma, ſicut nunc credunt eſſe ſub ſacramento : profecto non neglexiſſet ſuos , ſed manifeſtaſſet apoſtolis, quod ſurgentes primum venerarentur , deinde ſumerent. Si noluiſſet tunc , poſtea tamen ſancto Paulo iuſſiſſet , accipiens mandatum de eo à Domino : ſed non fecit mentionem , ſed præmonuit eos ut non idololatrarent. Et non reliquiſſet ſic primos Chriſtianos in ignorantia multis ſeculis, quod noſtri ex ſola conſuedine in hoc inducti fecerunt , ſicut ſub

Corpus Chriſtus.

ſumptione

ſumptione vnius ſpeciei: & videntes conſuetudinem poſtea confirmarunt, propter obedientiam Romani pontificis: Quod ergo illi doctori non videretur quod ſuæ quæſtioni non ſatisfaceremus, vbi ſcribit: *Sinite ut interrogentur, ſi idem Chriſtus adſit, quem ſub ſacramento corporis & ſanguinis ſe ſimulant nobiſcum credere, vel ſi eſt differens ab illo qui ſedet ad dexteram dei patris. Si ille eſt. quare non veneramur hunc, ut illum?* Quamvis reſpondimus. quod non ita credimus, nec cogitamus ſicus ipſe: ſed ſicut verba fidei oſtendunt, & ſui interpretis ſancti Pauli, & opera primitivæ Eccleſiæ, & catholica fides, & præcepta dei: dicimus adhuc & ſimpliciter confitemur, quod nobis eſt niſi vnus deus, unus dominus, Ieſus Chriſtus, & quod eſt in ſacramento cum ſuo naturali corpore talis, ſed per aliam exiſtentiam quam in dextris dei: & adhuc dicimus, quod eſt etiam cum carne ſpiritali: quia eſt aliud dicere, ille Chriſtus, hoc corpus: & eſt aliud dicere, cum huiuſmodi exiſtentia. Primum concedimus, quia ille Chriſtus eſt cum hoc corpore: ſed aliud non concedimus, ſecundum fidei ſcripturam reſiſtimus, hoc eſt quod dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt ſuam aſcenſionem, cum naturali ſubſtantia corporis ſui perſonaliter exiſteret. Sed dicimus quod non fuit, nec eſt, nec erit, donec ad extremum iudicium: quia cum illa ſubſtantia ſui corporis niſi vnum locum habet, ſicut hic habuit adhuc viator, non poteſt multiplicari, nec corporaliter levari. Et hoc quod oſtendatur vera ſcriprura Chriſtianæ fidei, primum ponetur, quod deus manifeſtavit perſonalem aſcenſionem

ſubſtantiæ naturalis corporis, quando ad diſcipulos ſuos eſt loquutus: *Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.* Et: *Vado ad eum qui miſit me.* Et cauſam adiungit, dicens: *Vado parare vobis locum: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Et quis eſt ille paracletus, qui debuit cum illis perpetuo manere: & quod venit, teſtificatus eſt verum abſceſſum, de quo dicit: *Exivi à patre, & veni in mundum, Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* Iterum perſonaliter abivit cum ſubſtantia aſſumpti corporis. Dicit enim oratione ad patrem: *Iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio.* Et iterum: *Fileoli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Et iterum per ſimilitudinem: *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus? venient autem dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Iterum: *Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.* Et angeli dixerunt: *Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* Et hæc eſt illa prophetia pſalmi: *Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Et ſanctus Petrus dicit; *Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere uſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ loquutus eſt deus per os ſanctorum ſuorum à ſeculo prophetarum:* quem & ſanctus Stephanus vidit ſtantem à dextris dei. Et ſanctus Paulus vidit eum in tertio cœlo, & is dixit: *Et ſi cognovimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non novimus.* Et multæ aliæ ſimilitudines Salvatoris ad hoc ſunt, in quibus manifeſtat ſuum aſcenſum & deſcenſum non ante fieri, quam ad extre-

mum

mum iudicium; & præcepit omnibus ut vigilantes expectent: & præcipue dans eis potestatem super labores, cum qua potestate, justitia & auxilio promisit se esse cum suis fidelibus usque ad consummationem seculi, & cum suis membris fidelibus. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius, promisit se *Virtus.* inter eos esse spiritualiter cum participatione corporis & sanguinis, & in sacramento in virtute cum testimonio suæ iustitiæ. Ad hoc sonat vox veteris & magni doctoris Augustini, ubi dicit: *Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est veritas dominus. Corpus enim in quo resurrexit, in uno loco esse oportet: veritas autem eius ubique diffusa est.* Sicque ex sacris literis & alijs multis certum est, quod dominus Christus cum suo corpore & sanguine in naturali substantia personaliter existenter non est hic, donec ad consummationem seculi: & quod est in uno loco, hoc est à dextris dei. Hoc voluit, antea hic in suo mortali corpore manifesto ostendit, quod uno in loco existens, non fuit in alio eodem tempore, sicut eius sermo illud ostendit: quoniam loquutus est ad discipulos suos, dicens: *Lazarus mortuus est, gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum.* Et Martha dicit: *Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus.* Sic post resurrectionem, glorificato corpore uno eodemque tempore non fuit multis locis, sed uno, & alijs temporibus fuit alijs & alijs locis. Sicut quando fuit in Hierusalem, non fuit tunc in Galilæa: & quando fuit in Galilæa resurgens ex mortuis, non fuit in sepulchro: quod neq; angeli sunt mentiti, dicētes:

Surrexit non est hic. Sicque cum suo substantiali assumpto corpore, quo cum sedet nunc ad dexteram dei, non potest multiplicari, sed solum vnus totus verus existenter manet in cœlo: & non potest corporaliter sumi à fidelibus animabus, sed solum spiritaliter, quia dixit: *Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius: spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam: verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Ideo credimus & ex fide sentimus, quamvis Christus non est hic cum corpore naturali, mansione existenter & corporaliter: est tamen spiritaliter, potenter, benedicte, in virtute: quod cum hac mansione non abiit: & non abibit à suis, sed ubique ubi vult est & infinitis locis huius corporis & sanguinis veritas augmentatur, & potest multiplicari ad omnem necessitatem suorum fidelium & electorum, ut in hoc dicit dominus: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Et: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et sanctus Paulus: *Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* Item: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Ideo ex fide sic sumimus: & sic illius doctoris scriptis respondemus sicut antea quod Christus cum corpore suo & sanguine in mansione benedictionis est, sicut in dextera dei, sed non simili mansione vt in cœlis: ideo non debemus eum venerati in benedictione sacramenti, quæ fit & fieri debet in essentia personali, existẽti in dextera dei. Et ut melius adhuc intelligatur, quod non assimilamus, neque pro uno ponimus, eius habemus exemplum in Iohanne baptista, de quo dominus dixit: *Et si vultis recipere, ipse est Helias qui vẽturus est:*

& ipse

& ipſe ſanctus Iohannes eſt confeſſus ſacerdotibus & Levitis, quod non eſt ipſe Helias: & ſic hi ſermones non conveniunt ſibi, ſic ut illi Auguſtino confeſſio fidei noſtræ: tamen ſermones ſunt veri, in ſano ſenſu intellecti, quod Ioannes perſonaliter in ſubſtantia non fuit Helias: ſed in ipſo eſſe ſpiritali, quem dominus mutavit, & ſic Iohannes non contradixit, quod etiam Angelus confirmat, qui manifeſtat eius conceptionē Zachariæ, dicens: *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ.* Etiam accipimus illius exemplum ex ſermone ſancti Pauli, ubi ſcribit: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & eundem potum ſpiritalem biberunt.* Tamen nullus cōcedit, quod hi patres manducaverunt corpus & ſanguinem Chriſti corporaliter, ſive quod in naturali ſubſtantia ſubſtantialiter eſſent uſi, quia nondum fuit incarnatus: neque dedit corpus ſuum in manus peccatorum ad mortem, ad præparationem eſcæ, neque ſanguinem ad bibendum, neque adhuc inſtituit ſacramentum corporis & ſanguinis. Et ſanctus Paulus ad Hebræos: *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum per ſingulos annos eiſdē ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinēter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere: quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Amplius dicit: *Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Certe non corporali, ſed ſpiritali figura qui futurus erat, cum quo ſe communicat in ſacramento novi teſtamenti, & hoc ſic: quia ſacramenta novi te-

vi testamenti habent iustitiam perseverantem, & meritum, & vsum in Christo & Ecclesia. Et huiusmodi exempla possent plura induci ad hoc ex sacra scriptura, si non indigeret multa disputatione, & tædium faceret legenti. Sic docemus, ut briviter dicamus, quod non timemus (Dei auxilio) pedicas, quas nobis ille prudens venator posuit, sicut ante oculos auium, quod duos Christos nos oporteat confiteri. Sed omnino ipse cum aliis, qui sic sentiunt (ut ipse confitetur) eas decipulas debent timere, esse scilicet Christum in terris personaliter, sicut in dextera patris sedet, quod hi Christum dividunt, & contra præceptum hic monstrant. Quare ipsi abducunt fideles à sensu spiritalis ipsius & sacramentalis existentiæ & sumptionis. Absque illo præcipuo spiritali Christo, nemo potest salvus fieri.

Quæstio. Sed petimus quo facilius cognoscamus auxilium ad cognitionem veri & erroris, quod etiam doctor Augustinus permittat sibi quæstionem vnam, aut duas facere circa sacramentum corporis & sanguinis Christi. Et hoc eandem quæstionem, ubi ex nobis quærit, dicens: Est ne ibi idem Christus, quem sub sacramento panis & vini esse simul nobiscum dicunt, sicut sentit & permittit, vel est distinctus ab illo qui sedet ad dexteram patris? Interrogetur etiam illud cum illa quæstione: Si est idem Christus, verus deus & homo secundum eius opinionem substantialiter, & naturaliter in sacramento, & in fidelibus sacerdotibus, vel aliis hominibus qui sumunt sacramentum & eundem Christum in sacramento: vel sit divisus ab illo Christo hic in sacramento & in cœlis? Si est idem: quare illum non ve-

non venerantur & adorant vnum & eundem dominum Christum in homine, sicut in sacramento,& ad dexteram dei? Et certe deberent hoc facere ex præcepto fidei plus, quia digniore modo est in homine,quam in sacramento : quia propter hoc est in sacramento ad tempus , vt eum homines sumant cum reverentia , non solum ad tempus,sed in perpetuum,sicut potest dici & confirmari ex verbis Christi,vbi dicit: *Qui manducat hunc panem , vivet in aternum.* Si est divisus, dicat sibi soli , tantumque aliis : & sicut alios iudicat ,se iudicet, Hic opus erit ostendere fide in Christum dominum. Et ubi tenet & memorat de transmutatione panis & vini in corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi , sinat ut interrogetur,an in totam personam domini nostri Iesu Christi panis & vinum trasmutetur , vel si non in totum Christum. Si dicit in totum, hoc est,in corpus, animam , & divinitatem : hoc est impossibile & incredibile à tota re, quia iam transiret & transmutaret se creatura in suum creatorem,spiritalis persona in spiritum dei incomprehensibilem & omnipotentem: & sic vlterius quod est contra fidem salutis, & nullum ingenium sanum ausum fuit ad hoc cogitare , nisi ille homo præsumat se in hoc experiri. O multum adhuc abest si vis cogitare , quia neque in anima, neque in spiritu est aliquid creatum dignum domino nostro Iesu Christo : quare impossibile est de hac transmutatione cogitare , quia natura terrena & corporalis , & quicunque spiritus sunt incomprehensibiliter , & sicut sine fine à se differentes : quia spiritus carnem & ossa non habet,

Quæstio.

habet,quia iam naturam ſuam clarificatam perderet: præterea neque in ſpiritum non creatum à deo,quod eſt horribile cogitare. Tunc iam in fine oportet in hoc conſentire & dicere , quod in ſolam carnem & ſolum ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti ſine anima & divinitate, mutabitur.Et ſi hoc eſt verum , non in totum Chriſtum tranſibunt ſubſtantiæ panis & vini , & hoc non fiet: quia non erit ibi deus,ſed neque homo verus: & qualiter hoc debeat accipi , neque ex fide,neque ex aliqua ratione. Sed eſt certum & verum,quod neque in ſolum corpus panis ſe tranſmutat : neque in ſolum ſanguinem vinum.Quod ſi ita eſſet,ponentes ſecundum rationem illam , iam non fit totus Chriſtus ſub priori ſubſtantia , ſed ſolum in corpus,ſicut ponit, tranſmutatur panis, & in ſolum ſanguinem vinum : quia ſic corpus eſſet ſine naturali ſanguine:& ſanguis ſine corpore:& aqua quam mittunt ſimul in calicem , in quid illa tranſmutatur? forte ita manet , & tota illa cogitatio eſt impoſſibilis,quia verum corpus domini Ieſu ſemel formatum eſt per ſpiritum ſanctum in utero virginis ex puro illius ſanguine,& non ab alio : ſed ibi fieret ab alio,ubi nunquam fuit in utero virginis,neque ex ea natum. Sed huc redibit , quod hodie eſt aliquid corpus domini quod heri non fuit , & cras ſimiliter erit quod hodie non eſt. Sed credimus, quis non credere ſolum , ſed etiam cogitare præſumpſit?Forte dices , quod illæ res ſe coniungent. Hoc aliud novum , non ex corpore natum ſimul cum illo corpore ex virgine,nec cum anima & divinitate. Hæ res non ſunt auditæ à Prophetis Dei , nec Apoſtolis:

quia

quia aliam novam rem faceret Iesus super terram,& adhuc maiora quam incarnationem verbi æterni,& mutua coniunctio cum anima in toto esse,& hoc & illa corpora multiplicata ad aliquot mille loca una anima semel creata uniat,& vivificet,& unificet,ea corpora in simul.Hæres & multæ aliæ inde venerunt, quando excogitaverunt eiusmodi substantialem transformationem. Ille Doctor quando hæc tenet , debitor erit expositionis secundum rationem fidei. Et amplius: Hoc corpus domini nostri Iesu Christi ex substantia panis consecrati factum , erit vel mortale,vel glorificatum? Fortasse dicet glorificatum , & quod sedet ad dexteram patris. Sed hoc non convenit, ut illud ad dexteram patris sit quod verbis exprimitur , benedicitur & consecratur secundum sensum verborum: quia quod his verbis fit , est mortale, & mutatur,quando dicitur: *Hoc est corpus meum , quod pro vobis tradetur : & hic est sanguis meus , qui pro multis effundetur.* Quod si hoc erit , Christus adhuc morietur, & sanguis adhuc effundetur. Vide quid ad hanc transmutationem cogitarint, vel abstractio substantiæ ex accidentibus , quia oportebit alia verba excogitare transfigurantes : si fient alia verba, cum his nihil facient , & hoc non aliter expedient. Et ex hoc magis , magisque crescit. Si Apostoli hunc sensum, & hanc fidem habuerunt , & continuarent partes de hoc sacramento usque in magnam sextam feriam , vel amplius, huc res caderet , esset simul in corpore uno vivus & mortuus: vivus in sacramento reservato, sed in cruce nona hora & postea in sepulchro mortuus,

Transsubstantiatio.

Inconveniens

tuus,& in die resurrectionis simul glorificatus & mortalis,glorificatus prodiens ex sepulchro.Et ex hoc amplius sequitur, quod simul erit vivus & non vivus,mortuus & non mortuus, mortalis & non mortalis, glorificatus & non glorificatus. Et hoc neque deus ex sua omnipotentia tota faciet, neque est possibile,neque conveniens. Et quia semel cœpimus: hæc vestra transmutatio quando fiet,in principio verborum,vel in fine?ambo sunt impertinentia. In principio non fit, quia sine expressione formæ verborum non fit transmutatio: sed tunc cum vltimum verbum finitur, sinat ut interrogetur,& non taceat, sicut & cætera. Quid mandavit Christus dominus accipere & manducare,dicens: *Accipite & comedite,hoc est corpus meum.* & super quid monstravit cum hoc verbo quod nominatur latine, hoc? Si super corpus Christi? Non,quia adhuc non fuit ante expressionem verborum & super panem etiam non monstravit secundum opinionem vestrã, quia contradiceretis temere: sunt hic fere omnes novi doctores,nesciunt quo se vertant, vbi se movent est angustum, Si dixerint,super panem monstravit, & hunc fecit accipere & comedere, hoc negatis, & tamen corpus domini non fuit: manserunt in hoc quod dominus Iesus super nihil monstravit tum his verbis: *Hoc est corpus meum: &: Hic est sanguis meus.* Et plura hic ponunt,quod hic nihil frãgitur,nihil videtur,nihil auditur,nihil oletur in suavis, quamvis sensus & olfactus hominum videtur eis quod hoc totum olfaciunt, & hoc dicunt de interiori homine, certe apud eos nihil est eorum. Hæc est fides Christiana,sic magis & magis hærent secundum verba salvatoris, quibus sacerdotes transmutant,

Hoc.

tant,panem & vinum. Vtrum autem ſacerdotes recte dicant,hoc eſt formaliter, vel ſi ſolum poſt Chriſtum iterum illa verba dicant, hoc eſt materialiter,& ſi non formaliter dicũt, ſed materialiter,cum hoc non transfigurabunt ſecundum ſenſum omnium veſtrum : & ſic profecto nullus vivens ſacerdos debito modo poteſt loqui ſicut Chriſtus : quia iam non eſſet corpus Chriſti,ſed ſacerdotis,quando eiſdem verbis diceret: *Hoc eſt corpus meum.* Hæ quæſtiones ſunt veſtræ,& ex veſtris alveariibus fere omnes, & aliæ multæ, & interdum cum reſponſione non ſatis pingui,& ſunt contra manifeſtam fidem Euangelij eiuſmodi ſenſus. Verum ille Doctor hæc omnia explicet ſecundum rectum ſenſum fidei & rationis, & firmum fundamentum monſtret,& non ex opinione quando eam fœde induit. Suis quæſtionibus reſpondimus, quod illud teſtamentum in ſe recipiat penes unum ſacramentum corporis & ſanguinis domini,& nobis nõ imponat errorem quem ipſi vobis feciſtis. Nos tenemus lucem ſancti Euangelii,ſuper quod firme poſſumus ſalutem ponere. Certe dominus Ieſus nos non decipiet,qui dixit verum,firmum, & firmius quam cœlum & terra. Nunc non cogitamus de his plura dicere : quia ſatis de hoc ſcripſimus in literis illis, quas publice ad omnes dedimus.

Et ſancto Petro dixerunt adſtantes: *Vere & tu ex illis es,nam & loquela tua te manifeſtum facit.* poſſet huic Doctori ſecundum ſcripturam ſuam idé dici,quod eſt ſpiritu ſimilis illis, qui dominum adiurarunt, & dixerunt : *Adiuro te per deum vivum,ut dicas nobis,ſi tu es Chriſtus filius dei?* Cũque

respondisset,dexerunt : *Quid adhuc egemus testibus?ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur ?* omnes condemnarunt eum, quia reus est mortis. Ad horum similitudinem ducimus illum doctorem Augustinum. Meruimus ne illo quod deduximus , quia hæc est vera fides Christi, à Christo domino suis verbis expressa, à primitiva ecclesia ita obseruara & custodita ? Est tamen hæc impudens res & iniqua, dare sententiam prius , quam facere hominem reum. Vetus lex neminem iudicat,nisi postquam auditum est crimẽ. Et in nova lege est gratia & iustitia. Dominus Iesus,qui non venit damnare,sed saluare , prohibuit iudicare,& præcipue damnare. Igitur cum qua lege, amice Augustine , cum quo dei verbo nos iuste accusasti? Sed tu male & inique nostram scripturam recepisti, & falsum testimonium in nos dixisti pro iusto testimonio regiæ maiestati. Nunc ipse fers sententiam quid mereamur , & sic accusas, testificaris , & iudicas : falsè testificans concludis quod aspernamur venerari Christum vbi ad dexteram dei cœli debet adorari ex præceptis suis , sicut amplius est de hoc superius dictum. Ex quibus rebus iam intelligimus: Habeat fidelis homo quodcumque iustum contra eos, nulla re contra Romanam ecclesiam aliquid deducet. Huius habemus exemplum sub communione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sub utraque specie, quemadmodum est fida & recta iustitia secundum præceptum dei,per Apostolos obseruata, per antiquos doctores testificata: super quam multi novi doctores confitentur, & etiam moderni concedunt, & in Concilio Basilienſi assenserunt. Sed sub

Romana ecclesia.

Concilium Basiliense.

unius spe-

unius speciei ministratione nondum statutum est: sicut non diu libelli Pragæ impressi probabiliter ostendunt. Et tamen nulla via ad eam æquitatem consentiunt, ut idem facerent, & Bohemos non haberent hæreticos. Et quare hoc? quia oporteret eos audire sibi obiici, quod ipsi errant & errarunt. Sed hoc nulla via facient, sed potius multa, magnaque homicidia perpetrarent, & multum innocentem sanguinem (si hoc Deus permitteret) effunderent. Sic etiam symoniaci: est ne hæc prima & maxima hæresis, in qua in spiritalibus fere omnibus quæstuantur, habentes contra hoc magnas prohibitiones & seueras punitiones? Quid ipsi hoc curant, si aliquis prohiberet, qui super hanc ecclesiam horrendum hoc peccatum symoniacæ pravitatis, in qua sine fine de die in diem scandalizant, induxerunt? Et illi sacerdotes concubinarii & publicani, quod ipsi ex officio deponi debent, cum apud eorum missas est prohibitum, ne quis eas audiat. Et multæ ejusmodi res sunt manifestæ, quod super eos cõvincitur, quod multum errant: tamen nulla via peccatum confitentur, & pœnitẽtiam agunt. Et quando Ziscka cum tribulis suis non trituraſſet ex Bohœmis & Moravis, communio sub utraque specie non habuisset locum in hodiernam diem. Super quod nos qui non habemus opinionem ut potestari mundi respondeamus, sed sola patientia stare, & paupere nostra cõfessione testificari, certe apud eos non justificabimur. Quod neque expectamus quod vellemur triumphare: solum autem ut manifestum malum vitaremus, & manifestam æquitatem deprehenderemus, & inde ad beatitudinem peruenire mus in *Behemi.*

amore hic, & in futura vita æterna gloria. Ad quam nos perducat vnus Deus, in essentia diuinitatis, & in personis trinus, pater, & filius, & spiritus sanctus semper benedictus cum omnibus veritatem diligentibus, & legem suam. Amen,

Bohemorum tractatus.

Quicunque autem desiderat ulteriorẽ instructionem secundum sanum intellectum sacræ scripturæ de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, multum conduceret ad hoc, si legeret tractatum quem ante tempora scripserunt veteres Bohœmi, in spe dei, fundamento boni & sancti viri, contra suos aduersarios: & hoc invincibilibus testimoniis legis dei, qui sic incipit: *Ad honorem in æquitate ad sacramentum corporis domini nostri Iesu Christi.* Quia Bohœmis eorum aduersarij non potuerunt resistere testimoniis, & rationibus, & sacra scriptura: concitarunt contra eos potestatem mundi, sic quod aliqui fame perierunt ex mandato Regis Georgii, super quem multa mala venerunt & in filios, & in omne suum regnum ex permissione dei super veram vindictam innocentis sanguinis. Sed ipsi propter iustitiam posuerunt corpora sua cum patientia confirmantes se, & triumphatores, & secutores Christi & suorum facti sunt, meritum & coronam à domino impetrarunt. Vnde facile intelligitur, quod semper viciniores sunt æquitati fidei, & eius angustæ viæ, quæ perducit ad vitam, qui propter æquitatem patiuntur, quam qui propter eam penes opinionem propriam alios perturbant. Sed nunc quod antiquo tempore Bohœmi distruxerunt, hoc moderni iterum repente ædificant: sicut imagines, arcas magno pretio, organaque, & alia ecclesiastica

siastica superflua ad felicitatem , & sub huiusmodi populus se non conformat per virtutes, sed peccata & iniquitates crescunt. Quando eiusmodi res vellent respicere, miserererentur nostrũ, & darent nobis inter eos. Etiam hoc necessario , sicut alibi, sic ibi notum facimus, quamvis primo Deus hoc notum fecit nobis ex misericordia sua, quod cognoseremus seductionem Romanæ ecclesiæ à communi salute: & quod non eadem est quam se dicit, tamen etiam multum auxiliati sunt, & præcipue aliqui de melioribus, quid ipsi de ea tenuerunt & senserunt , & suis scriptis post se reliquerunt. Propterea debet nullus prudens nobis imputare, quasi soli eas res ex nobis cogitavimus: sed paratas ab ipsismet monstratas omnibus in communi, & etiam nobis. Et sinite, nos breviter hos memorare vnum vel duos. Primus. Bernardus sic dicit : *Væ generationi huic à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis : si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam præabundantia latere nõ valet, & præimpudētia non quærit serpit hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiæ , & quo latius, eo desperatius, eoque periculosius quo interius. Nã si insurgeret apertus inimicus. hæreticus mitteretur foras, & arescet: si violētus inimicus, abscõderet se forsitan ab eo. Nunc vero quem eiiciet, aut à quo abscondet se ? Omnes amici & omnes inimici, omnes necessarii & omnes aduersarii, omnes domestici & nulli pacifici, omnes proximi, & omnes quæ sua sunt, quærentes, ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo , honorati incedunt de bonis Domini, cum honorem domino non deferant. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor histrionicus habitus , regius apparatus: Inde aurum in frenis, in sellis, & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent: Inde* Bernardus.

splendidæ mensæ & cibis, & scyphis. Inde comessationes & ebrietates, Inde cithara, & lyra, & tibia. Inde redundantia tercularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marsupia. Pro huiusmodi volunt esse & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim hæ merito cedunt, sed negotio illi quod perambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest: ita inualuerunt, ita multiplicati sunt super numerum. Intestina est, insanabilis est plaga Ecclesiæ & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, & non est pax. Pax à Paganis, & pax ab hæreticis, sed non profecto à filiis. Vox plãgenti, in tempore isto: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me, spreuerunt & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commertio: à negotio denique perambulante in tenebris. Superest ut iam de medio fiat dæmonium meridianum ad seducendos, si qui in Christo residui sunt adhuc permanentes in simplicitate sua, siquidem absorbuit fluvios sapientum & torrentes potentium, & habet fiduciam ut Iordanis influat in os, id est, simplices & humiles qui sunt in ecclesia. Item in vicesimo tertio eius sermone ita dicit: *Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas possident, tam iniqua gerunt, ut stipendiis quæ sufficere debebant, minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent, impie sacrilegeque sibi retineant, & in usus suæ superbiæ atque luxuriæ victũ pauperum cõsumere nõ verentur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt,*

sacris

ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur: ideoque tenuit eos ſuperbia ne humilientur , ſed dominentur propter ſuperbiam cum ſuperbo diabolo & angelis eius. Hæc dicit Bernardus ſuper Cantica.

Adhuc de illo Franciſcus Petrracha in epiſtolis ſine titulo , dilecto amico ſuo ita ſcribit : *Et quid adhuc hæres, annon hæres : ſed teneris & obluctans raperis, hoc potius reor , malo vim quam ſocordiam opinari. Non eſt tuum torpor, ardens ingenium , mens ignea, generoſus impetus. Sed quid hæc ? ſi fortius impedimentum eſt, quam virtus , magna etiam vis hebet, oppoſita vi maiore, neceſſitati omnia ſuccumbunt. Illa te Babylon traxit , illa te detinet : durum , ſed ferendum. Loci natura eſt , omne bonum ibi perditur, ſed primum omnium libertas , mox ex ordine quies, gaudium, ſpes, fides, charitas, animæ iacturæ ingentes : ſed in regno auaritiæ nihil damno adſcribitur, modo pecunia ſalva ſit. Futuræ ibi vitæ ſpes , inanis quædã fabula , & quæ de inferis narrantur fabuloſa omnia: reſurrectio carnis, & mundi finis, & Chriſtus ad iudicium venturus, inter nenias habent : veritas ibi dementia eſt, abſtinentia vero ruſticitas , pudicitia probrum, ingens denique peccandi licentia, magnanimitas & libertas eximia, & quo pollutior , eo clarior vita , quo plus ſcelerum, eo plus gloriæ : bonum nomen cœno vilius , atque vltima mercium fama eſt. Habes quantum in tam paucis licuit , illius ſacræ Vrbis expreſſum ſtatum, quem non magis in his literis hodie, quàm in illorum frõtibus hominum quotidie perlegis , quorum vitam nullus ſtilus, nullum æquet ingenium. Cæterum omniũ primum (vt dixi) ibi libertatis iactura eſt. Quiſquis limen illud introijt, confeſtim ſuus deſiit eſſe, iam nec quieſcere, nec abire permittitur, ſed rotatur , & inefficaci labore conſumendus atteritur. Paucos inde diuina clemen-*

Franciſcus Patrarcha.

tia eripit à lege, ut Hierusalem diligant, atque oderint Babylonem. Hæc mihi de te spes reliqua est, alioqui tuis de rebus actum crederem, tam tenaci profundoque limo te demersum & infixum video: interim non voluntati aut iudicio, sed necessitati imputo ac fortunæ, quod tam diu ibi sis, & moras quas vehementer odi, libenter excuso: quod si qua fortassis in profectione culpa fuit, in mora ipsa utique iam non culpa ipsa, sed supplicium & purgatio culpæ est. Sed quoniam multi multa sæpe in carcere didicerunt, quid & te vetat in vinculis discere, aliquid quo perpetuo sis doctior? Quædam nullo modo melius quam cõtrario discuntur, ideoque qui Mathematicas artes docẽt, si quando parum veri capax mens discipuli visa erit, solent falsa proponere: quæ dum refugit animus, ad veriora confugiat. Tu quoque solitus & religioni & honestati semper operam dare, quarum altera ad illius aspectum erigit optantem animam, de quo ait Psalmista: Quærite faciem eius semper: Alterius ea facies est, quæ si oculis cerneretur (ut ait Plato) miris animum amoribus inflammaret: neque tamen minus amanda est quod animo cernitur. Si quid tibi nunc etiam ad utriusque notitiæ summam deesse putas, omne studium in adversa reflectito. Arrige aures, fige oculos, intende animum, pulchritudinem noscere? cerne quanta est hostium eius obscœnitas. Non sunt autem longe quærendi, qui Babylonem habitant, omnis vicus his vermibus scatet. Vis formam ac decus honestatis agnoscere: contemplare quanta est fœditas vitiorum, quorum omnium exemplar in oculis tibi quocunque respexeris videbis, cuius odio simul Dei ac virtutis amantior fieri queas. Tu autem gaude saltem contrario magistro virtutum, gaude (inquam) & ad aliquid utilis inventa gloriare. Bonorum hostis & malorum hospes atque asylum pessima rerum Babylon feris Rhodani ripis imposita. Famosa dicam an in-

an infamis meretrix fornicata cum Regibus terræ, illa quidem ipsa es, quam in spiritu sacer vidit Euangelista: illa eadem (inquam) es, nõ alia, sedens super aquas multas: sive ad literam tribus cincta fluminibus, sive rerũ atq; divitiarum turba mortaliũ, quibus lasciviẽs ac secura insides, opum immemor æternarũ: sive (ut idem qui vidit, exposuit) populi, & gentes, & linguæ, quæ sunt super quas meretrix sedes: recognosce habitũ mulier circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculũ aureum in manu sua plenum abominatione & immũditia fornicationis eius. Noscis ne teipsam Babylon? nisi illud forsan errorem facit, quod in illius fronte scriptũ erat, Babylon magna. Tu vero Babylon parva es, parua utique murorum ambitu, sed vitijs & ambitu animorum, & infinita cupidinine cumuloq; malorũ omnium non magna modo, sed maxima, sed immensa es. Et certe quod sequitur, tibi uni convevit, non alij. Babylon mater fornicationum & abominationum terræ, mater impia partuum pessimorum. Quando quicquid usquam terrarum abominabile, quicquid fornicationum, ex te prodit, & cum semper paries, semper tumens, & talium plenus & gravidus tuus uterus est. Si nunc quoq; dissimulas, audi reliqua. Et vidi (inquit) mulierem ebriã de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Quid sies? Aut aliã hoc sanguine ebriam ostende, aut omnino si potes te hanc ebriam nega. Vera enim Euangelistæ & Apostoli visio sit, oportet, qui si te in spiritu videns miratus est admiratione magna, quanta nos admiratione perfundimur, qui aperte oculis te videmus, ex omnibus quidẽ fornicationibus tuis, de quibus biberunt omnes Gentes, & Reges terræ, & ex omnibus abominationibus, quid expectas? nisi quod Iohannes idem ait: Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio

dæmoniorum. nota sunt quis sequuntur. Vere iam talis facta es : quanto enim homo perditus & desperatæ nequitiæ dæmone melior. Vere habitatio , immo regnum Dæmonum facta es : qui suis artibus, humana licet effigie , in te regnat. Tu vero amice cum eodem Apostolo audi vocem aliam de cœlo dicentem: Exite de illa populemeus , & ne participes sitis delictorum eius , & de plagis eius non accipiatis : quia pervenerunt peccata eius usque ad cœlum , & recordatus est dominus iniquitatum eius. Quantum glorificavit se , & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum : quia in corde suo dicit: Sedeo regina, vidua non sum , & luctum non videbo : ideo in una die venient plagæ eius, & mors, & luctus , & fames, & igni comburetur , quia fortis est Deus qui iudicabit illam. Hæc & quæ Apostolus illic habet , audi omnia, audi & fuge, si qua viaest ; ne innocentiam tuam ruinæ nocentium, & Babylonicæ premant iniquitates , quarum non modus, non numerus , non mensura , non æstimatio demum est. Taceo hæreditatem Symonis, & cætera. Qui plura scire volet, legat epistolam vsque ad finem. dicit rursus in alia epistola : *Si quicquid animus meus fert de huius occidui Babylonis statu, cuius fato seu verius peccato inuitus toties civis fio , velim stilo committere: verear pater, ne & dolorem meum lamentis exaggerem, & sanctissimas curas tuas, occupationesque pulcherrimas intempestiuis & immutabilibus querimonijs interpellem. In summa scito , non modo hunc , sed nec Ciceronianum quidem calamum rebus parem. Quicquid de Assyria , vel AEgyptia Babylone, quicquid de quatuor labyrinthis , quicquid denique de Auerni limine, deq; Tartareis sylvis sulphereisq; paludibus legisti; huic Tartaro admotum, fabula est. Hic turrificus simul atque terrificus Nemroth, hic pharetrata Semira-*

mis,

mis, hic inexorabilis Minos: hic Radamanthus, hic Cerberus universa cōsumens, hic tauro supposita Phasiphaæ, mixtumque genus, quod Maro ait, prolesque bifurmis Minos taurus inest, Veneris monimēta nefandæ. Hic postremo quicquid confusum, quicquid atrū, quicquid horribile usquam est aut fingitur, aspectas. O semper virtutibus tuis felix, nunc absentia etiam felicior tua. Putasne civitatem hanc esse quam vidisti? longe alia est, longe que dissimilis: fuit equidem omnium pessima, eaque tempestate fœdissima. Hæc vero iam non civitas, sed laruarum & lemurū domus: & (ut breuiter dicam) scelerum atq; dedecorum omnium sentina, atq; ille viventium infernus tanto ante Dauidico ore notatus, quam fundatus & cognitus.

In illa & aliis eius epistolis ad illum sensum plura scribit, & illi libri sunt vulgati in omnibus terris. Finis. sexta feria Ephipanie, Anno domini

MDVIII.

APOLOGIA VERÆ DOCTRINÆ, EORUM qui vulgo appellantur

WALDENSES vel PICARDI, qui retinuerunt IOHANNIS HVS doctrinam, cum S. Scriptura consentientem,

Oblata D. GEORGIO MARCHIONI BRANDEBVR. Anno M.DXXXII, multis in locis aucta & recognita Anno M.DXXXVIII.

Ex Bohemico exemplari translata in linguam Latinam, per BVRIGENVM Doctorem de Kornis &c.

Ps. LXIX.

Alienus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.

Ioh. XV.

Odio me habuerunt gratis.

OECONOMIA LOCORVM PRÆCIPVORUM qui in hoc Libro continentur.

* *Hæc Ioannes Eusebius scripsit Vitebergæ.*

HIC LIBER HAbet quinque tractatus. Primus est de Origine eorum qui vulgo Waldenses vel Picardi appellantur, Hoc est, Quo cõsilio mordicus retinuerint puriorem & synceriorem Euangelij doctrinam. Et quia omnia in hac vita ex eventu iudicari soleant, operæ pretium facturus est lector veræ pietatis studiosus, si expenderit quanto zelo atq; amore desudaverint in retinenda & illustrãda Euãgelij Beati dei gloria. Rursum quanta crudelitate & tyrannide, cum eis tentaverit & egerit omnia, Bestia Romana & Romanensis Antichristus, qui hic vere audit quod est, *Nempe qui gerat bellum adversus sanctos, ut ait Daniel. Qui loquatur sermones contra excelsum.* Et qui existi-

Partes huius libri.

Primæ partis argumentum

existimat quod possit *mutare tempora & leges*, in quo etiam cum prævalitur̃ esse dict̃ est, *donec venturus sit antiquus dierum, qui iudicabit pro sanctis*. Nã *Rochezanã* hominẽ alicuius rei a veritate avertit, ut mutatus pugnaverit pro bestia, Tã potẽtes sunt Sathanæ artes ad fallendũ, solo hoc titulo & specie liberali, Quod Ecclesia cũ minime possit errare, Habeat ius mutandi consilia & ordinationes Dei pro sua libidine.

Quasi vero nõ dictum sit pijs, Si angelus de cœlo aliud doceret Euangelium, eũ oportere esse Anathema. Hac cœlesti sentẽtia confirmati, maluerũt Waldenses ab hominib. excõmunicari & dira omnia perferre, quam cum offensione conscientiæ abijcere Euangelij doctrinã & iudicia adversariorũ cum manifesto scelere comprobare.

Atq; hinc factum est, ut Coacti sint separare se à tota Ecclesia Papistica sive mavis Antichristi.

Secundæ partis summa.

Secundus Tractatus, Complectitur modũ quẽ ipsi sequũtur in docẽda Ecclesia

cleſia, Atq; hic obſervabit lector mirabilē quēdā conſenſum exitiſſe in illis anguſtiis locorū, Adeo ut idē ſemper ſenſerint & loquuti ſint omnes, id quod fieri ſine præſentia divini numinis, & ſine ſpiritu ſancto neutiquā potuit. Atq; hoc eſt quod credimus Eccleſiā Catholicā. Neceſſe eſt, n. exiſtere Eccleſiam, quæ verbo dei alatur, etiā ſi videatur funditus perire, Nam in Bohemia māſit Eccleſia, & exerit ſe iā mirifice, etiāſi Hęreticorū titulo, annis plus minus cētū & viginti fuerit horribiliter à Romanenſib. deformata. Adeo ut nō multo ante hæc tēpora, Sūmi probri, Sūmæq; ignominiæ eſſet Bohemi appellatio. Neq; dubito quin Deus Opt. Maximus, conſervaverit puritatē doctrinæ propter Eccleſiæ iſtius cōcordiā, Sic. n. promittit Pſalm°. 132 fore ut cōcordiæ ſit benedicturus Deus, *Et Baſilius ait, Siniſtram non tam opus habere auxilio dextræ, quam habeat opus Eccleſia, concordia doctorum in Eccleſia.* Proinde hic Articuli precipui doctori

doctrinę Christianę hoc ordine recenſentur.

1 De Veritate & firmitudine ſcripturæ ſanctæ
2 De trinitate.
3 De Lapſu Adæ & peccato originali.
4 De Iuſtificatione & promiſſionibus.
5 De Chriſti beneficijs quæ cõfert verè credentibus.
6 De Officio S. Sancti & nova obedientia.
7 De Eccleſia, quomodo nata ſit & conſervetur.
8 De Pœnitentia.
9 De Euangelio, quomode oporteat erigere afflictas mentes
10 De Bonis operib. quod ſint fidei exercitia & quod fieri debeant ad illuſtrandã gloriam Dei.
11 De Victoria mundi, carnis & diaboli.
12 Quare Deo placeat nova obedientia

dientia in agentib. penitentiam.

13 De Duplici peccato, Veniali & mortali.

14 De Gratia Christi, quod præcedat & consequatur usque ad finem vitæ credentes.

Tertius comprehendit exercitia Ecclesiastica, Primo incipentium, deinde profitientium, postremo perfectorum, Sunt n. & in pietate quidam gradus, sicut & in aliis disciplinis, quēadmodum Paulus ait, *Qui ministrant altari bonum gradum sibi ipsis acquirunt ad salutem*. Porro non sentiunt hominem posse venire ad perfectam impletionem legis divinæ nisi imputative, Sed hoc agunt ut sint certi ordines exercitiorum fidei in Ecclesia, sicut vetus Ecclesia, habuit Catechumenos, diaconos, presbyteros & confessores laicos, videlicet ut verbum Dei recte secetur, Rudib. doceatur Lex, perterrefactis autem & afflictis Euangelium. Tertiæ partis contentum.

Quartus Tractatus docet verum usum Euangelii & Sacramentorum, Et Quartæ partis summaria.

quia boni illi homines venerant in ſuſpitionem quaſi male ſentirent & loquerentur de cœna Domini & Baptiſmo, dederunt in hoc libello operã, ut hanc ſuſpitionem à ſe amoverent, Sẽtiunt, n. in cœna eſſe & ſumi verum corpus Domini, & bibi verum ſanguinem Chriſti, prout verba ſonant. Rebaptiſationem etiam mutaverunt in ſuis Eccleſijs admoniti per cœleſtem Euangelij lucem, quæ poſtremis his temporibus Dei beneficentia & liberalitate magno ſuo & aliorum bono iterum illuxit, Et ſunt agendæ gratiæ Deo pro tam ingenti beneficio, quod ſpiritus phanatici ſubinde aperiuntur & illuſtratur Euangelij puritas atque gloria.

Hoc loco etiam docetur de officio Miniſtrorum in Eccleſia, de eorum Electione, & qualiter ſe gerere debeant, ne per eos blaſphemetur nomen Domini inter gentes. Sunt, n. ſpeculatores & œconomi in Eccleſia, quæ eſt magna domus Domini Ieſu & corpus

corpus eius, quod peperit suo sanguine.

Quintus & ultimus Tractatus docet de Ceremonijs seu ritibus Ecclesiasticis, sive de Traditionibus humanis, quatenus sine offendiculo conscientiæ observari debeant. Quintæ partis tractatus.

Habet autem hæc Capita.

1 De Dierum ac temporum delectu.
2 De Ieiunijs.
3 De Ceremonijs circa Baptismũ.
4 De Ceremonijs circa Eucharistiam.
5 De Potestate Ecclesiastica.
6 De Obedientia & observantia erga magistratum politicum.

PRÆFATIO.

POSTEA QVAM TERtio iam impressus est huiusce doctrinæ nostrę Euangelicæ, quam in Ecclesia nostra, favore Dei Optimi maximi promovemus, libellus, quem ad illustrissimum Ducem ac Dominum, Dominum Georgium Marchionem Brandeburgensem etc. sub annum Domini 1532. ad vota generosissimi Baronis, Domini Conradi Kragerij ab Kraijeck, novæ Boleslaviæ in Bohemia Domini, & in fide IESV CHRISTI fratris & Domini nobis gratiosissimi, scripsimus, Non inutile fore existimavimus, si uniuscuiusque impressionis & æditionis (quandoquidem variarent) redderemus rationem, Res sic habet.

Quãdo hæc Apologia scripta sit.

Tiguri primum impressus est, Verum id præter omne nostrum votum accidit. Nam interpres is noster, libellum hunc (cui è vulgari nostro, in germani

De varijs huius libelli editionibus.

manicum traducendum dedimus) ideomatis noſtri non admodum peritus, in plæriſque locis, non eſt aſſecutus plene mẽtem noſtram, In quibuſdam autem liberioribus, quam par erat, verbis luſit, In nonnullis vero etiam ſtudio, *è cerebro ſuo admiſcuit quædam, ac potiſſimum de Cœna Domini*, quæ nos expungenda decreveramus. Interim ille duobus tribuſue è noſtris, offert traductum ab ſe libellum, in Germanicum ideoma, cuius plane noſtri illi nihil noverant. De Tigurina

Et quia forte fortuna aderant quidam è Germania (non tamẽ ex noſtris erant) probant libelli traductionem, ac tandem à noſtris illis, nullo negotio obtinent, ut abduci in Germaniam, germanicum libellum paterentur, Quem cum extuliſſent, è veſtigio ad ſuos, hoc eſt Heluetios reverſi, Tigurinis prælis excudendum tradunt, Quod cum intelleximus, non parum ægre tulimus, & à noſtris tam parum provide aſſerva-

tum libellum, & ab iſtis tam temere typis excuſum eſſe. Igitur cito pede mittimus nuntium, ad intercipiendum præfatum libellum, vel etiam à prelis redimendum, ac iugulandum. Verum conatus noſter fruſtratus eſt, priuſquam enim medium itineris nuncius is noſter ſuperaſſet, Norinbergæ iam venum iri libellum deprehendit, redimit tamen non parvo noſtro damno, Sed quid faceret? quando quidem maior pars eorum diſperſa iam eſſet per Germaniam.

De editione Wirebergen. § Anno 1533

Huic malo ut occurreremus, quam primum maturavimus, aliam libelli æditionem, ut aliquanto caſtigatior prodiret, Verum neque illic interpres is noſter, ut debuit ac par fuit, integram ſervavit fidem. *non enim temperare ſibi potuit, quo minus aliquid ſuorum aſpergeret*, quædam etiam tranſiliret. Vtcunque imprimitur denuo Vittembergæ Domini Martini Lutheri operæ

Anno

Anno 1533. cui etiam amicam & commendatitiam præfixit Epistolam. Quem quidem libellum ad Illustrissimum Dominum Marchionem Georgium misimus. Itaque teritur manibus multorum uterque libellus, cum prior ille Tigurinus, tum Vittembergensis ille posterior. Quoniam autem variabat prior à posteriore, factum est, ut Augustæ Vindelicorum Ecclesiastæ mitterent ad nos eruditissimas, & charitatis Christianæ plenas suas literas, Dominus Volfgangus, suo & aliorum omnium symmistarum suorum, illic CHRISTVM annunciatium, nomine, ut, uter esset noster? Tigurinus an ille Vittembergesis, certiores illos reddamus. Probari enim sibi unice, & alijs multis aiunt libellum. Verum hoc illos suspensos reddere, quod varia esset huius facies. Quodque Tigurini suarum esse partium dicerent libellum. Vittembergensesque vicissim suarum-

Concionatores Augustani de hac variatione scribunt ad Fratres Bohemos.

rum. Quibus respondimus, *quod agnosceremus Vittembergensem.*

Responsio fratrum Bohemorum

Petentibus proinde illis Augustanis fratribus, ut verum & integrum exemplar nostrum illis mitteremus, magno Ecclesiarum suarum usui id futurum testati, id nos facturos quamprimum, per occupationes nostras nobis liceret, recepe-ramus. Quo factum est, Vt iam hinc, vel nobis invitis, tertiæ huius æditionis in latinum; fœlicioribus avibus versæ obtruderet se una & simplex ratio, tam ut Augustanis illis suavissimis fratribus nostris in CHRISTO, fidem nostram obnoxiam factam liberaremus, quam ut quæ per interpretem aut omissa, aut etiam mutilata & deflexa alio, quam mens nostra fuerit, castigaremus, nec non etiam resarciremus.

De tertia editione.

Non quod Vittembergensem, aut illam Tigurinam priorem æditionem non agnoscamus, Sed potius perficiamus,

mus, ac ubi retulerit aliquid clarius dici, lucem adaucto libello, addamus, quo evidentiora nostra (qui semper à multis de obscuritate styli insimulamur) fiant. Solent enim & aliorum scripta contractiora, non raro subobscura alicubi videri. Proinde resarcire ac perfectiorem reddere, aut lucem obscurioribus adferre, qui potuimus? Id enim si facere licuit, imo si debebamus, variare nonnihil & ab Vittembergensi illo oportuit, si tamen melius & clarius idem dicere, varium esse seu à sei pso dissidere est.

Non reiiciunt Tigurinã aut Witebergensium editionem priorem.

Accessit prætera ijs & alia, & quidem gravior tertiæ scilicet editionis ratio atque caussa, Nempe iterationis Baptismi per Ecclesias nostras, sub id tempus suborta quæstio, Num scilicet tempestivum sit, iam solitam rebaptisationis, totque rationibus iam introductam olim Ceremoniam præcidere, Quam maiores nostri, magnorum etiam viro-

Causa gravior tertiæ editionis.

rum in Ecclesia CHRISTI sententiam secuti, amplexi fuere, magnisque quoque itidem ipsimet ac iustis permoti rationibus, Quod quidem Witebergensis ille libellus in se continebat, Et quamquam maiores nostri nunquam id, fidei Articuli loco, aut pro non tangenda Ceremonia perpetuo haberent, non sunt tamen passi, neque nos ipsi, quibusuis levibus ex caussis, ac in gratiam alicuius, vel ob metum, tam serio & acceptam, & hactenus observatam Ceremoniam, sibi extorqueri.

Rebaptizationis Ceremoneis mutata.

Iam vero, vbi hoc fœliciſſimo renovatæ Ecclesiæ seculo, indiesque, ac semper magis sese renovante, accessit authoritas, probationesque nobis e sacris scripturis illuxere rationes, quod olim prophetico ferme spiritu, patres ac maiores nostri, fuere vaticinati, fore scilicet, vt & Ecclesia & verbum Euangelij tandem quoq; & Sacramenta omnia, Ecclesia-

Ecclesiasticaque ministeria repurgarentur, & in primæuam ac germanam dignitatem ac statum restituerentur, Quin & de hac ipsa rebaptisationis Ceremonia & necessitate datis iustis occasionibus & rationibus, olim tollenda, disertis verbis prædixere, Qui sumus nos, qui in hęc beata, totque seculis desiderata tempora divenimus, ut tam pervicaci & infracto animo clarioribus & probatioribus non cedamus, ac non potius obuijs quod aiunt, ulnis amplectamur & deosculemur? Nihil morari ronchos, scommata, ac dentes istorum, qui nos hoc nomine etiam, quoquo modo inuidiosius possunt, depingunt, traducunt, ac plus quam pueriles leuitatis, plusquam mulieb.is inconstantiæ passim insimulant. Siquidem maiores nostri, omnibus æditis libellis, & nos quoque semper, quin & in hoc ipso prius ædito libello testati sunt, &

nos quoque teſtamur, meliora ſem
Quenam ſit Laudabilis inconſtantia, per, noſtris ſubmiſſis ſequi, Iam pro batioribus cædere & in melius muta re ac proficere, ſeque ipſo ſemper me lior fieri, eruditiorque optimum ge nus inconſtantiæ eſt. Et quidem a pud omnes bonos laude digniſſimum ut in moribus ac vita, ita in doctrina potiſſimum. Quid multis? Variata a pud nos, & e medio ſublata, hac reba ptiſationis Ceremonia, quis non vide at, vel hac ſola ratione iuſte fuiſſe va riandum, in hoc præcipue Baptiſm Articulo, libellum.

Quod autem hactenus Auguſta nis etiam illis fratribus ſiluerimus, ir cauſa fuit, ut plura alia, ita obortum hoc apud nos, ſub id tempus rebapti ſationis tollendæ negotium.

Si quidem Eccleſiæ noſtræ itidem non niſi ſolidis Euangelicis victæ ra tionibus, nobis ceſſere, ac praxim hãc in manibus arbitrij noſtri depoſuere. Verum magnæ molis erat id efficere, & tam longi temporis conſuetudinẽ.

citra

citra tumultum tollere, Nõ parum enim temporis consumpsimus in hoc negotio, priusquam evinceremus plane, si licet dicere. Paulino ferme astu illo pio egimus, ne schisma aliquod, ut in alijs Ecclesijs olim accidisse, sed & hodie usu venire videm°, & apud nos oboriretur, ad quod quidem multi auxiliatrices operas, non impigre obtulere, ac velut oleum Camino addiderunt assiduo. Fefellit tamen eos opinio, siquidem ut proverbio dicitur, inciderunt in spongiam, Ecclesiæ enim nostræ fortius hac occasione coadunatę, gaudent se victas à nobis, quẽadmodum & nos ab Euangelio, Ecclesiæ quoque sese indies renovant argumentis, atque sacris scripturis, ac nobis ipsis quoque congratulamur, impensissime hoc nomine.

Quo ordine sublata sit Rebaptizationis Ceremonia.

Igitur prodit hic tertio à prælis, latina veste indutus noster libellus, sub annum hunc Domini 1538. auctior prioribus, clarior & castigatior, veram ac legitimam, nec non integram, in religio-

ligionis noſtræ quam ſequimur negotio mentem referens, candid quoque ac omnia citra omnem fucum (de quo nos toties, falſiſſime & impijſſime hoſtes noſtri inſimulant ſub Deo teſte loquimur, quàm ſimpliciter ſemper ac candidiſſime egerimus.

Parati ſunt auſcultare & obedire docẽti meliora.

Proinde & hic quoque ut ſempe alias, nos & maiores quoque noſtri ſemper teſtamur, quod & poſ hanc ipſam tertiam æditionem, ac priorum correctionem, ubi opus erit, paratiſſimi ſumus meliora amplecti, ac noſtra ſemper corrigere, nullius vel dedecoris vel cuiuſuis calumniatoris habito minimo reſpectu, ſi modo meliora ſequi dedecus ſit, & calumnia dignum.

Nam quis novit omnia protinus? Si quidem Paulus, quantus quantus fuerit ex parte prophetavit, ex parte cognovit, ac velut per ſpeculum & in ænigmate, Qui quidem diſerte dixit, ſe adhuc nõdum, quod voluit, adſe-

luit, adſecutum eſſe, Quique itidem alios ſemper ad perfectiorem & exactiorem Dei diuinarumque rerum inueſtigationem indefeſſe inſtigavit, & adhortatus eſt. Igitur non pudebit inquam nos illiteratos humilesque homuntiones facere, quod non puduit etiam primarios in Eccleſia CHRISTI, viros, ſua ſcripta retexentes, corrigentes & expungentes. Vnde enim Auguſtino tot retractationum libelli? Et ſimiles illorum huius claſſis multorum virorum præſtantiſſimorum, Et ſi non tam puderet quoſdam huius humilitatis Chriſtianiſſimæ, non parum multos adhuc alios eius generis libros videret mundus, id quod boni & optimi quique probarent.

Non pudebit denique nos, cuius etiam beatiſſimas illas, æthereaſque mentes principatus ſcilicet & poteſtates, & id genus ordines Hierarchicos, non puduit ab Eccleſia

ſcilicet

ſcilicet doceri, nempe meliora & per-
fectiora, de tam infinita atque incom
prehenſibili ſapiẽtia Dei, Eccleſiæ de
ſuper revelata, indies quoque magis
ac magis revelanda, Et ut tandem fini
amus. Quicquid id eſt, apud Chriſtia
num piumque lectorem, iudiciun
omnium iſtorum noſtrorum eſto.

Si haberemus meliora, daremus i
commune meliora, paratiſſimi & ho
ſanctò Chriſtianoque perfundi rubo
re, quod ſcilicet cedamus (hic noſtran
imperfectionem ingenue profi ente
& agnoſcentes) probatioribus & per
fectioribus, non tamen ad cuiuſvis ſto
machum, ſed ad mentem iſtorum, qu
Chriſti & ſpiritu & ſcientia prædit
ſunt, ac non aliter, quam ut Auguſti
nus de doctrina Chriſtiana ſcribit, *D.*
mihi inquit, qui videat, da qui intelligat
& non qui velit ſe videri videre quæ no
videt, aut intelligere ea, quæ non intelligi
&c. Hucuſq; proloqui libuit, iam ac
ipſum libellum accedemus, ac princi
pio ad primam illius partem.

PRIMA PARS TRACTATVS HVius libelli.

PRINCIPIO DECLARATIONEM doctrinæ ac religionis nostræ, in fide Euangelica facturi, visum est nobis, non extra rem esse, vt quo tempore, quibusue occasionibus maiores nostri, huius doctrinæ ac religionis, primi authores in Bohemiæ regno nec non Marchionatu Moraviæ prodierint, ac in hunc usque diem, genus ac doctrinam suam propagaverint, doceamus.

Refutatio fabularum de ori. inefratrū Bohemorum.

Sunt enim, qui hic de nobis nostrisque maioribus mira & portentosa fabulentur, nonnulli etiam impudentissime mentiantur, e quorum numero non postremus est, Bohemus quidam IOANNES SCHLECHDA Costellecius cognomento, qui etiam nihil est veritus de nobis incompertissima, & nihil vero cõsona, ad ERASMVM ROTERODAMVM in epistola quadam scribere ac testari, e quodam profuga prognatos, & id genus plura falsissima. Nihilominus invenere, ut aiunt, suas labra lactucas, invenere inquam fidem sine fide scripta, ita ut etiam libris suis isthæc citra omne iudicium infulciant, digni scilicet libri qui legantur. suauissimæque historiæ, quæ tam aperta in orbem spargunt mendacia, evidens scilicet veritatis in libris illorum argumentum posteris, qui tam falsa pro veris, quæ atque verissima orbi propinant. Igitur coginur,

velimus,nolimus, candide ſubque Deo omnium eorum inſpectore, quæ apud nos iam olim agerentur,& in hunc uſque diem aguntur, recenſere.

Negotium noſtrum ſic habet,

Origo Fratrum Bohemorum.

Cum in regno Bohemiæ,nec non Marchionatu Moraviæ, regnante ſub id temporis apud Bohemos *Venceſlao*, huius nominis Bohemorum rege tertio, magnum ingenſque in religionis negotio obortum fuiſſet diſſidium, ob ſanctiſſimi ac Euãgelici doctoris,atq; ob id Martyris CHRISTI Ioannis Huſſij prædicationem Euangelicam, quam is tunc temporis Pragæ primum auſpicatus fuerat. Deinde & alias multis in locis Regni huius, oppidis, pagis, villis,pratis,agris, nemoribus ac ſylvis quoque concionabatur, aque Romanis erroribus multifariis (vel ſolus in hanc veritatis Euangelicæ periculoſam paleſtram prodire auſus) palam vindicare & aſſerere cœperat, ſic, ut ingentes horribileſque tumultus in dictis, Regno ac Marchionatu excitarentur hoc nomine, atque adeo, atrociſſima tandem bella.

Nam erant, qui Pontificis Romani,eius quoque Eccleſiæ partes ſtrenue tuerentur, ac dogmata illius,rigidius quam antehac urgerent. Ediverſo, non defuerant, qui ſanctiſſimi huius CHRISTI Martyris & Apoſtoli, Euangelica fundamenta iacientis,doctrinam tum amplecterentur,tum etiam pro virili ſua promoverent, E quibus, ac ſub id tempus (ut inferius de iis latius dicemus) quod noſtri maiores prognati ſint,imo quod ex hoc doctrinæ Euangelicæ genere, à ſancto Ioanne Huſſo auſpicato, prodierint, res ipſa Bohe-

Bohemica,eorumque gesta,acta,scriptaque clarius loquuntur,quam à quoquam vel impudentissimo negari possit.

Itaque cum sic sub id temporis res Bohemicæ se haberent,& agitarentur,perdurarunt in eodem statu ad Ladislai usque regis tempora, ac deinde usque ad Georgii,qui Ladislao in regno apud Bohemos (eorum qui hanc doctrinam promoverant, suffragio) suffectus erat. Sub quibus quidem nihilo adhuc degenerantes, ab sancto Hussio Martyre crudelissime ab Constantiensi synodo,cum adhuc ordiretur sublato , illius successores & imitatores, maxime vero ij,qui à concionibus erant,interque hos suo tempore, eruditione & authoritate præstabat,& facile omniũ princeps fuit,Magister *Ioannes Rochezana*, iam concionibus publicis, iamque libellis irrefragabilibus,in partem adversam æditis , id quod iam pridem sanctus ille Christi Martyr, illorumque Apostolus Hussius,auspicatus fuerat,nec non etiam successores illius promoverant,audent itidem fortiter & intrepide docere,urgere,asserere, ac indesinenter, invitis omnium adversariorum dentibus,tam privatim,quam etiam publice promovere. Tum ipse Rex Georgius,tum etiam Magister Ioannes Rochezana, una cum suis symmistis & coadiutoribus.

Ioh. Rokezana Hussitarum Antistes.

Sed invidit tam fœlicibus cœptis,caput utcunque sustollente iam liberius Euangelio,hostis huius regni perpetuus & nequissimus diabolus,pars enim languere ac subsidere à pristino zelo Euangelij cœpit, pars in varias sectas scindi, Siquidem Rex ipse pacatius iam regnum, utcunque com-

Hussitæ multum remittunt de primo zelo.

Etiam Rochezana.

positis bellicis ijs furijs, nactus. Rochezana item, ac potissimum cum spem inaugurandi iam in Pragensem Archiepiscopum, lambere cœpisset (id enim sibi Basilienſis Concilij ambasiatores, qui cum Rege, Regnoque de conditionibus pacis tractarant, pollicitos fuisse, si ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam redeat) cœpere remittere, itidē tam strenuas olim, & sub Ladislao Rege extirpare eos moliente, sed & sub initium regni Georgij manus, cum antea nihil esset in orbe, quod illos tam a salutifera purioris Euangelii doctrina, aut auertere aut deterrere posset. Cū id fieri iam tum cœptum esset magno nostrorum maiorum, qui vel primarij huius Euangelicæ veritatis, diligē tissimique auditores ac discipuli fuerunt, dolore. Vehementer enim ijs quæ tunc a *Rochezana* docebantur incubuerant, ac ex eo potissimum toti, in re Euangelica, pendebant. Testimonio sunt libelli, colloquia, Epistolæque illius ad nostros, ac nostrorum vicissim ad illum &c. Qui quidem semper in ore solitus erat habere (haud dubie, quod id ab sancto Martyre Hussio, eius quoque symmistis mutuatus esset) Tria scilicet esse, super quibus totum Euangelij purioris negotium salutiferum, propenderet. Primo, & ante omnia sacras scripturas, Deinde CHRISTI Domini exemplum, Postremo primitivæ Ecclesiæ vestigia, quibus omnes, quicunque salutis suæ studiosi essent innitantur, Atq; hæc tria, autreos Canones seu regulas appellabat. Et hoc ipsum omnes e sacerdotum albo, illi subscribentium, agebant, Vnde factum est, vt nostri Bohemi, huius Euangelicæ doctrinæ Rochezanam suum, ob hoc cęteris omnibus præponerent, super ijs tribus Articulis, omnem purioris

Aureus canō Rochezanæ

tioris Euangelij doctrinam, ab sancto Iohanne Husso, primitus auspicatam, fundantem, & superstruentem, nostrosque nobis maiores, hoc pacto parturiétem, & quoad sic adfectus erat, amãtem, foventem & tuentem, Quin etiam ob id, procul dubio, quod nostri illi patres, veri illius in Euangelio filij, ut nullas partes ac factiones, quę iam tum sub hoc Euangelico S. Hussij vexillo suppullulare coeperant, ab doctrina illius euariarent, potissimum vero de Sacramẽto corporis ac sanguinis CHRISTI, cui iam quidam ex ijs factiosis, parum aut plane nihil, deferebant, Sed nec ab illis aureis tribus Canonibus nostri deflectere, vel ad latum unguem, volebant.

Vbi vero in aliam mutari illum virum, & non paucos e suis, deprehenderent, ac iam Romanismum ex eo olere, subodorassent, se quoque iam alio flectere, & eum iam puriori illi Euangelicæ, tantopere ante hac commẽdatæ doctrinæ, Romana commẽta admiscere persensissẽt, imitari non sunt ausi, eo quod ab eo prius edocti, aperte intelligebant isthęc cum Euangelio CHRISTI, cũq; purioris doctrinæ veritate, multoq; magis, cum aureis illis eusdem tribus Canonibus, ex diametro pugnare. Non enim Euangeliũ & illi tres Canones ab Euangelio, aque sancto Martyre Husso mutuati, ferre poterant tantos Missarum Romanensium abusus, quos nunquã neque CHRISTVS neque Euangelium ipsius, aut etiam Apostoli, vel primitiva Ecclesia novit, non sacrificium sacramenti pro vivis ac mortuis, Non adorationes illas seu cultus frigidissimos CHRISTI in Sacramento, quod in alios longe suaviores, magisque salutiferos vsus constitutum est,

Rokezanaoc casionem dat Schismati,

tum est, Non divorum cultus illos portentosos, monstrososque, aut etiam illorum invocationes & supplicationes, atque id genus sexcenta.

Vt etiam huius temporis Bohemi non aliud pro Christiana Euangelicaq; religione habeant & intelligant, quã eiusmodi Missarum solemnia, Ceremonias templarias, cultus item Divorum, cum utriusque speciei, ac puerorum etiam communione, atque id quidem ex opere etiam operato, & processiones, pro unius cuiusq; sacerdotis, & etiam vulgi arbitrio, sępe per loca inhonesta etiam, atq; id quidem, ne vel cum minima reverentia, & id genus alia. Quæ quidem Hussius sanctus Martyr, haud dubie (nisi tam immature ab sanctis illis patribus in sancta Constantiensi synodo in spiritu sancto congregatis, fuisset è medio sublatus crudelissime) in totũ sustulisset, non ut quidam faber Romanus, germen non Euangelicũ, nugatur, fuisse scilicet verisimile, ut ad matrem suam, Romanam Ecclesiam, olim reverteretur, si diutius illi vivere contigisset, quod tam lõge à vero est, quam quod longissimum. Quid enim aliud verisimilius, ex ijs Euangelicis ab eo iactis initijs, futurum erat, quam omnium istarũ scoriarum ac farraginum, ab puriore Euangelio eventilatio, & excussio omnimoda.

Quid igitur nostri? sic se rebus Bohemicis sub Georgio, subq; Rochezana iam pellem mutante, habentibus moliuntur, maxime cum iam hinc de suo agi capite clare intelligerent, ob id solum quod non ausint ab priore illa purioris Euangelij doctrina, & institutione, atque sancti Hussij doctrina deficere, adque hostium Euangelij castra transfugæ

transfugæ esse, In summa, quod nolint non esse, Bohemi, hoc est, genus, familia, progenies, discipuli & imitatores, sanctissimi Martyris Hussij Bohemorũ Apostoli, huius sacræ doctrinæ, in hanc gẽtem importatoris, primi ac primarij, quod tãdem sui posteri ac maxime Rochezana, & sub Ladislao, & sub initium regni Georgij, ut ante attigimus, propagarunt, Quid inquam? non aliud quam quod Christiana, & charitas & modestia, ac potissimum CHRISTI gloriæ ac salutis suæ ratio suasit, nempe adeunt Bohemicæ illæ veræ pauculeque & in oculis istorum nihili reliquiæ, sed & suis iam Bohemis Romanisantibus exosæ & vilissimæ doctrinæ sancti Hussij Martyris, Euangelicæ illæ quisquiliæ, Quandoquidem hoc ipsissimum fuit, & hactenus vere Bohemum esse, sequi scilicet hanc piam purioris Euangelij doctrinam, à Romanis commentis, & additamentis delecatam, quam adversarij fidem Hussitarum vocabant:

Hussitæ frustra tentant remedia.

Adeunt inquam Rochezanam principio, Paulo ante Magistrum suum, apudque Bohemos in religione anteſignanum, nec non etiam alios adeunt, qui eruditione præstabant, quorumque opera & prædicatione, adeo in re Euangelica profecerant, Nihil vel eo deterriti, quod iam eundem parum sibi propitiũ, imo vero iam & infensum, ob id quod se alium iam factum, detrectarent sequi, persensere. Tentant subinde varios modos & vias, frequentant congressus, miscent studio ac ex professo, cum illis amica & Christiana, tum colloquia tum consilia, ac modis omnibus, perq; omnia sacra obtestantur, redeant ad seipsos, atq; purioris Euangelij, priora sua dogmata, pro-

ponunt denique illis salutares illorum priores conciones, ardorem illorum priorem, in hac doctrina Euangelica, qui nullis minis, armis, dolis ac periculis extingui in illis poterat. Libellos item eorum iam pridem, ac tot, contra eos cum quibus nunc confederati pergerent, contraq; tam fœdos illorum errores, & quidē ab se convictos, æditos. Iam deniq; Hussij sancti Martyris ac doctoris & Apostoli suilibros, iam Matthiæ Parisiensis, viri apud Bohemos, cum primis celebrandi, Deniq; Iacobelli primi ad suggestum sancti Hussij successoris, Atq; hic est Iacobellus ille, qui primus utriusq. speciei communionem in Bohemia exorsus est, Iam tum Husso ad Concilium Constantiense accersito, Et huius classis multorum aliorum virorum scripta eruditissima & Christianissima.

Interim supplicibus & animis & vultibus obsecrantes, ne tam impie, tamq; impudenter à maiorum suorum Euangelica doctrina, imo verone à seipsis, atq; salute sua deficiant. Meminerint IESV CHRISTI ac salvatoris & redemptoris sui, Tremendi item iudicij postremi, istæc omnia excussuri Ne pluribus, nihil intentatum nostri relinquunt, quicquid quoquo modo huic profuturum negotio, sibi persuaserant, si qua fieri possit, ut ab ijs Romanis fermentis revocare suos in doctrina Euangelica Hussij sancti Martyris, & eius successorum, sed & eos ipsos Magistros, suos duces & religionis huius CHRISTI antesignanos, hactenus & confratres charissimos, possent, ne in eos & animarum & corporum ac rerum omnium suarum laqueos, à quibus multo maiorum suorum sanguine vix dum asserti erāt, rursum relaberentur, vel etiam suapte, se enim nullo pacto

ferre

ferre posse(quantulicunq; essent) ut sub unum iugum Christus & Papa, ille pauperrimus, hic ditissimus, & regum omnium ac etiam Monarcharum dominus & Rex, atq; adeo Euangelium purum, & Romana commenta cogerentur.

Addunt praterea se suosq; symmistas omnes, qui a priore doctrina purioris Euangelij retrocedere nolunt, polliceri illis omnimodam in eis quæ salutis sunt obedientiam, nihilque detrectaturos quicquid e verbo Dei vel iusserint vel constituerint, Verum surdo narrant fabulam, frustra enim omnia à nostris tentata fuere, Contemptus & iactura famæ ac gloriæ, quin & vitæ dispẽdia, simul quoq; & huius negotij tunc difficultas, tot tantiq; contra nitentibus, haud dubio obstiterant, quo minus ea, quæ olim & amplexi fuerant ac promoverant, & tam strenue pro ijs depugnabant, quæ sub id tempus etiam nostri tam libere ac imperterrite urgebant, retinerent, ac sequerentur. In summa, pra valuit apud Rochezanam tam Euangelicum antea virum, apudq; suos hac in parte primatem, ignominiæ horror, periculorumq; instantium, non tam iam ab Romanis, quam à suis etiam domesticis Bohemis Romanisantibus, quã ab rege etiam Georgio in multos iam qui è Hussij doctrina prodierant & eam urgebant, gladium vibrante, atque id quidem sæviss ime, res plane difficilis aleæ visa est illis, quam nostri retinere conarentur.

Igitur planiore ac tutiore via eundum, consultius visum est, scilicet populũ hunc Christi, hasque S. Hussij suorumque relictas quasdam quisquilias salutis avidas deserere, quam huius mundi illecebris, quibus sese iam totos involue-

rinrivaledicere, & manifestis ac certis semetipsos discriminibus committere, posteaquam tam assiduo Euangelium amara crux sequeretur, Quorũ sortem nostri miserati, cum nihil ijs omnibus apud eos proficerent, illis valedictis, Deo sese commendarunt, pauculi scilicet illi in puriore doctrina Euangelica Hussij sancti, suorũque symmistarum relicti. Erat enim ex paucis aliquot presbyteris Bohemorum, exque nonnullis è promiscua plebe, collectus & consarcinatus populus.

Husitæ Rokczanæ repudiũ mittunt.

Atque hæc est, atque ijs clarissimis occasionibus, illa ipsissima nostrorum, ex hac quoque istorum defectione origo, imo potius sola Euãgelicæ doctrinæ in Bohemia radix relicta, quæq; hactenus usque perdorat, in quam quoque doctrinam pauculi illi nostri iurarunt, eam scilicet se non deserturos, etsi extrema illos perpetienda manerent, quod & paulo post experti sunt. Abeunt itaq; nostri illi, desertis ijs CHRISTI Euãgelicęque doctrinæ, Hussij sancti suorumque profugis, non tantum dolentes, quam etiam supra quã dici possit stupentes, principio quis illos adeo fascinarit quis omnem illam Bohemicam olim strenuam venam illis exemisset, non secus atque Samsoni capillum roboris illius.

Alterum, & quod magis demireris, qua fieri potuit, ut confederari cum ijs pergerent, qui non modo cum Christi doctrina, eius quoque Euãgelio a sancto Husso auspicato, hactenus dissiderent quin etiam ob id, illos omnium persecutionum & hostilitatum genere, in totum semper perdere conati modis omnibus fuerint, ab eo scilicet exortæ prędicationis Hussij sancti tempore, usque ad ipsum Basiliense Concilium, tametsi neque

hoc ipsum

hoc ipsum sanctum Concilium, candide & ex animo cum illis ageret, Si quidem cum iam illi ipsi Bohemi tantam vim & tyrannidem illam Romanensiũ in se diutius ferre non possent, ad arma concurrere, ne tam misere ab illis in totum conficiantur, coacti fuerint, remque suam pene collapsã sic tueri & asserere, ac iustam tã sęuis & implacabilibus hostibus talionem rependere adgressi sunt. Et audebit quis adhuc confœderationem, cũ hostibus tantis & eiusmodi vel probare, vel etiam sperare posse unquam veram & amicam, inter scilicet inimicissimos. Nã an non crudelissime utrinque sese proscinderẽt, & hactenus, an non calumniarentur, ac omniũ conviciorum genere impeterent, An non etiam alteri alteris undecunque exitium moliri, bonorum, famæ, denique vitæ, cessarunt, pulchra scilicet amicitiæ facies ac spes, putas non alta mente, apud utrosque manent reposita isthæc?

Iudicium Papæ de Hussitis

Siquidem Romanus, Bohemos, ab Sancto Hussio exortos, constanter asserit esse hæreticos, apostatas, abq; Ecclesia sancta profugas, schismaticos item, denique Sacramentis omnibus legittimis, sed & Presbyteris carentes, Quod si quos habere viderentur, hos esse latrones, fures, periuros, suffuratosque consecrationem, & id genus sexcenta alia probra, quorum libri istorum plenissimi sunt eiusmodi probrorum. Nihilo segnior Bohemus referit Romanos, ipsissimum illum Antichristum, Meretricem illam Babylonicam, sacrilegam Ecclesiam, Item Pontificem cum totò illius satellicio, Pseudoprophetam, seductorem populorum, Christvm & omnia sacra venalia habentem, Et quid non? Acclamat etiam publicis can-

Hussitarum Iudicium de Bohemis

licis cantilenis,in hodiernum uſq; diem aqud Bohemos durantibus ac paſſim idipſum reboantibus, Et dic,age,à quibus conviçijs & execrationibus in Romanos,ipſemet Rochezana,cum libris tum concionibus temperat, qui tunc huius confœderationis cum illis, vel primarius conſultor fuerit,ut enim alias ſemper, ita omnium maxime in libello,cui titulum præfixit: Contra arcum gehennalem Hilarij,quem is contra Bohemos, ubi apoſtataſſet ab illis,ædiderat.

Ibi Romanos arcum pravum,ſputum blaſphemiæ eſſe, & peccatum gravius,quam ſit in ſpiritum ſanctum ,eos deſignaſſe probat, & huius etiam generis ſexcenta probra commemorat, Magiſter Iohannes Przibam Bohemus, in quodam libello ſuo in eos ædito,quæ illi in Romanos congeſſiſſent,tot ac tanta , ut etiam legere horreat

Non pennis ſed armis pugnatus,

Itaque ut diximus,ventum poſthac ad atrociora concitatis iam,vel etiam invitis Bohemis in arma Pugnatur tandem & quidem acerrime , ſummi viribus,non tamen pari Marte, Multus iam enim quaqua verſum Romanis ſanguis effunditur. Nó illic iam ætati,nõ ſexui,non conditioni aut dignitati quicquam defertur,Pontifex ſuis proq;Eccleſia pugnantibus,animos,at fere fruſtra,addit, iam indulgentijs, iam laureis in cœlis promiſſis , E diverſo Bohemorum presbyteri,& quorum id retulerat,manus ſuorum armãt,ante omnia commemoratione tantæ crudelitatis, atq; id quidem ſuldatis publicæ fidei,fecialibuſq; literis, tum Imperatorum,tum etiam Concilij damnati & combuſti ſancti Ioannis Huſſij,& Hieronimi Pragenſi à Concilio Conſtantienſi,refricatis etiam tot malis,totq; perſecutionibus, quas antea à Roman-

perpeſ

perpeſſi fuerant, atque huius generis multa.

Durat igitur hæc cruenta Martis rabies, ſub Ziſthka primum duce belli huius Bohemici orta, ſubque illius ſucceſſoribus tandem, uſq; ad Georgij regis tempora, uſq; etiam ad aliquot annos ſub eodem protracta, En quot Myriadum milibus capitum Romanenſium ultus eſt, ſanguiné Martyrum ſuorum Bohemorũ Dominus, Quid tum? Componuntur tandem hæc bella utcunq; at vero non gladiatorij illi animi hoſtileſque, Componitur deniq; & in religione ſchiſma, atque id quidem non aliter, quam ſub quatuor articulorũ illorum conditione, qui etiam in Baſilienſi poſthac Synodo fuerant diſputati, & à patribus noſtris Bohemis adhuc à puriore Euangelio viriliter ſtantibus obtenti, quos quidem mox ab Huſſo Bohemi urgebant, imo vero ij fuerant, quos etiam in pacis conditionem, Sigiſmundo imperatori olim obtulerant, quos cum ille, à quocunq; tandem perſuaſus, admittere recuſaret, è regno propellitur, ac bella tum maxime fervere cœperunt, mirum in modum tum iam exaſperatis in Romanos Bohemorum animis.

Ziska Huſſitarum Dux.

Componitur bellũ & ſchiſma Religionis

Articuli pacis

Atq; ij ſunt etiam ipſi articuli, quos noſtri, hoc eſt relicti veriores Bohemi, & exactius introſpexere, & candidius obſervavere, quam unquam ij qui paulo poſt ac hodie quoq; ſibimetipſis ſolis fidei ac religionis Bohemicæ nomen vindicant, aſſererecq; conantur, cum plane romaniſent, dempta ſola utriuſq; ſpecieicommunione, Amiſſis enim his, non alia eſt hæc quã ſanctiſſima illa purioris Euangelij quam ſanctus Martyr Huſſus auſpicatus primus in Bohemia fuerat, quãq; ſucceſſores ſui propagarant, doctrina. Quam quidem

ante

ante nostris ipse Rochezana insseuit, quẽadmodũ ut diximus, libelli & epistolæ, vtrinq; & a nostris ad illũ & ab illo ad nostros vicissim missæ testantur.

Vtri igitur veriores in hoc casu loquimur, Bohemi seu Bohemicæ huius priscæ religionis, nec non & sancti Ioannis Hussij, sanctum germen, propago, relictæ adhuc reliquiæ, doctrinæ scilicet illius Euangelicæ, simul quoque & illorum trium Canonum aureorum Rochezanæ? Vtri deniq; trãs fugæ ab ijs omnibus sunt, & vocandi & habendi?

Mars grauior sub pace latet.

Ne pluribus, Cõfœderantur tandem, nostris hoc nihil obstare & id impedire valentibus, at quibus avibus, res ipsa docuit, Interim tamen, ne vel ulla tot tantorum in se commissorum, editorumque libellorum, milleque plaustrorum conuitiorum, & proborum recantandi mẽtio, tam abfuit, ut isthæc rescinderent, seu etiam vel pauxillum emollirent ac commoda interpretatione temperarent, Coit tamen ut diximus, non amica hęc inter eos per disdiapason a seipsis distantes amicitia, An non inter distantes?

Audiant qui velint, ne quis nos, hæc e nostro capite fingere dicat, quid de hac earum partium, tam sibimet vtrinque odiosarum & suspectarum conflata amicitia ex libellis Martini cognomento *Lupacij* electi, sub id tempus apud Bohemos Episcopi, colligi potest, pesteaquam enim huc deuoluti sumus, locus exigit ut dicamus. Is Lupacius scribens contra Arcum Gehennalem Hilarij, cuiusdã doctoris, a Bohemis Apostatę, qui plusquam hostiliter, & post inita quidem pactorum solennia, postque iunctas non amicas utrinque dextras, quamquã amicitiæ personã prę se ferre videri vellent, scripsit in Bohemos libellum, qui quidem

Testimonia Discordis cõcordiæ,

Lupatij,

a Papa

à Papa Canonisatus,ut ita dicamus, fuit, sic inter alia concludit idem scilicet Lupacius.

Ecclesia inquit Romana, ob promissorum seu pactorum suorum violationem,talem notam infidelitatis incurrit, ut sibi nullus amplius credat in æternum. Talem sordidissimam maculam nunquã contraxit,ex quo Romana vocari incepit, Et vos non erubescitis matrem sanctissimam eam appellare,& nos ad iudicium eius evocare,Quantumcunque gentes Barbaras,puderet eiusmodi legũ &c.& id genus multa,in eã scribit in prędicto libello idem Episcopus electus apud Bohemos, siquidem novos sub id tempus exercitus Crucifererorum, hæc perquam benigna mater, & quidem post iam pacta Basilienſia,interim in Bohemiam miserat seviendos,Quin & regem Georgium,Regis & titulo & authoritate seu honore in totius huius nobilissimi regni contemptum & contumeliam spoliabat, suavissima scilicet amicitia,& digniſſima,ut modis omnibus quęratur.

Et è re nostra est, ne & id prætereamus quod post hac magistri Pragenses, vulgari ideomate scripsere per magistrum *Venceslaum Coranda* dictum,in libello, cui titulus est,De venerabili Sacramento altaris, Qui quidem libellus Pragæ impressus est, anno Domini.1493.Inter alia allegantes id Davidicum.Odivi Ecclesiam malignantium,& cum impijs nõ sedebo, sic scribit, Et hæc est inquiunt Ecclesia Romana in suis prælatis arrogantibus,qui institutioni Christi contradicũt. Et ibidem citant *Bernardum ad Eugenium*, quam plena sit superborum hominum Ecclesia,adeo ut non aliud sit, quam latronum ac vespilionum spelunca. Venceslai Coranda.

Et

Et *item Robertum Linconiensem* Episcopum, dicentem, Pastores spirituales, esse fidei & veritatis Christianæ corruptores,& sic occasio infidelitatis, schismatum,hæresum, & pessimæ seu impudentissimæ vitæ per vniversum orbem, quod si alia flagitia defuerint, ob id, quod scilicet non prædicant Euãgelium,esse ipsissimos Antichristos,diabolos,parricidas, ouium proditores, facientes e domo Dei,hoc est Ecclesia,specum vespiliorũ.Et inferius ex eodem Linconiensi, Et eorum inquit omnium fontem ac caput esse,hancipsam Romanam Curiam seu Ecclesiam,Hęc ille.Et illi quoq; magistri Pragenses,itidẽ non parũ multa in bellos illos amicos, scilicet cum quibus, tam studiose, a pluribus parum fida isthæc amicitia pangebatur.Et adhuc fidam aliquis dixerit, quandoquidẽ tã discordes,& animis & studiis mansere, ut ante cõfęderationem,ita & post,Et hactenus, nisi forte iam melius sapere incipiãt, utrorumq; nepotes, qui scilicet a maioribus suis tam male sartam concordiam illi Metamorphosi quadam resarcire,pœnitentiamque pro patribus suis(quam illi nihil duxere)redintegrare se sperent qui scilicet Euangelicam patrum suorum doctrinam (de nostris Bohemis hic loquimur) in totum recinant, citra quod concordiam quandam cum Romanis meditari aut sperare, est Ixionis saxum voluere, De ijs non plus.

Vulpes Simsonis.

Ne tamen nihil esset,in quo convenirent, En tibi lector optime.ubi servarunt sibi,atque id quidem inviolate,fidem fœderis. Quod scilicet v riq;,paribus & odiis & furiis Euangelii purioris ac sancti Ioannis Hussij,suorumq, successorum, illis non cõsentiẽtes relictas reliquias,sive mavis quis-

quilias

quilias,maiores ſcilicet noſtros ſolos perſequerentur crudeliſſime,Atq; hinc fuit, ut redeamus ad inſtitutum, cũ iſt hæc omnia noſtri exactius perpẽdiſsẽt,u neutros ſequẽdos decernerẽt,ſed quemadmodũ iam ab olim maiorũ noſtrorum patres,primi ſcilicet Bohemi,à Romanis ſeſe ſeparaviſſent,ita iam noſtri maiores, in ijs cõſtituti anguſtijs,& à Bohemis Romaniſantibus ſemet ſubducerent,ac in totũ alienarẽt(ſi tamẽ id alienari ſit aut deficere,qui firmiſſime in ſemel cœpta & profeſſa CHRISTI,Euangelicaq;doctrina firmiter ſtat)maxime cum huius contẽptores, neq; veræ fidei,neq; charitatis ac pacis Chriſtianæ,atq; adeo ne ſalutis quidem fuiſſent miniſtri. Atq; hæc eſt ipſa noſtrorũ origo.Acceſſit prẽterea huius noſtrorum alienationis à Bohemis & Rochezana hæc ratio, quod ſub id tempus iam etiã in multas factiones ac ſectas ſcinderẽtur, eſſent quoq; à ſemetipſis iam ut & hactenus ſunt, diviſi in religionis negotio,& vel unus teſtis pro nobis hic ſufficiat,Rochezana ſcilicet,qui ſerio in quodã ſermone,de Cœna Domini, qué ad Clerũ habuit,querulatur, ſuper hac nunquã illi ſperata ſuorum ſciſſione, ſuper illo, *Wiſit ſervum ſuum &c.* Quam malum inquit ac nocivum eſt, cum ſacerdotes non ſunt in unitate, ſed ille ſic, alter ſic tenet,prædicat, inſtituit, adhortatur ad aliud,aut aliter miniſtrat, quam Chriſtus Dominus eorum fecit,inſtituit & mandavit,& per hoc omnis diſcordia & guerra eſt in populo. Diſparibus enim bobus,nunquam æqualiter trahitur currus, Hæc ille.

Diſcordia Sacerdotũ pragenſiũ inter ſe.

Quam vere, teſtimonio eſt & hodie iſtorum plebs, quæ ſemper ac publice conqueritur,

de iſta ſuorum presbyterorum doctrinæ & varietate & inconſtantia, ſe ſcilicet neſcire plane quis illorum ſequendus ſit atq; id quidem in primarijs fidei ac religionis Articulis. Itaque cum eiuſmodi commertium non habere religionis, cumq; ab ea deficientibus non conſentire, & hanc illorũ non imitari inſaniam, quin potius ab ijs, quæ ab Euangelio puriore fugiunt fugere, quid aliud eſt, aut fieri potuit, quam mala hæc, quæ talibus ſcripturæ minantur, tempeſtive evitare, ſe quoque & animas ſuas à perditione liberare.

Huſſitæ hac diſcordia pragenſium magis ad diſceſſum incitantur.

Et neque tamen id à noſtris temere tentatum eſt, Verũ adhæc omnia quæ commemoravimus (quibus etiam teſtimonio ſunt omnia huius ſeculi, Bohemorum acta & hiſtoriæ) ſacris ſcripturis diligenter conſultis, Quæ ſic habent, Exite de medio illorum, & ſeparate vos ab illis, dicit Dominus, Item Immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiã vos. Rurſum, Exite ab illis populo meus, & nolite fieri participes peccatorum illorum, ne reciperetis ex plagis eorũ, pervenerunt enim peccata eorum uſque ad cœlos &c. Et noſtri, quanquam multo adhuc plures ſeparationis huius ſuæ, hoc eſt à Bohemis, eiuſmodi in defectione ab Euangelica Huſſij ſancti Martyris, ſuorumque doctrina, non imitandis, ſed ſeſe in unum colligendis, cauſas haberent, Sex tamen erant precipue.

Cauſam Schiſmatis reddunt Huſſitæ.

Prima. Quod iam per vim, ut à Romanis, ita etiam à Bohemis, ad ea ſervanda cogerentur, quæ (illorum etiam paulo ante hac teſtimonio) habebant compertiſſima, cum Deo, ſacris ſcripturis, Euangelio Chriſti, atque adeo, cum fide Euangelica ex diametro pugnare.

Secun-

Secunda. Quod uterque itidem Clerus iam pridem ab omnium Sacramentorum participatione nostros arceret.

Tertia. Quod nusquam veros ac germanos huius Euangelij Christi ministros, quales debere fieri iam olim ab Rochezana suo abq; illius presbyteris, iam etiam è sacris scripturis Euangelicis didicerant, reperiri poterant, tametsi id, & domi apud suos, & quaqua versum per exteras, etiã longe dissitas regiones, diligentissime investigaverint.

Quarta. Quod suos, atque id quidem tales habere ministros, extrema, inevitabilisque salutis necessitas, ut suadebat ita urgebat.

Quinta. Quod evidenter sacræ scripturæ docerent. Ecclesiam primitivam suis proprijs, & ab se lectis ac cõstitutis presbyteris, ac sola manuum impositione cum oratione ac ieiunijs consecratis usam.

Sexta. Demum multorum piorum iuxta & eruditorum virorum, etiã Rochezanæ adherentium adhuc, sed & eorum quidem, qui ipsum Hussum sanctum Martyrem concionantẽ audiverãt, & consilia accessere, & adhortationes, ut postea quam adeo premerentur, ac in tantam necessitatẽ retruderentur, suorum presbyterorum ordinem in Ecclesia sua constituant, maxime, cum aliunde acquirendorũ spes in totum iam adempta fuisset, & citra ministros eiusmodi, neque Ecclesiam coadiuvare, neque etiam coadiuvatam iam diu rètinere aut gubernare possibile esset.

Vbi enim verbum divinum purum, Sacramentorumque administratio abest, pereat illic omnis fructus Euangelicus oportet, Et ut velut colophonem addamus, quod nostris in totum prohibe-

retur,abEuangelica illa puriore doctrina pendere,& quidem à noſtrisBohemis,Putamus iſthæc, niſi nos omnia fallunt,& niſi nuſquam ſit æquus lector &Iudex,maiores noſtros,& nos quoq; etiam corã toto mundo abunde excuſatos habere,& ab ijs quibus tã ſevere ac parum Chriſtiane inſimulamur hoc etiam nomine, expurgatos reddere poſſe,Nihilominus tamen triſtiſſima & horrenda paſſi ſunt maiores noſtri, ſed & nos quoq; hactenus,atq; id quidé ab etiã gentilibus noſtris Bohemis,olim patribus ac fratribus noſtris dilectis,& qp magis dolendũ eſt,ab ſtrenuiſſimis olim huius CHRISTI doctrinæ ſancti Huſſij Martiris,ſuorumq; coadiutoribus ac ſucceſſoribus,diſcipulis,imitatoribus, ſed & pro pugnatoribus.

Huſſitæ eligũt miniſtros ſuæ Eccleſiæ.

Itaq; cum multũ diuq; maiores noſtri de conſtituendis huic Eccleſiæ,ex relictis S. Huſſij quiſquilijs conſarcinatæ,miniſtris ſeu presbyteris deliberarẽt ac diſpicerẽt,atq; hoc nomine religioſe Deo,cumq; ieiunijs ſupplicarẽt, Tandé propitio Deo fœlicibus auſpicijs,ſacrum hoc auſpicantur negotiũ,adgrediuntur & abſoluunt, ſcilicet ſuũ propriũ presbyterorũ ordinem,è ſua plebe,eq̃ue ſymmiſtis,ex ſcilicet pauculis illis S. Huſſij quiſquilijs,cuius adhuc in hodiernũ diem ſicut in doctrina Euangelica, ita etiã in carnis cognatione propago eſt,in Eccleſia noſtra nõ pauca numero.

Ex ijs omnibus,tot iam huc adductis in originis noſtræ negotio, liquet univerſis,quã non temere, quamque nulla ſpernendorum aliorum libidine,ſed nec procaci animo, ſeu alio quovis privato affectu, noſtros permotos,ſive etiam ex ſuimet ipſorum apud ſe complacentia, ham

ſepara-

ſeparationem,imo vero potius earum quiſquiliarum relictarum in unum coadunationem adgreſſi ſunt,ſed ſolius tantum ſalutis ſuæ deſiderio,ſcilicet qui ſtetimus ab hac ſancta Euangelicaque ſancti Huſſij doctrina , ſtare quoque Deo propitio,quoad vixerimus propoſuimus.

Sed hic forte dicet aliquis naſutulus,hæc tum primo à nobis excogitari ſtudio, ac commentari frigide.

Audiat benignus lector rogamus,quin & admittat in fidem ſuam , noſtrorum olim ſcripta in hoc negotio,quæ luce clarius teſtabuntur , hanc ſolam noſtrorum ab initio fuiſſe mentem , atque ijs cauſſis & rationibus ſubnixos id tentaviſſe. Sic enim tum ad Regem Georgium , tum etiam Rochezanam ſcripſere,atque hæc ipſa ſunt verba. Non iacimus inquiunt aliam fidem,nec quicquam novamus aut inſtituimus in ratione ſalutis,à fidelibus ſervanda , Verum in ea fide,quam Apoſtoli fundarunt,cupimus noſmet ipſos,quin & in omnibus,quæ Deo placita ſunt , cuſtodire, perinde atque omnes Chriſtiani fideles,per univerſum orbem diſperſi. Scitote igitur apud nos nihil malorum,aut à fide diſſidens probari, quique ita de nobis ſentiamus,quatenus nos ipſi tãtum ſalvaremur,qui in eoſdem viſibiles ritus ac Ceremonias conſenſerimus , quæ quidem ſic & taliter teneri,pro ut exigere videretur populi utilitas,poſſunt,ſine quibus,ſi obſervari aut commode haberi non poſſint,ſtat ſalus è ſuis fundamentis,nos equidem horum gratia, cum nemine diſſideremus.

Imo vero id à nobis improbari , & eos pro ſchiſmaticis haberi,qui tantum eos,qui cum illis

Huſſitæ non ſeparārunt ſe ob Ceremonias à Romana Eccleſia.

conſentirent in externis ritibus,quærũt,Cæteros vero in hac parte cum ijs, non per omnia ſentiẽtes,in Ceremoniolis ab homuncione conſtitutis, inq; Decretis & legibus ex alto deſpiciunt, cum Petrus dicat,Erunt,inquit,in populo pſeudoprophetæ,quemadmodũ & in nobis ſunt, qui inducent ſectas perditionis &c. Et in Epiſtola quadã huius temporis etiam ad omnes regni ſtatus & ordines,ſic inter alia,Nemo,inquiũt,de nobis ſibi perſuadeat,ꝙ noſmet ab ſacerdotibus ſeparavimus,ob humanas doctrinas & conſtitutiones, nequaquam. Nam ſi ſub ijs conſervari potuiſſemus in fide apud Deum , incorruptibiles in charitate & ſpe,noſtro iudicio diceremus in nos ipſos ſententiam,Eſſet enim hoc ipſũ noſtræ ſaluti vehementer incommodans,atq; hæc tam gravia pateremur fruſtra.

Proinde apud nos nõ haberi hæc prẽcipua,nec qui ſquã à nobis ob id contemnitur, dummodo in ijs,quæ eſſentialia ſunt ſalutis,ut in veritate ſalutifica inveniatur, Verũ ſeparavimus nos magis ob ea,quæ veræ fideiChriſti,charitati ſpiritus illius,eiuſq;operationi ſumme incommodant,atq; id quidẽ nobis accidiſſe miro ſalutis noſtrę zelo inardeſcentibus,quod quidem nullis rebus humanis,ſed ne religionibus quidẽ ullis,vel in pilo nocere poteſt.Hæc ibidem & plura.

Falſo igitur nobis crimen à fide Chriſti defectionis impingi tamq; impie obtrudi, innocẽtiſſimi traducimur apud plebem,nihil quoq, iſtorũ commeriti,unicũ enim nobis hic ſolum ac maxime obtrudi poteſt, quod nos tot urgentibus cauſis ſubduxerimus, ac in unũ coaluerimus,ab omnibus hac in parte puriore Chriſti & Euangelij, nec

gelij,nec non ſancti Martyris Huſſij, ſuorumque, doctrine , crudum Papiſmum ſeu Romaniſmum admiſcentibus.Hæccine ſunt illa noſtra ſcelera , nullis ſupplicijs, nulliſque infernis ſatis plectenda & expianda.

Sed ut vitarent mixturam Religionis.

Sed iudicet rogamus, cui vel ſemiuncia cordis humani,ne dicamusChriſtiani eſt,poſteaquam ab illa ſacra,ſaluberrimaque doctrina,tã impudenter etiam noſtri Bohemi degenerarent atque in Romaniſmum recta ferrentur , ſola utriuſque ſpeciei communione mordicus retenta,quid reliquũ noſtris ſuperfuerat quam ab iſtis non Euangelicis,hoc eſt nõ Bohemicis Bohemis, in hoc Euangelico fideique negotio,itidem deſciſcere ac in unum colligi ſeu conglobari , atque hoc eſt illud, quod ipſi vocant defectionem à fide.

Huſſitæ non autem Romanizantes habent veros presbyteros,

Et judicet quoque etiam de presbyteris , utri Euãgelicos habeant presbyteros,nos an illi Bohemi? utri ſint vel Chriſti vel Papæ presbyteri?utri vel Bohemici,vel Italici ? utri denique legittime, quod non niſi ab legitimo ſuoque Epiſcopo fieri poteſt,ordinantur,noſtri an illorum?Quod etiam & ſanctus Huſſus Martyr docuit,Et ut ex multorum unum decerpamus,ſic is in libro de Eccleſia capite quindecimo ſcribit,Eccleſia bene poſſet regi ſine Papa & Cardinalibus , & melius inquit, Audin?quod dicit melius?Et inferius ibidem,Poteſt æque bene regi ab ſanctis ſacerdotibus,Sic regebatur per.300.annos & amplius,poſt Chriſtum, Hæc ille.

Quem noſtri iuſtis ſequuntur paſſibus , etiam hac in parte , qui ſuos ſibi legunt èque ſua plebe presbyteros,& cõſecrant quoq;,quos an recte nihili faciant etiam noſtri Bohemi,qui ſancti Huſſij

imitatores haberi volunt, ipsi viderint. Ad propositum.

Vtri inquam veriores habent presbyteros, nostri ne? qui ab suo, suæque Ecclesiæ Episcopo, sui gregis faciem pernoscente ad unguẽ, quantũ homini convenit, cõstituitur & consecratur, An isti, qui ab nunquam prius viso, tam abest, ut ne vel capillũ consecrandi pernoscat, neq; itidẽ ammodo ac in æternũ videndo illo, vel ab illo videndus consecratur, Atque id quidem, quod omnium est scelestius, per sacrilegam impudentissimamque non modo ab CHRISTO, Apostolis, primitivaque Ecclesia, maledictam symoniam, verum etiam ab ipsis Pontificum Decretis, constitutionibusq; synodalibus prohibitam, magnisq; pœnis multatam, Adde quod non etiam nisi per omnia sacra adiurati, consecrandi in suorũ Episcoporũ, à quibus consecrantur, hoc est Papisticam religionem admittantur, ac tandem & consecrantur, Iam vero an tã horrendis iuramentis satisfaciant, an vero periuri sint, nemo non novit, nisi qui nihil novit, En tibi bellos suavissimosq; Euangelij CHRISTI nec non doctrinæ sancti Hussij sacerdotes, En nostrorum iudices æquissimos.

Apud nos vero, quod omnibus manifestissimum est, leguntur primo, tum post hac longo exercitati tempore, iuxta veri Euangelij CHRISTI quoq; & iuxta normam ab Apostolis, non ab sacrilegis Italis traditam, Atque adeo iuxta sancti Hussij doctrinam, quam in libro de Ecclesia tradidit, & itidem, in de Symonia, & alias sæpe Cuius quidem consecrationis nostrorũ, libellus iste in suo loco sed & illa Cõfessio fidei, ac religionis, ab regni Bohemiç, proceribus Ecclesiæ nostræ adherentes

herentibus,Regiæ M.oblata,modum & ordinem describit &c. Hæc obiter nunc ac veluti in transcursu dicta sunto, De legittimis presbyteris,alias plura,cum dabitur occasio.

Ad institutum redimus. Quum igitur nostri presbyterorum in sua Ecclesia constituendorum ordinem auspicati fuissent,Atq; id ipsum,cum ad aures inimicorum,quin etiam Rochezanæ factionis quoque illius perveniisset, Homo iam velut in rabiem actus, hactenus enim usque,à nostris ungues continuerat,atq; olim vel solus illorũ in hac doctrina Magister,stupẽda in nostros crudelitate, totus fertur,una quoque cum illo uterq; etiã Romanus scilicet & Bohemicus Clerus, hic scilicet pulchre servarunt fœderis pacti inter se rationem,ac fidem.

Igitur fit nostrorum horrenda ac seviissima persecutio,conculcantur & discerpuntur impiissime, miserrime illæ Bohemicæ ac sancti Martyris Hussij reliquiæ, germana scilicet hæc & tam impense quondam adamata ob hanc doctrinam, ab Rochezana,illius propago, iam sceleſtissimorum hæreticorum,iam Picardorum,iam Valdensiũ,quod probrosissimi convicii loco fuit,iam denique infandissimarum libidinum in specus & antra ob id confluentium,patratores, iam summi Dei Iesv Christi, illiusque sacrosanctæ doctrinæ, Sacramentorum omnium,denique Deiparę beatissimæ virginis,omniumque divorum, legum etiam omniũ,cum divinarum, tum humanarum contemptores ac pestilentissimi blasphematores, Et quavis alia insigniter infami nomenclatura appellitantur, infamantur, traducuntur,modo animos vulgi totius, per se satis superq; furentis,menda-

 ciissimis

ciſſimis illis calumnijs,convicijs,delationibus ac criminationibus,in maius adhuc odium ac furorem concitarent & impellerent, Et neque fefellit illos opinio.

Si quidem populus vtriuſq; Cleri,nimium ijs, quæ ab illorũ presbyteris aſſerebantur,credulus maiore quam ullis verbis explicari poſſit, ſuccẽſus furore & ſtomacho,perſequitur noſtros acerrime,& pars noſtrorum rapitur in carceres,pars bonis ac poſſeſſionibus omnibus exuitur,pars exilio multatur,interdicuntur itẽ alijs,domus,victualia,opera,balnea,fora,macella,agri , urbes, deniq; regiones ac regna,multis quoq; plus quã Scythica rabie , trucidatis,ac vario tormẽtorum, antea nec auditorum , mortis genere è medio ſublatis.

Sævijt quoq; tam miſeranda noſtrorum conditio,indefeſſe hanc cruentiſſimam cantilenã,utroq; Clero occinentibus, quamprimum ſeſe in unum collegerunt,& ordinem Presbyterorũ auſpicati ſunt,per tot annorum curricula , qua quidem,nec hodie abhuc à multis ceſſatur. Quippe nihil noſtris toties, fidei huius vere Chriſtianæ religioniſq;, ſed & omniũ,quæ apud nos agerẽtur,candidiſſime redditę rationes,tũ Regibus ac Principibus , tũ etiã Ordinibus regni ſtatibuſq; omnibus profuere,Nihili deniq; tot & tantę obſecrationes ac ſupplicationes, ut meliora è ſcripturis doceremur,ac erroris ab Euangelio, legitima quoq; illius doctrina admoneremur.

Verũ ipſe clementiſſimus pater noſter Deus, qui ex pura gratuitaq;ſua miſericordia,agnitam etiam à nobis haberi voluit,verbi veritatiſq;ſuæ ac favoris erga nos ſui,in ſalutẽ animarũ vim ijs modis

modis perque hos ministros, ut toties dictum est, pro quo denique tanta pateremur, is adiutor & protector, tametsi duriter, diuque iactatos, in hodiernum vsq; diem suorũ fidelium fuit, cui sit soli, laus gloria & imperium, honor & Maiestas in secula seculorum, ita ut iustissime, simul & aptissime succinere possumus, semper in gloriam Dei, illud Dauidicum. Nisi Dominus fuisset in nobis, dicat nunc Israel Nisi Dominus fuisset in nobis, cum exurgerent homines in nos, forte vivos deglubuissent nos, Cum irascereturfuror eorum in nos &c. Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum & cætera. Planæ misericordiæ Domini sunt, quod servati sumus hactenus.

Et quamquam isthæc nostrorum congregatio, Deo propitio, & summa vrgente salutis necessitate, facta esset, quod ab alijs scilicet nos separavimus, Nihilominus quicquid boni, sive in Romana, sive in olim patrum ac fratrum nostrorum charissimorũ, Bohemica Ecclesia, vel apud privatas quascumque personas illic cõmorantes habeatur, vel publice doceatur, quocunque tempore, Id maioribus nostris, sed & nobis probatũ fuisse sẽper, Verum cum id quicquid esset boni, multis adeo Idololatriæ peccatis admixtum esset, & est quoque hactenus, ea propter non erat consultum eorum bonorum, tam apertis malis permixtorum participes fieri, Conscientia enim fide verbi Dei illustrata, id nullatenus admittit.

Husitæ separarunt se non ab Ecclesia Romana, sed ab vlcere illius.

Esse tamen nobis id semper in votis, atque assiduo ad id suspiramus oranres, ut benignissimus ille miserationum pater, Deus noster, dignetur Romanæ & Bohemicæ quoque Ecclesię, sed & toti Christianitati oculos aperire, & ad veritatis suæ agnitionem,

nitionem,quam ex animo amplecterentur perducere,quatenus vnum cum illis facti in eiusdem veritatis cognitione esse valeamus,ac simul una Deum,qui in cœlis est,glorificemus.

Quicquid vero boni ubicunque locorũ per orbem terrarum Deus operatur, & hac præcipue ætate nostra,per Germaniam, quod scilicet Euãgelium illic assurgat,liberius ac fœlicius,resplendeatque semper clarius,id profecto tam abest , ut invideamus,ut etiam preces nostras ad Deum fundamus,ut isthæc spiritus sui dona , ad maiorem semper illuminationẽ, & sui agnitionem,magisq; ac magis promovere & augere digneturin salutem suorum.Quæcunque autem iam contulit,seu adhuc collaturus est,optimorum eiusmodi suorũ donorum desursum , eque cœlesti suo illo inexhausto penuario descendentium,optamus ex animo,vehementerijs congratulantes,obuijsque manibus amplectentes, & exosculantes , eorum fieri participes,cum illis vna. Et quamquã fieri nõ potest,interponentibus se adhuc nonnullis causis,ut in externa etiam congregatione,ac etiam sacramẽtorum administratione, sub eisdem ritibus & Ceremonijs vivamus , Potens tamen est Deus , pro benignitate sua id efficere.ut etiam sub ijs aliquãtisper diversis,ac nonnihil variantibus ritibus , & politijs unanimes ac concordes in unius eiusdemque veritatis Euangelicæ fruitione,unum corpus, unusque spiritus in Domino facti efficiamur. Pro quo quidem ex imis pectoribus,clementissimus ille omniũ pater,Deus exorandus est itidem,ut recordatus misericordiæ suæ,quã a seculis humano cum genere suo exercuit,Et nunc quoque cum toto populo Christiano , potissimum vere , cum olim di-

olim dilectissimis nostris patribus & fratribus Bohemis, agere benignissime, ac omnes in Euangelicam agnitionem, concordiam, mutuamque charitatem, atque adeo in unum sanctæ Ecclesiæ corpus in veritate CHRISTI redigere & coadunare dignetur, ut omnes electi sic in unum confœderati, saluti suæ, cuius solus Deus, & non nisi per solum IESVM CHRISTVM, perque media ad id instituta, dator & author est, simul congratulentur sibimet ipsis. Interim autem nos eatenus, & eo usque quousque in tam partes varias Christianum populum scissum videmus adhuc, atque id non absque summo dolore, saluti nostræ in IESV CHRISTO depositæ & constitutæ in Ecclesia nostra nobis consulimus, modo & ordine docendi in hoc libello, in tractatus quinque digesto & descripto.

SECVNDA PARS SIVE SECVNDVS TRACTATVS HVius Libelli.

DE MODO ET ORDINE Doctrinæ nostræ, quo in Ecclesia procedimus.

DE MODO ET FORMA Nostræ doctrinæ rationem reddituri, hæc præfari visum est, Quod nos, qui verbi ministerio in Ecclesia nostra fungimur, summopere & omni

omni ſtudio aduigilamus, vt, iuxta Pauli admonitionem, omnes unum ſimus, idem loquamur & doceamus, unuſquiſque iuxta ordiné, donũ & gratiam, a Deo ſibi præſtitam, Non enim ſumus ignari, præſidentium diſcordiam, eſſe diſſidiorum in populo cauſam, quod hoc noſtro ſeculo adeo late patet, ut nullis teſtibus res egeat, Nam cum ij, qui Eccleſijs præſident, ſeu hi, qui Enangelio refragantur (quorum maior pars eſt) ſeu hi, qui Euangelio ſubſcribunt non vſquequaque conſentiant, ac dum interim mordicus ſua quiſque tenet ac tuetur, & quæ aliorum ſunt, damnat publice, populus interim in varias ſectas ſcinditur, adeo ut vix duos reperias, qui eundum ſpiritum & mentem in omnibus fidei articulis habeant, ac in eis non diſſentiant.

Quare ne & nos huic malo obnoxij ſimus, verum ut inter nos ſit ſumma concordia, nauamus huic negotio operam quam maximam, Præterea hanc doctrinam in qua uſquequaque omnes conuenimus, quamque puppim (ut aiunt) & proram Chriſtianiſmi eſſe tenemus, in unum ordinem, ſeu quoddã Enchiridion redegimus, quod rurſus ſub quatuordecim ibi gradus coegimus ſeu partiti ſumus, cuique gradui, ſuum certum & legitimũ gradum & ordinem in docendo dedicantes, Vnde apparebit, quam apte alter ex altero propendeat ac procedat, quamque iuſto ordine, vel præcedat vel ſequatur, & quomodo omnes ad vnã ſalutis ſummã concurrant, & ſibimet auxilientur, adeo, ut alterum ab altero, exque ſua ſerie movere ac tranſponere, res ſit magno incommodo in negotio ſalutis docendæ futura.

In quibus omnibus, ſic etiam inter nos conve-

nit, ut

nit, ut ijs quę docturi sumus, nos omnes secura cō-
scientia innitamur, & de fide illorum nihil addu-
bitemus, ac plena erga Deum pace conscientiæ
gaudemus. Tum sub hæc, omnes in hac veritate
Euangelica concordes, eodemque spiritu & mente
populum docemus, iuxta seriem ac ordinem di-
ctorum graduum.

Principio docemus, ut quivis salutis auidus,
indubitatam sacris scripturis fidem habeat.

Secundo. Vt ex ijs Deum per fidem cognoscat.

Tertio. Vt cognoscat se ipsum, tam misere a
dignitate suæ creationis prolapsum.

Quarto. Vt misericordiam Dei, sese reparan-
tem cognitam hebeat.

Quinto. Iesum Christum servatorem credat
suum.

Sexto, Largitorem gratiæ spiritum sanctum.

Septimo. Ecclesiam sanctam, eiusdem spiritus,
dotibus, ut collectam, ita & ornatam.

Octauo. Vt pœnitentiam Euangelicam, in fi-
de Euangelij agat.

Nono. Vt per pactum fidei Deo reconcilie-
tur, adsequaturque fauoris Dei erga se certum te-
stimonium,

Decimo. Vt post adeptam illam favoris tanti
gratiam, bonis operibus incumbat, non ignavus
fiat.

Vndecimo. Vt armaturam Dei induat, quo
aduersus insultus hostium, tutus esse, atque fixus
in solida petra Christi subsistere possit.

Duodecimo. Vt rite ac legitime contra hostes
Euangeli & suos pugnet

Decimo tertio. Vt in perpetuo usu, aut frui-
tione Christi maneat, hinc quoq; & non aliunde,
ut præsidia

ut præsidia quærat, speret & assequatur.

Decimo quarto. Vt confidat Deo, quod ab eodem Deo patre, in fide usque ad vitæ terminum custodietur & conservabitur.

In his quatuordecim gradibus, totius religionis doctrinæ ac professionis nostræ, consistit ratio, in quo omnes per vinculum pacis sumus connexi, conglutinati, subiectique in timore CHRISTI sibimet invicem, captivasque ducimus omnes cogitationes humanas, in obsequium fidei & charitatis fratrum, ne animis dissidentes, inde autores sectarum, & dissidiorũ apud nostros simus, & tũ nobisque ipsis, tũ etiã plebi nobis adherenti, scandalo & ruinæ, Quin omnibus modis adnitimur, ut concordes & vnanimes, in eadẽ mẽte, eodemque spiritu, in hac salutifera Euãgelij veritate inveniamur, id enim Christiano gregi maxime conuenit.

Spiritus siquidem Prophetarum Prophetis subijci debet, iuxta Apostoli dogma, Porro Deus nõ est dissidij Deus, sed pacis & concordiæ, Amat siquidem fraternam concordiam, & unanimes facit habitare in domo, quod & Psalmus Davidis testatur, Quam bonum, inquiens, & quam iucundũ, habitare fratres in unum, Illis enim Dominus mãdavit benedictionem & vitam, vsque in seculum.

Ex ijs iam dictis patere cuiuis homini potest, professionem fidei nostræ, non esse aliam, quam orthodoxã & catholicam etiam olim receptissimã, cuique omnes subscribunt Quamvis in quibusdam articulis, non omnes idem sentiant, ut puta. De casu prothoplasti, De iustificatione, De ministris Ecclesiæ. De bonis operibus &c. Inter quos nõ pugnatur, pro ijs articulis nũ sint inutiles & reijciendi, sed de mente Articulorũ disputetur.

Iam tandem

Iam tandem ad professionem doctrinæ nostræ redeundum est, quam per singulos gradus ractos, quanto breuius fieri poterit, explicabimus, citra omnem orationis affectatam pompam. Verum simpliciter candideque huic uni intenti, ut quanto candidius fieri possit, mentem nostram omnibus cognitam faciamus, in eis quæ religionis & salutis sunt, quoue ordine in docendo populo nostro procedamus, Quis denique finis sit, ad quem ceu scopum quendam omnia nostra dirigimus.

PRIMVS APVD NOS DOcendi gradus est, de fide sacris scripturis habenda.

PRINCIPIO SALVBRITER ET VTiliter docturi, ante omnia, primam salutis, ac omnium istuc requirendorum, basim jacimus, fidem omnimodam & indubitatam, sacris scripturis habẽdam, tum veteris tum novi instrumẽti, quæ indeficiens fons ministris CHRISTI est, ad euangelizandum verbũ virtute multa. Quicquid enim Deus ab hominibus, aut credi aut sciri voluit, præcipue quæ essent de necessitate salutis, id per Ministros suos expossuit, ac per eosdem spiritu duce, litterarum beneficio in scripturas retulit, ut haberet posteritas, quo se regeret ac erudiret, quoque modo per omnia placere illi posset. Quæ quidem scripturæ, ut ad usq; nostra tempora adseruerentur, curauit, Et corda multorum ad easdem (hac potissimum ætate) convertit, quatenus & scripturæ in suam simplicitatem restituerentur, & corda fidelium renovarentur, siqui-

dem eo solo spiritu, quo scriptæ sunt intelligi, tractari ac salubriter doceri, & possunt & debent.

Ne autem de ijs quis addubitet, quæ in eisdem scripturis, ad salutem spectantia, prodita sunt, placuit ea maximis virtutibus, prodigijs & signis, quæ per Mosen, Prophetas, Christum & Apostolos operatus est, confirmare, fidemque illorum inconcussam reddere, quibus etiam & adversus Saduceorum vesaniam, potentissime demicari possit, Nec non omnibus dubitationibus satisfieri.

Exemplo nobis hic sit Nicodemus (ne plures commemoremus) qui signorum æstimatione ad fidē perductus est, sic enim ipsemet, se ipsum explicavit, Magister, inquit, scimus quod à Deo veneris, Nemo potest enim hæc signa facere quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum illo. Ipse quoque Christus, hinc potissimum expromptis argumentis, incredulitatem multorum arguebat & convincebat, ac docebat se à Deo venisse, quod signa & prodigia testimonium illi perhibuerint.

SECVNDVS. DE VNO Deo sub trinitate benedicta.

HOC PRIMARIO FVNDAMENTO fœliciter in cor iacto, protinus eadē scripturarum fide docemus, Vnum Deum in Trinitate benedicta agnoscendum, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, Creatorem scilicet, Redemptorē solumque Salvatorem, pro ut orthodoxæ Christianæ fidei confessio, in duodecim Articulos redacta, antiquitus docet.

Prætere

Præterea de potentia, sapientia, bonitateque illius inibi docemus, & quomodo vniversa pro cõsilij sui arbitrio producat, regat & gubernet & conservet, De voluntate eius itidem, quam in lege ac præceptis suis, per verbum suum declaratam & agnitam haberi voluit, quæ quidem voluntas in his duobus pendet.

Principio in dilectione Dei, ex omnibus viribus suis interioribus & exterioribus, Alterũ in dilectione proximi, non secus atque suimet ipsius. Atq; huc tendit illud Christi, in ijs inquit duobus præceptis, totá Lex Prophetæque pendent, Qui quidem Deus multiformiter multisque modis hominibus se insinuavit & declaravit. Verum per filium suum apertius omniú & clarius, sic enim Ioannes Baptista testatur, Quod Deũ nemo vidisset vnquam, Vnigenitus filius, qui in sinu patris est, is nobis, inquit, annunciavit, & ipse Christus, Hæc est vita æterna, inquit, vt te cognoscant solum Deum verum &c.

TERTIVS. DE COGNITIONE SUI IPSIUS, & quomodo a Deo creatore suo defecerit homo.

COGNITO DEO, OMNIVM RERVM cõditore, per scripturas sacras, per quas fidẽ illorũ, indubitatissimã acceperunt, Et quicquid illę in se contineant, restat mox videndum, quorsum hæc cognitio tendat, quidue de sese pariat, nempe cognitionem sui ipsius, Itaque hoc gradientes ordine, docemus tertio, hominem Prothoplastum ab

ſtum ab eodem omnium rerum conditore Deo, ad imaginẽ illius factum, ſanctum, integerrimũ, & abſolutiſſimum, immortalem, Deo apprime dilectum ac vitæ æternæ hæredem, A quo tota progenies ſua talis naſci debuerat, Quicquid enim Deus in principio fecerat, admodum bona erant, ſupra omnia autem homo.

Poſt, ubi vero Adamus primum atq; omnium maximum peccatũ, per inobedientiam deſignaverat, incidit in mortem, tum æternam tum temporariã, ac tota conditionis ſuæ dignitas naturaliter corrupta & viciata eſt, ut iam nõ habitet in eo bonum, ſed tantum peccatum, & concupiſcentia mala, Adhæc ut pœnas calamitateſq; omnigenas, nunc tẽporarias, dein quoq; & æternas oporteret eũ perpeti. Lata eſt in eum ſentẽtia, Interim docemus, ut quiſq; ſeipſum, & in eo cognoſcat, quatenus ſciat, quod in eodem Adami peccato, in matris utero & conceptus & natus eſt, Et quod huius peccati lex, hoc eſt, genuina illa, ſive genialis proclivitas, corruptio & concupiſcentia in eo vigeat Vnde errorum, peccatorum, ac totius mali fructus, ab homine prodeunt, & quod ob id, ad legis impletionem, hoc eſt, ad ſuæ creationis legem & actionem tenendam & exequendam, ineffica: omnino ſit.

Præterea quod nihili ſit, Deo abominabilis, & in viſus factus atq; id quidem naturaliter, ſive e: natura taliter affecta & viciata Hinc quoq; multiformes eũ pœnæ mortis temporariæ & ætern: à Deo iuſtiſſime decretæ manent, Et quod ex i; malis, nullis naturæ viribus, nullo ſtudio ſeipſur eximere ac liberare, gratiamque apud Deum d: mereri poſſit, Verũ in hac calamitate, & multim:

da miſer

da miseria (nisi Deus misertus fuerit) illi certo pereundū esse, Miseretur autem illi, quemcunq; ad remissionem peccatorum in Christo perducit, quæ apud Paulum copiose tractantur, ad Romanos & Galathas, & alias, Verum cui Deus donaverit, ut hanc suam à Deo degenerantem conditionem deprehendat, & iam certo sciat ac credat:, se esse miserrimum, & æternæ mortis mācipium, mox ab hora conceptionis & nativitatis suæ, hinc quoq; quisq, horribili terrore & cōtritione, ac interiore conscientię morsu cōcutiatur, sic affectus, Verum iam veræ pœnitentiæ habet fundamētum, Nihilominus ab ijs, qui de numero damnandorum sunt different, Hi enim, quanquam non minore sæpe concuciantur terrore, fit tamen id casu potius aliquo, vel solo inferorum, aut plagæ alicuius divinæ metu. Vbi vero caussa terroris recesserit, protinus ad ingenium redeunt, Ad cuius vero animum verbi sui radio ac virtute, Deus irradiaverit, & ad veram pœnitentiam, quibuscunq; rationibus & occasionibus adegerit. Is in detestatione, ac odio peccatorum rationabili seu discreto, perpetuo manet.

QVARTVS. DE MISERICORDIA Dei gratuita erga hominem, tam misere illusum, Deq; promisso liberatore filio suo.

HOC TERTIO RECTE CONSTITUTO gradu, hoc est, post evidentem & veram suæ ipsius conditionis cognitionem, tam longe à primæva creationis origine dissitā vel

etiam ſuaptæ, deponit ſe in quartum gradum, miſericordia Dei agnoſcenda. Quid enim aptius, quid deſideratius venit docendum, ac ſequatur, quam ut illico mentes ac conſcientias ſic expauefactas, & tanto terrore Dei conſternatas ſeu contritas ſerio ac pene exanimes factas, gratuito Dei Patris, erga genus humanum favore, quem ſuapte tanto peccatori & miſello homini præſtare decreuit, exhilaremus.

Equidem, poſtquam dolendam illam, & multo miſerrimam hominis ſortem hanc & conditionem, miſericordiſſimus pater ille Deus, intuitus fuiſſet, iſthuc iacentem, ac penè ſubmerſum, unde nullo pacto enatare poterat, miſeratus tantæ illius miſeriæ, conſtituit & certo decrevit, filium ſuum pro eo recuperando, terris demittendũ, At priuſquã demitteret, multis, atq; id ſæpe promiſſis, teſtatus erat, ſe ſcilicet indubitato miſertũ iri, & ſalvatorem demittendum, non quorumvis meritorum humanorũ, dignitatiſq; reſpectu aut æſtimatione, ſed ſuimet ipſius, ac nominis ſui gratia, quatenus in æternum miſericordia illius glorificetur & magnificetur.

Et hæc omnia ac ſingula, multifariam, multiſq; modis vaticinata & prædicta eſſe per Prophetas curavit, Peſtea vero, quam tempus tanto negotio ab eo deſtinatum impleretur, tum fons ille miſericordiarũ Deus pater largiſſimum hunc omnium gratiarum imbrem, in omnes peccatores effudit, demiſſo terris filio ſuo, Quod etiam ipſemet filius iſtuc demiſſus, expreſſe teſtatur, ſic inquiens Deus ſic dilexit mundũ, ut filiũ ſuum daret, ut omnis qui crediderit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

Quintus,

QVINTVS. DE SALVATORE ac liberatore Christo, qui sit quidue operetur.

QVINTVS DOCENTI GRADVS DE Christo (veluti omniũ, qui sequuntur, huic loco superior) aptissime se injicit, Demisso enim terris filio olim promisso, obijcit se illico docẽdũ, quatenus ille Christus Dei filius, cũ toto redemptionis, satisfactionisq; modo & ordine agnosci possit, Qui cũ verus Deus, vnigenitusque Cœlestis patris filiꝰ esset, ob salutẽ humanã demisit semetipsũ (ipsius Dei patris voluntate) in mundũ, spiritu quoque sancto in vtero matris, incarnatus, naturam seu conditionem humanam induit, inque unam cũ divinitate coniunxit, Quãquam autem sanctam & immaculatã, ac totius peccati immunem adsumpserit humanitatẽ, nihilominus tamẽ eum manebat pœna peccati, & cum omnibus miserijs, calamitatibusque nostris.

Atque hinc aparet, quanti a nobis æstimandus sit, summus ille & omnia supereminens, amor Dei erga genus humanũ, Quandoquidem usque adeo degenerantem, modisque omnibus corruptissimam, ac morti æternæ obnoxiã iam effectam, nostram naturã Deus assumpserit, pœnas in ea scelerum nostrorũ persoluturus, & sic honorauit, ut cum sua divinitate, eã in unam personæ suæ Hypostasim coniunxerit, Qua quidẽ gratia seu fauore, iste orbis nihil unquã, neque habuit, neque vidit maius nec præstantius. Equidem hac ipsa unione ipse Christus exinanivit semetipsum, forma servi accepta, verus mediator (qui Deo homines reconciliat) factꝰ est, quatenꝰ illi quisq; certa fiducia inniti

possit, Quod scilicet per eum omnium malorum terrore liberatus, Deo impense dilectus, ac filius & hæres vitæ æternæ, omniumq; bonorũ efficiatur.

Atq, huc alludit divus Ioannes, in prima Canonica quarto capite. In hoc, inquit, apparuit charitas Dei, quod filium suum unigenitum misit in mundum, ut vivamus per eum. Itaque clementissimus ille servator noster, natus est in mundum, ac certis ætatis & sapientiæ auctibus, coram Deo & hominibus proficiebat, Postquam vero temporis illius, aggrediendi hoc munus, impleretur calculus, Baptisatur à Ioanne in Iordane, atque inibi clarissima patris cœlestis voce, unicus illius, atque unice dilectus filius, à cœlo proclamatur, Ductus deinde à spiritu sancto in desertum, præliũ cum Sathana commisit, devicto Sathana, cum rediret à desertis, auspicatur suam prædicationem, & patris sui erga nos mentem adnunciat, multis interim varijsque signis & prodigijs æditis.

In ijs autem omnibus, nec minus etiam vitæ sanctimonia inculpatus, à peccatoribus longe segregatus, repertus est, quatenus dignus & idoneus, pro totius mundi peccatis sacrificus & sacrificium esset, Vbi vero immineret hora illius, nihil moratus neque cunctatus, passioni se parat, & sanguinẽ suum pro peccatis nostris fundit ac sacrificat, Pontifex simul & hostia factus, Quo quidem passionis sacrificio, morteque obita, æternã nostrã mortem abolevit, ac vitam æternam nobis mercatus est, devicto illo, qui mortis habebat imperium, hoc est, Diabolo. Et sanguine suo mundissimo, peccata & iniquitates multorum emundavit, ac omnino & in totum sustulit, Sic quoq; in carne carnis peccatum crucifixit, per passionẽ à

passio-

passionis æternæ pœnis, nos liberavit. Per mortem mortis imperium, atque ipsum mortis Tyrannum devicit, & nos ab illius tyrannide in pristinam libertatem & dignitatem adseruit.

Atque hac unica sui oblatione sanctificatos reddidit in perpetuum, promerita nobis gratia, redemptione, sanctificatione & vita æterna, omnibus scilicet in se credentibus. Posthac glorioſe à morte resurgit die tertio, ut sibi fidentibus novam vitam, quam morte ac sanguine suo acquisivisset, in ipso corpore suo & nostro adsumpto, demonstraret, eos exhilararet, & in spem vivâ huius eiusdem beatæ resurrectionis regeneraret. Tum fertur in cœlos, dextera Dei exaltatur, novam suis ad cœlos viam primus orditur, loca eis illic paraturus abit, advocatus, intercessorque clementissimus factus, quatenus ob illius præsentiam ac intercessionem omnia necessaria, omneque donum salutare daret desursum, credentibus.

Illi quoque ut omnem in orationibus respectum in eum, ac per eum ad Deum patrem, in cœlos converterent, Et eidē illic cum patre & spiritu sancto, in unitate Trinitatis beatissimæ, ut omnem cultum & adorationem impenderent. Denique ut non ultra, post ascensionem illius in cœlis, in terris eum crederent, Et hic vel ibi profiterētur, Non enim hinc, seu visibiliter seu invisibiliter, carni & sensibus nostris scilicet, usq; dū supremus iudicandorum vivorum & mortuorum dies advenerit, rediturus est in persona propria, corporis sui visibilis, Nam quid isthæc carnis suæ sensibus nostris præsentia hic conferret, post peractā iam in ea carne sua salutis nostræ functionē? Verum bene ac necessario præsentissimus est nobis

ille idem Christus, qui natus erat ex virgine, passus q; ac mortuus &c. Cum vero corporaliter in corpora nobis restitutis rediret corporibus nostris visibilis, tum ibi salutē omnium se participantium in beata vita, impiorum autem damnationem consumabit.

Atq; sic docemus Christum esse solum totius mundi salvatorem, cui à patre Cœlesti omnia donata sunt, In quo solo tantum salus est, atq; adeo, ut eā nemo usquam alias adepturus sit etiā nullis factis seu operibus, vel suis vel alienis. Nō est enim aliud sub Cœlo nomen, per quod salutē adsequātur homines, præter nomen Domini Iesu, Omnis enim qui confessus fuerit hoc nomen Domini, salvus erit, Et fundamentum aliud nemo ad salutem ponere potest, præter hoc quod positum est, qui est Christus Iesus.

SEXTVS. DE SPIRITV Sancto in locum Christi subrogato, deq; illius officio.

EODEM DOCTRINÆ DVCTV ET debito servato ordine, postquam agnovimus authorem salutis, filium Dei, à Deo patre nobis iuxta promissa illius datum, postque officij illius legitimi & veri usus cognitionem, evestigio Spiritus sanctus se cognoscēdus offert, qui solus Christum ablatum corporaliter, plenum gratiæ & veritate ingerit cordibus ac mentibus, Itaque aptissime sexto gradu Spiritum sanctū, in officio itidem, seu operationibus illius ad salutē humanā agnoscendū, docemus, qui à patre filioq; procedit, ac

cedit, ac etiam iuxta promissionem, desursum missus & illapsus est in mundum, quatenus personalis præsentiæ Christi loco, inter fideles maneat, eos sanctificet, ac meritis Christi implendo vivificet, consoletur, confortet, doceat, regat. Quodq; absq; eodem Spiritu sancto, nemo Christi particeps effici, & salvus fieri possit.

Vt enim Christus visibiliter operatus est in mundo salutem, ita hunc, totumq; hoc salutis negotium, per eum gestum, Spiritus sanctus mentibus ac spiritibus nostris videndum & possidendum inferat, oportet. Præterea quod itidem Spiritus sanctus, nullis hominum operibus aut factis demereri potest, tantū abest ut emi possit. Adest Simon ille magus horribili exemplo nobilis, ad quem, in Actis Apostolicis, Abi, Petrus inquit, Sit pecunia tecum, qua te spiritum sanctum emere posse confidis, in perditionem. Equidem Spiritus sanctus itidē gratuito, exque pura Dei donatur misericordia illi, quem Deus salvandum in Christo prædefinivit, quod multarum sacrarum scripturarum testimonio astruitur.

SEPTIMVS. DE ECCLESIA quam Spiritus Sanctus coadunat, Deque medijs, per quæ id operetur.

QVIA ETIAM SPIRITVM SANCTŪ mox sua sequuntur opera seu effectus (nō enim est ociosus) inter quæ vel primarium opus est, salvandos colligere in unum coporis sodalitium. Itaque recte & in nostro docendi ordine,

dine, Spiritui ſancto gradum ſeptimum, Eccle ſiæ tribuimus. Eſt autem Eccleſia, ſeu maio ſeu minor, credentium in Chriſtum, per Euangelium collectus numerus, iuxta id Chriſti, Vbi duo aut tres congregati fuerint ſub nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Cum enim Deus promulgatam iam à ſe, exhibitamque in Chriſto miſericordiam, mentibuſq; humanis impreſſam, ratam hominibus, & fieri & haberi per Spiritum ſanctum vellet, placuit in id muneris certa quædam exteriora media (mentem itidem ſuam declarantia) conſtituere, quibus id apud ſuos efficiat, quatenus tam benigne Dei erga ſe voluntatis, certiſſimi ſint.

Itaque conſtituit miniſtros, Verbum ſeu Euangeliũ, Sacramenta ſeu ritus, Euãgelio accomodos Miniſtros quos ſpiritu ſancto ſuo afflat, ut ſenſum verum ac germanum, ſacrarum ſcripturarum & Sacramentorum habeant, ac ſincere, citra errorũ admixtionem adminiſtrent, ad eumque finem Verbum, Sacramenta, ſive ritus omnes referentes quo tam propenſa Dei miſericordia humano generi per Ieſum Chriſtũ exhibita, cognoſci acquiri que poſſit, ſimul quoq; & fideliũ ſocietas, cũ eodem Spiritu, paciſque vinculo valeat conſervari His enim medijs, Deus fideles ſuos in Eccleſia ordinat, regit, providet, & conſervat ad vitã æternã

Itaque quamcunq; gentem aut populum Deus ſalvare in Chriſto conſtituit, illi eiuſmodi miniſtros & Euangeliſtas, per Spiritum ſanctum edoctos mittit, quorum opera, ipſe virtute Spiritus ſui, per Euangelium ſuum, & ſacramenta ſimul ſalutem in cordibus fidelium operatur, & eos cogit in unũ ovile, ut tanquã mẽbra unius corporis, pe

ris,per varias iuncturas & compagines cõglutinata, uno eodemque Spiritu vitali vivificẽtur, Varia miniſteriorum diſpenſatione coadunati paſcantur,regantur,cuſtodiantur,ac conſerventur ad vitam æternam in Chriſto Ieſu Domino noſtro, Atque hinc eſt illud Apoſtoli , Alios enim dedit Paſtores & Doctores &c. ad inſtaurationem ſanctorum,in opus adminiſtrationis, in ædificationem corporis Chriſti,

Quapropter,quicũque velit veram fidei,ſalutiſque rationem adſequi & habere,certiſſimuſque de Chriſti erga ſe fauore , deque meritis illius,num ſcilicet eorum particeps ſit,reddi. Hunc oportebit eiuſmodi Eccleſię incorporari . atque inibi de his certior reddi , Spiritus etenim ſanctus , per miniſtros.adminiſtrationeſque illorum, Salutem operatur, Et Chriſtus prope legis iure id a ſuis exigere videtur,dicens. Amen amen dico vobis, qui accipit,ſi quem miſero, me accipit, Qui autem me accipit,eum qui me miſit,accipit,

OCTAVVS. DE POENItentia.

POSTQVAM CERTIS EVIDENTIbuſque ſignis doceurimus cognoſcendam illam Eccleſiam Chriſti veram , quam Spiritus ſanctus in unum coadunat , & conciliat, citra quam non eſt remiſſio peccatorum,neque favoris divini,ulla certitudo,aut etiam effectus,Supereſt, ut in octavum gradum propoſiti noſtri,pœnitentiam collocemus , Quæ niſi ex priorum graduum cognitione veniat,nulla uſquam aut eſt , aut eſſe poteſt,niſi ficta,& hæc quidẽ nihili eſt, Hæc enim ſolius Chriſti Eccleſiæ propria eſt , Adigit namque

gitnamque hæc principio homines in Ecclesiam Exactos quoque, & lapsos ab ea, rursum in eandem reducit.

Docemus itaque, quid sit pœnitentia, Deinde hanc, merũ donum Dei esse profitemur, quo ante omnia homo per fidẽ Dei semetipsum cognoscit esse peccatorẽ, & erroribus ac iniquitatibus omnis generis; multo perditissimum ac corruptissimum, atq; ob id morte æterna dignissimũ, Vnde illi doloris vehementia, tristitia, deiectio, & cordis anxietas, ac horror ab ira Dei ingens oboritur, ob id potissimũ, quod tã benigno patre, illiusq; cura ac favore, tanquã degener filius seu potius spurius privatus esset, Sub hæc, q̃ Tyrannidi diaboli, peccati, infernique & mortis, summi Dei, à principio vera, germanaq; imago in terris, dominusq; omnium creaturarũ factus, obnoxius sit, Tum posthac audito tam læto Euãgelico, prius irati, nuncio, quo favor illi⁹ in Christo primogenito illo incarnatoque filio annunciatur, per fidẽ totus assurgit confidenter, mutatur in melius, decernitque apud se, non ultra ex confesso ac studio peccandum, quin potius pro arbitrio Dei patris suo bono, ad quod creatus est, vitã transigendã. Atq; interim misericordiæ Dei per ministeriũ Euangelij oblatæ ac receptæ, totus innixus, eam consequi ac per Christum iustificari, summopere cupit.

Atque hæc est illa apud nos pœnitentiæ, & origo & ratio. Sic quoq; Christus eam omnibus prædicari voluit, scilicet in fide sua, hoc est, illius misericordiæ, nostri gratuito miserentis, habenda fiducia, Et, en tibi Christi testimonium, sic inquit, Scriptum est, Atque sic. oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis, & in nomine illius

illius prædicari pœnitentiam in remissionem peccatorum.

Non solum autem docemus pœnitentiam agere illos, qui à teneris annis, perque multã ætatẽ, erroribus detinebantur, & peccarunt, verum etiam illos, qui cum pacatas iamdudum haberent conscientias, per fidem Iesu Christi, ac per Baptismum eius, remissionem peccatorum, spemque certam vitæ æternæ assecuti, relabuntur in pristina peccata vel errores. Equidem homo peccati lege, corruptus & vitiatus, in multos varioſque lapsus, etiam nolens incidit, Eapropter si accidat, quem sic relabi, vel in errorem, aut in peccatum mortale, seu contra Deum seu contra proximum, vel etiam contra seipsum, eiusmodi ad fidendum Dei bonitate, atque ad pœnitentiám agendam adhortamur & pellicimus, obijcientes misericordiam Dei omnibus certissimam, resipiscentibus.

Porro in hunc modum conversis & vere ac ex animo pœnitentibus absolutio fit, hoc est, deiectarum illorũ perterritarum mœstarumque conscientiarum, ob lapsum, rursus in Christo seu per Christum (lapsorum omnium spem & refugium) consolatio, arrectio, & pacificatio, in quibus vero Euangelium iam regnat, quique gratiæ Dei vere participes sunt atque bonũ illius sentiunt, hi ex animo peccare minime possunt, summo enim odio prosequuntur peccatum, Quod si quando contingat illos decipi, seu labi in peccatum, protinus resurgunt, resipiunt, & ad se redeunt, ut Petrus & alij, & modis omnibus cavent ea, quibus Deum offenderent.

Nonus

NONVS. DE FOEDERE poenitentis vere & ex animo, cum Deo ineundo.

POENITENTES MOLE PECCATORum oppressi, ac per Euangelium rursus exhilarati & erecti, cupiunt in hac oblata misericordia Dei confirmari, eamque sibi, ut donatam, ita certo testatam habere volunt, qua, ut sua propria iam iure gratiæ frui, citra omnem ambiguitatem possint. Quare pro eiusmodi certitudine cõsequenda habendaque, nonum doctrinæ nostræ gradum constituimus, fœdus scilicet illud novum clementissimum, olim promissum, per quod Deus nobis, nosque Deo viciſſim, reconciliemur, euidenter ac certo,

Fœdus hoc, duas habet partes, Vnam Dei, Peccatoris se reconciliantis Deo, & in fidem illius datæ redeuntis alteram. Ex parte Dei non esse aliud quam profusissimam illam liberrimamque ac clementissimam Dei erga tam misere prostratum genus humanum, quod nulli creaturæ huiusmõdi contigit, misericordiam, Pro cuius reparatione unicum filium demisit terris, & capitis illius discrimine, atque adeo morte, inexpiabile hoc hominis facinus expiandum, reparandamque illius ruinam decrevit, ac hominem tantis laboribus, meritisque filij sui iustificandum constituit In quo quidem filio, omnia, quæcunque ad salutem reparationemque hominis, quoquo modo profutura cognovit, abundantissime parauit, Ic quoque citra omnem, omnium humanorum ope

rum se

um seu meritorum respectum, per Spiritum sanctum, mediantibus ac cooperantibus ministris suis, ad id constitutis, donare nobis decreverit, sub occasione fœderis, in hoc solum ab eo promulgati, ut peccator confidenter accederet ad hunc thronum gratiæ, Eamq; ex eo profluentem misericordiam, nullo peccatorum quantumcunq; enormium respectu, modo resipiscere velit, ut adsequeretur, Atque sic eo fœdere Deus peccatori se obligat, remissurum se illi peccata, eumq; iustificandum, & in eo offert se illi, per ministros & Sacramenta.

Ex parte hominis est devotio sui ipsius, Deo, principio per veram indubitatamq; cordis fidē, per Euangelij integri prædicationem adeptam, perq; liberrimā in eadē fide, sui ipsius consecrationē Deo, demum per oris confessionē publicā sive solennem, cum resignatione totius impietatis, iuxta Paulum ad Titum, Quæ quidē consecratio & confessio, apud nos ab noviter cōversis, ad hanc fidē Euangelicam, corā populo Dei, corāq; ministris Ecclesiæ fit, Quatenus etiam publicam solennemq; absolutionem, & certissimum evidentissimumq; Christi gratiæ testimonium, per manuum impositionem suscipiant, quo peccatorum remissio, iam olim per Baptismum Christi testata, evidenter refricetur, atque tum demum credēdi, in usum eius proprium tribuitur, Itaque qui id germane ac rite adsequuntur, ius omne ac potestatem participandi Christi per ritus Sacramentorum, in id à Christo constitutorum sigilli vice adsequuntur, Ac sic Ecclesiæ Christi incorporati, filij Dei atq; hæredes vitæ æternæ, & sunt, & habentur.

De hoc fœdere, ſuaviſſimas promiſſiones Deus per Hieremiam promulgavit, Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus, faciam cum domo Iſrael pactum, ſeu fœdus novum,

Et iterum, Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorũ eorũ non memorabor amplius. Paulus vero ad Romanos de eodẽ fœdere, Corde, inquit, creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Ad Titum vero, vbi illum ad fidei certamen cohortaretur, commemorat illi fœdus hoc dicens, Decerta bonum certamẽ, & adipiſcere vitam æternam, ad quã vocatus es, & profeſſus bonam profeſſionem, coram multis teſtibus. Item ad Theſſa. Hæc, inquit, eſt voluntas Dei, conſecratio ſeu ſanctificatio veſtra.

Petrus quoque itidem de eodem loquitur, Simili, inquit, modo ſalvos facit Baptiſma, quo nos ſordes carnis abijcimus, Sed quo fit, ut bona conſcientia bene reſpondeat apud Deum. Chriſtus vero velut ſummarie concludens, Ite, ait, prædicate per orbem univerſum Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſalvus erit.

DECIMVS. DE BONIS operibus.

FOEDVS, inter Diſſidentes iam firmatum, requirit, ut inviolate pacta ſeruentur, Non itaq; impertinens eſt, & mox ſub hæc, De bonis operibus confœderatorum Deo, loquamur. Quid enim aptius hic doceri poſſit, quam ut decimum Euangeliſandi in noſtro ordine, bonis operibus gradum tribuamus. Itaque docemus, poſt conſecrationem

secrationem sese Deo,tã in nos propitio, per adeptamque sic remissionis peccatorum gratiam, ut Deo confœderati,quisque pro sua virili, bonis operibus sese accingat,Non enim vt ignavi,desideant seu torpeant,nullique sint vtiles,in fœdus tam benignum admittuntur.Christi enim est, Ite docete omnes gentes,baptisantes eos,In nomine Patris &c. docentesque eos servare omnia quæcunque præcepi vobis.

Hæc autem omnia maxime consistunt in fidei excercitio & in impletione mandatorum Dei. Ante omnia enim de fide dicit.Hoc est opus Dei, ut credatis in eum,quem pater misit. Atque hinc patet,fidem esse primarium ac digniſſimum omnium,laborioſiſſimum, utiliſſimumque opus,ex qua omnia reliqua opera, non secus atque ex optima arbore,optimi fructus,copioſiſſimi,saluberri mique prodeunt. & sunt Deo acceptiſſima hæc opera,gratiſſimaque,Atque de huiusmodi dicitur,Qui vult ingredi vitam, servet mandata. Sic namque Apostoli ex mandato magistri sui,se gesserũt,quod scilicet ad fidem susceptos ac baptisatos docebãt, ne in vanum,hoc est,nihil operantẽ, gratiam Dei recirerent.Verum ut in ea se assiduo exercerent,bonisque operibus incũberẽt, ne essẽt arbores sicomorum,membraque sua(hoc ad vnũquemque sigillatim ac seorsim pertinet,alia enim sunt proximorum) vt arma iustitiæ consecrarent.

Atque id quidem singuli,quisq;pro suo gradu, statu,sexu,ordine,vocatione,& officio,& ætate,ubi vbi quis stat aut constitutus est, domini, servi, parentes,filij, mariti, uxores, monarchæ, milites, potestates, iudices, privati quoque mercatores,colo-

res,coloni,pauperes & diuites,In ſumma, omnes & ſinguli.

Ea vero ipſa bona opera,ob id facienda docemus,Primo ut voluntati diuinę mos à nobis geratur,Namque ipſius,inquit Apoſtolus, ſumus figmentum,conditi in Chriſto Ieſu ad bona opera, ut in eis ambularemus,Hæc enim poſt acceptam gratiam certum eſt,illi grata eſſe,& ſaluti hominū conducere. Secundo, Vt per bona opera firmam vocationē & electionē,iuxta Petri admonitionē, efficeremus.Tertio, Vt per ipſa bona opera,in adepta iam miſericordia Dei,conſervari valeamus, neue per eorū obmiſſionē,in priſtina peccata relaberemur(quod ignavis imminet certo)quibus ſuccumbētes, gratia ſeu favore Dei privari,& in perditionem devenire nobis contingeret,Quarto. Vt in gratia Chriſti magis ac magis proficeremus,& augeremur, Atque hinc ut certius divini fauoris erga nos habentes argumentum,maiorem fiduciā & conſolationem ac ſpem,in diem aduentus Domini,nobis colligeremus.

Poſtremo docemus,quod bona opera, citra Ieſu Chriſti fidem,quantumuis magna,quantumvis in ſpeciem ſancta, non iuſtificant coram Deo, qui ad occulta cordiū intuetur, novitque omnia, Qui quomodo condidit hominem, & quantum degeneravit ab eo,in dedecus creatoris, & totius univerſi ſui,ſcit,Cum homines tantum, iuxta faciem bonos æſtimant, a bonis ſcilicet operibus externis,quæ Deo non ſatisfaciūt (quoad interiora enim ſunt viciata) ob quod ad primœuam conditionem ſuam aſſurgere non poteſt, Neque gratiam ſeu favorem illi promerentur, ſint ut ut vis,in ſpeciem egregia,& quod homini ſit poſſibile,ſan-

le, sanctissima & inculpatissima. Siquidem nemo per ea salvari, & restitui in suam conditionem primœuam, Sed nec vel minimam delictorum suorum culpam, delere aut expurgare, potest.

Adde, si totum genus humanum, præter fidem in Christum solum, in id incumberet, frustra omnes conatus suos impensurum, Ediuerso in. fide Iesu Christi, omnia opera, etiam exigui ponderis in speciem (dummodo sint a Deo præcepta, & per Christum ac Apostolos commendata, & doctrina seu exemplo illorum approbata) esse acceptissima, salutaria, benedicenda, & fructum allatura, ob id, quia sanctificationem suam per Christum assequuntur, & certam promissionem mercedis & gratiæ habent.

VNDECIMVS. DE ARmatura Dei

DOCEMVS VNDECIMO, ARMAturam spiritus, bellaturis esse per necessariam, aduersus Diabolum, Mundum, carnem, Antichristum, atque adeo aduersus portas inferorum, dæmonumque insidias. Arma hæc, esse omnigena virtutum genera ceu fortitudinem ac robur divinitus datum, quo mens, propositum, intentio, voluntas, totus denique ac integer Spiritus hominis, constabilitur, ut credat, amet & adhereat Deo ac illius voluntati per omnia, non pacis tantum ac prosperitatis tempore, sed etiam in tẽtationibus & aduersitatibus, adeo ut nihil tam amabile, ac volupe sit neq; tam inuisum & abominabile, periculosũ, ac terribile, quod a fide fauoreq; indulgẽtissimi illius Dei

patris avertere possit,tam abest ut pernegare illum,quicquid id fuerit,adigat.

Namq; omnes,quotquot pie in Christo vivere contendunt,multa eos manent à præfatis hostibus sustinenda ac perpetienda. Siquidem per varios casus,per tot discrimina rerum,perq;multas tribulationes traijciendũ est in regnum cœlorum,Atq; hoc est,ad quod Apostolos inhortatur, Adsumite inquit,omnem armaturam Dei, ut resistere possitis in die malo, & in omnibus perfecti stare,

DVODECIMVS. DE LEgittime ac rite adgrediendo certamine

SIC ARMATOS Dei milites Docemus deinde legittime ac circumspecte belligerare, contra dæmonem,illiusq; versutias.Equidem circuit is,velut Leo rugiens, si quem fidelium deglutire valeat,hoc est,à fide atque digna vocationis suæ vita,& à conscientia bona, denique à viva spe deijcere, inque pristinos , tum errores tum peccata , ac tandem ad desperationem inducere.Qui quidem paratissimos , atque infinitos in id habet laqueos,occasiones ac capturas, Ea propter multa & oculata opus est prudentia, bellum hoc experturis.Et Paulus,Nemo,inquit, coronabitur,nisi qui legittime certaverit.

Porro omnem victoriam, & omnem vincendi spem,in Christo Iesu illiusque fide pendere, Docemus itaque,quod quanto quis fortius , fidei, promis-

promiſiſq; Dei incubuerit, tanto contra Dæmonem glorioſior victor evadet. Et huc illud Petri proſpectat. Cui reſiſtite fortes in fide. Paulus quoq;, quo ſe hic alijs in exemplum, ut ſcilicet æq; bene ſperēt, exhibeat, Omnia, inquit, poſſum in eo, qui me corroborat Chriſto. Idem, Bonum certamē decertavi, curſum conſumavi, fidē ſervavi, depoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui eſt iuſtus iudex, non ſolū autē mihi, ſed etiam omnibus, qui diligunt adventum illius.

DECIMVSTERTIVS. DE fiducia in Chriſtum, Quod ſcilicet per fidem ei adhærentibus, & non ſecundum carnem verſantibus, nulla ſit condemnatio.

QVANDOQVIDEM devotus Deo, per fidem Ieſu Chriſti, ſubque illius vexillo militans, etiamſi quantumcunque caute agat & circumſpecte, tamen nullo modo fieri poteſt, ut non in multis offendat, multiſque non obruatur defectibus, Qui etiam intra optima hominum opera, ſeſe ingerere ſolent, quibus plerumque Chriſtiani hominis mens deijcitur & conſternatur Itaq; eget in fiducia Chriſti conſolatione, in quo & peccatorum condonatio, & defectuum ac imbecillitatum noſtrarum perfectio, denique omnis noſtra iuſtificatio, repoſita eſt.

Quare docemus, atq; id diligentiſſime, iſto tredecimo noſtræ inſtitutionis gradu ſeu articulo,

ſumma ſcilicet fiducia, Domino Ieſu adherendũ, quod ſcilicet ob illum, illiuſq; apud patrem interceſſionẽ, nihil damnationis ſit ijs, qui eidem per fidem ſunt inſiti, Namq; ipſe hoc nomine advocatus noſter eſt, dextræq; Dei adſiſtit, infirmitatum noſtrarum ac imbecillitatum, propiciatorium factus.

Interim docemus, peccata bifariam dividi, in irremiſſibilia & remiſſibilia, Remiſſibilia (ſeu ut aliqui volũt venialia) eſſe ea, quæ ex lege peccati, quæ in carne eſt, exq; naturali corruptione, omnes actus noſtros ſequũtur, qui autẽ dicit ſe peccatũ nõ habere, hic fallit ſeipſum, Ioannis teſtimonio, & veritas in eo nõ eſt, quin potius cœcus eſt, qui neq; ſeipſum, neq; inhabitãs in ſe peccatũ agnoſcit. Et quamq; pij ac fideles malũ hoc quoderũt, deſignẽt æquè ut alij, nõ tamẽ id ex animo aut ſtudio, ſeu ex perverſitate, neq; etiã delectantur ſeu gaudẽt ex eo, ſed magis id accidit illis invitis, Siquidẽ malum hoc, in ſe ipſis ſumme deteſtantur, ac ex eo graviſſime deijciuntur animis, quod ſcilicet iſthæc præter voluntatẽ inſtitutũq; illorum accidant, Quare huiuſmodi exceſſus non difficile emendant, prout modus admiſſorum, & Eccleſiæ conſiliũ expoſcunt, Qui eiuſmodi ſunt, iam non illi malum hoc operantur, ſed inhabitans in illis peccatum, Atq; ob id eiuſmodi peccata, quamtumcunque etiam enormia, docemus, quod ſunt venialia ſive remiſſibilia, quia Chriſtus pro illis hoſtia ſacrificiumque patri adſiſtit.

Et huc tendit illud Ioannis, Filioli mei, ſcribo vobis, ne peccetis, Quod ſi quis peccaverit, habemus interceſſorem apud Deum Ieſum iuſtum, &

ſtum,& ipſe eſt pro peccatis noſtris propiciatio. Et iterum Paulus, Nihil, inquit,eſt damnationis, ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu. Atque hic eſt ipſiſſimus & efficaciſſimus locus, imo & ſumma extremaque animorum deiectorum,ob eam corruptioné,aſſiduamque peccabilitatem neceſſitas, Cænæ ſcilicet extremæ inſtitutio, Vbi panem & vinum,in corpus ac ſanguinem ſuum condere,ac etiam diſerte pronunciare dignatus eſt, ut fideles edentes ac bibentes corpus ac ſanguinem illius,& interim mortem illius adnunciantes, omni fiducia in Chriſtum,illiuſque mortem, perinde atque iam ſuam factam,hoc Cæne ſanctiſſimo ac liberaliſſimo dono,pacificent per hoc ſuas, ob hanc imbecillitatem turbatas & perterrefactas conſcientias,Quod ſcilicet morte illius ſanguiniſque effuſione,omnia iſt hæc peccata diluantur, atq; in hac morte ſubmergantur,ita ut nihil illis damnationis adferant,quin potius ſalus eos æterna, in Chriſto parata,omni certo certius,maneat, Quæ omnia in corpore & ſanguine Chriſti Ieſu per ſpecies externas,panis & vini adferri ſibi, ſed & dari ſentiunt, Atque hinc conſcientiæ illorum plus quam dici ac æſtimari à quoquam poſſit,exhilarantur inque ijs tantis bonis ſumma cũ animi gratitudine voluptuantur. Et hic eſt ille ſummus, quove vel ab omnibus angelis, nedum hominibus maior exhiberi,ſeu Deo ac Ieſu Chriſto eiuſdem teſtatori gratior fieri, honor poſſit. Hæc illa ſumma tanti Sacramenti (remiſſionis ſcilicet ſemper perſeverantis in Eccleſia peccatorum)adoratio,fideſcilicet indubitatiſſima,ſuſcipere,cum hac præſcribuntur iſt hæc,ſed & dantur.

Quid ad hæc collata ſunt? fumantes cerei,tin-

cinnabula,aurũ,gemmæ,purpuræ, mortuæ quo que & frigidissimę,sine mẽte,genuum flexiones complosi neſque manuum & ultra nihil,Quorũ autem corda hic adflavit Deus,ut hæc & intelligant,& conſcientias confirmẽt ac exhilarent,exhibent & habent iſtorum animi,corda,conſciencięve longe Deo & Chriſto Ieſu digniores adorationes, Ita ut ſe præ gaudio ac reverentia capere nõ poſſint,geſtientes,laudantes,extollẽtes, & gratias pro modulo mortalitatis ſuæ, Deo primum per Ieſum Chriſtum agentes, Atque hæc ubique deprædicantes.

Ediverſo,qui hæc ignorant,ac ſunt velut aſinus ad lyram, & diu noctuque genibus incumbant, & manus elevent, ac etiam aſſiduo ſuſpirent ex imis præcordijs,Quid aliud faciunt, quã pſitacimore humana verbula quædã docti,ſtridere? Nõ longe ab ijs ſunt,quorum corda,horror iræ Dei, ſervis ob peccata non attigit,& ad eos iſta nihil, fingant ut velint alia hic reponi,quantumcunque ſpecioſa ac plauſibilia, De ijs, cum latius in hoc libello, ſuo loco agere conſtituimus, ſunto hic ſatis,ad noſtra redimus, Hoc uno hic adiecto,quod nos homunciones nihili,ab hac,de ſacroſancto hoc Sacramẽto ſententia,aq;illius tanta æſtimatione ac reverẽtia nõ diſcedemus. Nam quis ſuum optimum non ſuper omnia pendat, maxime in quo ſalus,vita æterna,remiſſioque tot imbecillium noxarum illius, conſtituta ſit,& id non è cuiuſvis homuncionis, ſed ab ipſius filij Dei omnipotentis inſtitutione æterna. Hic ſtamus, hic morimur, atque id opponemus etiam exhalantes animã,Morti,Inferno, diabolo,omnibuſque peccatis,in cruce Domini,cum Chriſto af-

sto affixis & ingulatis inibi, vt eos isthinc hostis noster perpetuus diabolus, obiecturus ea nobis, exscribat e latere scilicet Iesu Christi aperto.

Irremissibilia hæc esse docemus, Incredulitatem scilicet verbo Dei sive Euangelio, cum omnibus quod ipsum amplectitur, obdurationem pervicacem in malo, contra dictionem veritati studiosam, & ex professo, tive ob vanam gloriam, sive alicuius dignitatis seu favoris obtinendæ gratiæ, aut ex suimet ipsius complacentia, apertissime scilicet illi probatissimę ac invictissimę veritati, vsq; etiã ad blaphemiam, tum illius, tum etiã eorum qui amplectuntur eam. Et ad hanc intentionem, irremissibilia sunt omnia idololatriæ peccata, & alia quæque contra Deum & proximũ admissa. Item si quis post adeptam huius Euangelicæ veritatis cognitionem, quibuscunque occasionibus, sive causis, suapte sponte & consulto ab ea exciderit, & nec admoneri sustinet, quin etiam in admonitores fertur hostiliter, & peccata suã extenuat, tuetur & excusat, & offẽsiones pro tuitione sui undecunq; potest cõsarcinat, argui etiã ab Ecclesia non sustinet, suis consilijs innititur pertinacissime, admonitores repellit malicioſissime, atque ijs contra dicit, coarguentes se, odio persequitur, ijs detrahit, falso traducit. Cum aduersarijs veritatis ac contradicentibus illi confederatur, cumque illis etiam veritatem, quam prius tantopere coluerat, inuadit & blasphemat.

Hęc atq; ijs similia irremissibilia diserte pronũciamus, Nam an non recta huc feratur illud Ioannis. Est, inquit, peccatum ad mortem, non dico quod aliquis oret pro eo, Et ad Hebreos, Voluntarie, in-

rie,inquit, peccantibus , post acceptam veritatis cognitionem (scilicet veritati agnitæ, contradicente blasphemando, nihili pendendo) non ultra pro peccatis relicta est hostia , sed formidabilis quædam iudicij expectatio , & ignis vehementia qui devoraturus est adversarios, Et Christus Qui dixerit,inquit,blasphemiam in spiritum sanctum is non habebit remissionem, sed dignus erit igni æterno.

DECIMVS QVARTVS. DE confidentia, Perseverantiæ in Christi gratia, ad usque finem vitæ.

HOC DOCENDI PROCEDENTES ordine, supremum tandem , quartundecimum nostrum , veluti structuræ huius totius gradum , de certissima scilicet perseverandi spe in fide IESV CHRISTI, imponimus , Itaque docemus , Vt fideles, certissima fiducia Deo inhæreant , in gratia eius ad finem vitæ perseveraturos , & post hanc vitam habituros æternam perbeatamque resurrectionem, ac nunquã finienda gaudia in locis amœnissimis cœlestis patriæ cuius quidem firmissima extant testimonia. Christus namque suorum ductor & pastor , ait, Oves meæ vocem meam audiunt, & ego agnosco eas & sequuntur me , illisque vitam impendo æternam , Et de manu mea nemo mihi illos extorquebit. Petrus vero, Deus, inquit, omnis gratiæ qui vocavit nos ad æternam suam gloriam per

Chri

Christum Iesum ille nos parumper afflictos instaurabit,fulciet, corroborabit,reficiet,ipsi gloria in secula seculorum.

Isto quoque decimo quarto Articulo,perinde atque certissimo, desideratissimoque ac præcedentium colophone , sub certa spe constituimus & stabilimus fideles, ut ea velut firmissima iacta anchora , secure potiantur ac innitantur, traijcientes videlicet ad ea usque, quæ sunt intra velum , ubi præcursor noster ingressus est Iesus Christus. Amat enim Dominus quod æquum est, Nec unquam sanctos suos deserit , sed perpetua custodia fovet eos.

Porro id cum primis necessarium ducimus, ut populus fidelis de salute sua reddatur certissimus,non modo in principio conversionis & medio , sed etiam de fine, ut vera cordis pace gaudeat, eo , quod certo credit, quod Deus qui in eo cœpit operari salutem idē & perficiet , & certissimam dabit perseverantiam usque in finem vitæ,& post hac,ad æternam salutem perducet, Id vero totum ob solum Iesum Christum in quo totius huius consolationis summa , plenumque gaudium dependet,cui sit laus & gloria.

Hæc forma nostræ doctrinæ (sive , si mavis, ordo docendi aut Methodus,apud nos)ijs quatuordecim Articulis comprehensa est, quam pro ædificatione communi,in fide in eisque rebus,quæ salutis sunt,existimamus nobis & utilē & necessariam,Præterea unusquisque Articulus, non ob id seorsum ac seoaratim ponitur,inque certo sub loco ab alijs distinctus , & privatim huius vel illius, unius soliusque,aut etiam duorum triumue usus, posthabitis cæteris,sufficiat, Equidē omnes simul

junctı,

iunctí,in unum salutis scopũ, recta feruntur, Verum eos in eam doctrinæ salutaris summam distinguendi,nõ una leviſue habita fuit nobis ratio

Prima est, Vt mens nostra,inter hoc multiforme huiusseculi docendi genus, in eis quæ salutis sunt evidentior fiat, Vt quoque facilius.quis usus singulorum sit intelligatur, quove ordine Christum,mentibus humanis inplantemus.

Secunda,Vt hæc nocentiſsima in docendo confusio ac permixito tollatur, quæ quidem passim in docendo currit,adeo ut plerique proprium usum huius cuiusque articuli, ſive mavis prçcipuæ in religione sententiæ, proprium usum, nec non etiam docendi ordinem seu locum illius ignorantes, plerumque præpostero ordine,ea quæ iure locanda ac docenda erant,in postremo,loco, in primum rapiunt,& e contra,Quo fit,ut quemcunque istorum articulorum vel sententiarum, suo loco & ordine exegeris,energiam illi omnem ac operationis proprię efficaciam qua ad salutem (in loco & ordine suo) utroque ut aiunt, pede, cooperatur,in totum abstuleris,& alienam quandam illi elumbemq,affingis & obtrudis,Iam non parum inter est quid in loco, quid secus,aut dicatur aut operetur.

Adde, quod hinc magni oboriuntur errores, frigentesque sententiæ vel invitis eiusmodi fabris,ingenerant sese, quæ non modo parum frugi sunt, Verum etiam permultum incommodant,atque id quidem sub personata veritatis scripturum imagine, Quod vel corporis humani exemplo evidens est, Siquidem dissectis seiunctiſq; ab invicem,è corporis conbinatione,membris,adsint licet omnia,tamen tam abest, ut pulchrius reddideris,

fidetis, amabiliusq; ut etiam omnem genuinam, uavemq; & adficientem harmoniam illius, non modo corruperis, sed etiam quodque membrum per se legittima eius, pro totius corporis usu & decoro, operatione fraudaveris & spoliaveris, Atq; hoc pacto, corpus totum fœdum, inane ac nihili reddideris.

Non absimile est, & in hoc docendi genere, idque reipsa compertissimum. Quidam enim sunt, qui arrepto mordicus aliquo fidei seu religionis articulo, puta de sola fide, aut de bonis operibus, Sit etiam de aliquo sublimiore vitæ genere, aut de libertate Christiana, aut etiã de Sacramentis, deque Cœna Domini maxime, sive itidem de potestate sublimiore, atque id genus, quocunq; è scripturis divinis extracto. Tum hoc solo pro summa totius religionis arrepto, magnas movent in Ecclesia Dei Tragœdias, alijsque ob id facessunt negotia, seque ipsos simul ijs (& quidem magno malo) implicant, Vnde fit, ut quicquid sic pro summa religionis arripuerint, hoc solo armati, prodeunt in pugnam contra omnes, id intonant, alios invadunt, Quo scilicet se magis spectabiles reddere valeant, perinde atque in eo, quod sic tumultuose exagitant totius salutis salutarisque doctrinæ puppis, ut aiunt, & prora pendeat alijs articulis ac sententijs non parũ multis, æque huic negotio necessarijs, imo vero longe utilioribus, intactis relictis. Fit itaq;, ut hoc truncato ac confuso docendi genere, ac eorum, quæ cohærere sibi invicem debuerant, divulsione, nihil aliud quã etiã simultas & odium suppullulet & alatur, veraq; interim pietas, salutarisq; doctrina, quin etiã germanus illius sensus, corrumpatur & extinguatur.

Neque

Neque etiam hunc docendi noſtrum ordinem ac modum, ob id in eum numerum digeſſimus ut duodecim fidei orthodoxis articulis receptiſſimis, e quibus iſti noſtri prodeunt, quicquam derogemus, Nempe ijs apud nos ſemper ſumma tributa eſt authoritas, ita vt ad mentem illorũ, omnino noſtra ab initio doctrina poceſſerit, atque hactenus procedit, Teſtimonio huius ſũt omnia maiorum noſtrorum, noſtraq; ſcripta ac libelli, nec non & illa Apologia noſtra Latina utcunque inerudito ſtilo ſcripta, olim Norimbergæ impreſſa, clare teſtatur, Verum, ut quo docendi retu, in ſtatute negotio, & in eis, quæ Deus a nobis exhiberi ſibi ac fieri velit, manifeſtum ſit omnibus, Et quam item candide ac integre omnibus, quicquid Chriſtiana fides ac ſcripturæ exigant, fidelem nauemus operam, Quibus denique modis ſeu medijs, eorum omnium bonorum reddimur participes quin etiam alios reddere ſatagimus.

Proinde non etiam hoc Articulorum Catalogo id volumus ac prætendimus, quo minus datis occaſionibus, iuſtiſque rationibus, vel auctior vel contractior eorum numerus fieri poſſit, inviolato tamẽ ſalutis ſcopo & uſu ſervato, Verum ſub hoc tempus pro clariori eorum, quæ tumultuario, cõfuſeque multis in docendo traduntur, intellectu proque magis germano, integrioreq, docendi munere, eorum, quæ Euangelicę fidei ſunt, ijs quatuordecim articulis ſeu gradibus, e ſacrarum ſcripturarum armario erutis, alteriſque ex alteris pendentibus ac lucem ſibimet addentibus, procedimus, atque ijs contenti ſumus.

Putamus quoque nos, in ijs Articulis, omnem totius Euangelij ac doctrinę Chriſtianę ſummam,

mam, fideliter complexos esse, sive eorum, quæ ad salutem, bonamque conscientiam, sive ad vitam, seu mores Euangelio dignos, pertineant, Id autem quantum ad summam, sive maius Enchiridion quoddam, attinet, Quamquam non sumus nescij, alios qui fœliciore stili vena præcellant, hoc exactius & absolutius, si rem hanc tentare liberet illis, posse facere & absolvere.

TERTIA PARS HVIVS TRACTATVS

Quo ordine ac ritu in Ecclesia nostra administratio salutaris fiat apud nos, Quoque pacto & forma in eam exteri recipiantur, Quis denique sit usus clavium.

QVOD EXTRA Controversiam vérum est, quod omnis Ecclesiastica administratio, quæ illic fit, pro ædificatione fieri debet, Non ædificat autem, nisi decenti ac iusto procedat ordine, Atque hinc est illud Paulinũ, Omnia inter vos decore & ordine agantur, Id vero fieri à pastoribus minime posse, nisi cum ita instituatur ista hæc administratio, prout requirere videbitur, iuxta temporis occasionem, huius populi, tum necessitas, tum utilitas etiam, Esse enim in plebe quosdam recens ab erroribus Antichristi aversos, qui apud nos recepto iam pridem vocabulo, incipientes vocantur. Rursus es-

sus esse alios qui iam explosis erroribus, in Euangelicam veritatẽ ferantur, eamq; ipsam amplectantur, Sed & ea ipsa divini numinis favore, absq; malitiæ iniquitatisq; fermẽto fruuntur in conscientia tranquilla apud Deum, interq; membra Ecclesiæ ab se agnitæ in spe certa, indubitata futurę beatitudinis, Et ij quidem apud nos proficientium vocabulo censentur, Non deesse itidem, qui ad perfectionem ferantur, inque iam accepta gratia, ab multis annis perdurant, citra lapsus nocivos, seu maius mortales. Atq; eiusmodi appellitamus, eos esse, qui perfectionem moliantur.

Cæterum inter eiusmodi ac taliter affectos, esse quosdam permixtos, deiectis animis, tristes, pusillanimes, Alios varijs tentationibus, hos illis, alios alijs adobrutos, inque variarum occasionum malarum periculis constitutos, Rursus quosdam esse ex animo, totisq; conatibus repugnantes, alios arma abijcientes atq; languentes. Itẽ, esse nonnullos (ut ita dicamus) libertinos quosdã, sive trasones, exleges, inquietosq; alios, sive gravioribus sive levioribus quibusdam peccatis, nimium irretitos ac obnoxios, Extorres, perq; carnis concupiscentias, mundique illecebras, abijsse plures. Ediverso, alios redeuntes ad se ac pœnitentes, Semichristianos, non paucos hypocritasque, Nec abesse, qui in totum exciderint. &c.

Quibus quidem omnibus (posteaquã omnium istorum, ut ita dicamus, capax est, Euangelica sagena) non uniformis, quinimo diversa ac varia à pastore pabula ac medicamina sunt adhibenda & administranda, pro ut scilicet uniuscuiusque istorum & conditio, & ædificationis illius commoditas, exigit. Quod & sacræ scriptura obser

obſervant, varia pro verietate adfectuum ac conditionem offerentes pharmaca. Quatenus ſcilicet ſingula Eccleſiæ ſanctæ membra, ſuas legittimas habeant, iuxta menſuram, adminiſtrationes, pro incremento ac ædificatione illius, de quo late apud Epheſios Paulus diſſerit.

Porro medicamina hæc, non abſimilia eſſe corporalibus, Nam, an non illic mire abſurdam rem, ac explodendam deſignaret, medicum profeſſus quis, qui cum exhibere teneretur pharmacum confortativum, obtruderet virtutis (adhuc egræ relictæ) proſtrativum, Aut Chirugicus, emplaſtrum vulneris mundificativum adhibiturus, admoveret conſolidativum. Seu etiam quis famelicum refecturus, labores illi decerneret, Econtra, ſaturrimo ventri convivium appararet atque adponeret, Non ſecus Eccleſiæ miniſter ac œconomus, ſi cui calcaribus egenti ad pœnitentiã, ſit vel privata vel publica, ſeu etiam alicuius totius Eccleſiæ perſona, plauſibilia quædã illi, quibus adhuc lõge ſecuriorem redderet, iam iam moribundam conſcienciam offerret, ut iam in vtramque aurem, ut aiunt, Mandragoræ indormiret. Et e diuerſo, idem iuditium ſunto.

Rurſum, ſicubi res egeat adminiſtratione, ad conſtantiam ac perſeverantiam in gratia iam amplexa, miniſter doctrinam ſuã accommodaret illo, quo ſcilicet pacto, ſit tum primo adgrediunda & acquirenda, atque id genus alia. Quis neſciat huiuſmodi miniſtrum, multo plus incommodaturũ Eccleſiæ, quã profuturum. Ea propter neceſſe eſt, ut Eccleſiæ miniſtri in ſuis functionibus, modum ac decorum, iuxta occaſionis ac exigentiæ neceſſitatem, oculatiſſime diſpiciant, & cuſtodiant

quoque. Si enim verum est, quod pro uniuscuiusque animula, districtissimam sunt reddituri rationem Deo, Quis nesciat, vniuscuiusque singulariter curam impensissimam ad eos pertinere, ut scilicet eius saluti modis omnibus invigilent, ac denique quibus omnes & singuli per se egeant, diligentissime dispiciant, ac undecunque venétur. Et ne ab exemplo medici discedamus. Quemadmodem enim is, summo studio & cura investigat, quibus quibus potest indicijs, ut conditionem morbi, ac maxime virtutem cordis agnoscat, quid scilicet agat, quoque in statu sit, Sic & Oeconomus Ecclesiæ, animorumque medicus & pædagogus diligentissime exploret omnem, quid in vnoquoque Deus, quocunque tempore operetur, ne diuinę huius operationis, in quoquã cursũ impediat vel intercipiat, tam abest ut destruat, Quin potius, veluti verus cooperarius Dei, ac minister Ecclesiæ, promoveat quantumcumque potest opus Dei operantis.

Atque hoc idem sibi adsumat operæ, quatenus concors cum Domino suo, cuius agit dispensatorem, voluntati illius per omnia conformis inveniatur. Ne, quos ille vivificat, iste mortificet, Quos ille ęgros refocillat ac redintegrat, iste multo plus adhuc reddat ęgrotos. Quos denique ille repellit, is admittat, & econtra. Quid? an non præcepit hostiario ac pastori super grege suo vigilantissimam custodiam servandam? An non plurimũ commendetur is, qui constitutus a Domino super familia illius, gnaviter ac fideliter suam obit operam, Quique stato tempore dimensũ cibum, iuxta patris familias decretum, unicuiq; decretũ præponat. Lucæ, 12, prout eiusmodi dispensationis & diligentiæ.

ligentiæ,clariſſimum exemplar, ac velut lumen in candelabro poſitũ,in Apoſtolis omnibus,& illorum poſteris , uſque ad finem mundi ſucceſſuris propoſitum eſt,

Siquidem Apoſtolus de ſeipſo, deque omnibus ſuis collegis in hac parte , in hunc modum ad Colloſſ. ſic inquit, Nos Chriſtum prædicamus, admonentes omnem hominem , & docentes omnem hominem in omni ſapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu, ad quod etiam enitor , decertans ſecundum efficaciam eius,agentem in me per virtutem. Ad Epheſios autem, Vigilate ergo, inquit, memores, quod ipſe ego hoc toto triennio , diu noctuque non intermiſerim cum lachrymis adhortari vnumquemque veſtrum.

Quod cum compertum habeamus,adnitimur & nos pro noſtra virili,veluti humiles ac imbecilles ſervuli illius,quibus vnicum concreditũ eſt talentum,quatenus in Eccleſia noſtra gregi Chriſti, illiuſque ſaluti vigilantes , ac prudenter , atque itidem utiliter adminiſtremus. Id verò quicquid eſt noſtræ functionis,quomodo, quoue ritu apud nos fiat ſimpliciter & candide , ac citra omnẽ fucum,declarabimus , ut quemadmodum Deo , ſic & Eccleſiæ illius in ijs agniti fiamus , ac nihil eorum,quæ apud nos gerantur , occultemus, poſtulantes ſemper(id ipſũ omnibus votis)quandoquidem nos etiã hic omnes nobis haberemus debitores cumulatiora adhuc in Chriſti Euãgelio dona, ab confratribus , maxime in Euangelio Chriſti aſſequi,melioribuſque credere parati.

Cui itaque ſupra dictum docendi genus noſtrũ arriſerit, ac ſe nobis adiungendi deſiderio exar-

ſerit , tantis ſcilicet permotus in Chriſto bonis Eccleſiæ traditis,ut etiam eorum particeps efficiatur.Et interim quoque votum ſuum , Quod ſcilicet optet , nobis expoſuerit , Hunc principio, poſteaquam ſeſe nobis ſuapte ac libertime , ſic in religionem Chriſti dediderit atque obtulerit,Geremonia ſeu ritu dextræ iunctionis ſuſcipimus, atque id aperte & evidenter , cumq; ſolemni proteſtationie ſępius corã omnib⁹ præſentibus,in hac congregatione,ad obedientiam verbo Euangelij facta,atq,ſingularem de illo,deque ſalute illius amodo iam à nobis curam habendam.Inibi denique ab eo quæritur,num ſentiat ſe à Deo, tali ſicque affecta mente donatum , quod iam libere,ac propendente ſuapte in id corde velit illi adhęrere. Verbo quoque illius obediens eſſe,cum abnegatione etiam ſui,ac etiam cum omnium malorum,ſi ita Deus velit , & gloria illius exigat , tollerantia æquanimi.

Item , habeat ne certam de nobis fiduciam,& an id apud ſe certo perſuaſerit,quod Chriſtus ſacrum quoque illius Euangelium,apud nos in Eccleſia noſtra etiam ſit. Quodque miniſtri Eccleſiæ noſtræ , ſint veri ac legittimi miniſtri & diſpenſatores myſteriorum Dei , qui ea ſalubriter, citra Antichriſti errores adminiſtrent, An quoq; ipſe itidem velit ſuo arbitratu,libere & ex animo, nullius rei alterius,quam ſolius ſalutis ſuæ reſpectu,illis parere inque omnibus, quicquid hic ex Euangelica doctrina docuerit obſequi, nihil addubitans,quod cum ijs obſecundaverit,ſoli Chriſto obſecundaſſe ſe exiſtimet , Iuxta id Chriſti ipſius,Qui vos audit,me audit , Quibus factis ab omnibus præſentibus pro eo unanimiter ac religioſe

religioſe ſupplicatur Deo, per Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, quatenus hunc etiam in diſcipulorum ſuorum numerum adſciſcere, ac verbi ſui in eo ſalutares fructus proferre dignetur.

Sub hæc docemus, cum in ijs, quæ ſalutis ſunt, adhortamur, præmonemus, ac ubi opus fuerit etiam coarguimus, velut iam rationé de illo redditurum, Nam de alijs, qui ſeſe Deo & Eccleſiæ noſtrę non devinciunt, noſtra non intereſt, Quemadmodum & Paulus de domeſticis tantum fidei ſollicitus erat, alijs Deo relictis, Sic enim ad Corinth. Quid, inquit, ad eos, qui foris ſunt, iudicare, ſive curam etiam illorum habere, Num vos nō iudicatis eos, qui intus ſunt, Deus autem eos, qui foris ſunt, iudicabit.

Quos vero eo modo ſuſcipimus ad verbum, ſcilicet Dei, cui ſeſe manciparunt, & ad curam noſtram, certū probationi eorū tempus impendimus, ut exploretur eorū erga verbū Dei obedientia, & ut quantū in eis fructus attulerit, appareat, num ſcilicet ſerio ſeſe Deo dedecaverint, ut ſolius ne ſalutis cōſequendæ amore, an potius animi levitate ducti, aut carnalis alicuius commodi reſpectu, nobis ſe adiunxerint, Oculatum hic & prudentē, hoc præcipue ſeculo, ubi malitia redundavit, diſpenſatorem Dei fieri oportet, ne quem benedicat, cui Dominus maledicit, neve quem ille reijcit, iſte noſtras ad participationem illius admittat, Deniq;, ne ſcilicet aliquorum cita ac immatura admiſſio, priuſquam ſalutis ſuæ rationem probe noverint, facilem eis adferat ruinam & everſionem, & fiat, ut noviſſima iſtorum peiora ſint prioribus.

Iam qui verbum Dei serio suscipiunt, iustisque auctibus in agnitione Dei proficiunt, intelliguntque quam sint impotentes ad exequendam legē, quod sint perditissimi peccatores, quod sua propria justicia erga Deum vacent. Præterea quod æternæ damnationi sint obnoxij, ac nihil habere se, quo Deo satisfaciant, atq; ex ijs malis redimāt. Proinde dolent, conteruntur, anguſtiantur, vitam suam intus in spiritu, Extrinsece vero in honesta ac sancta conversione immutant, beneque agere, aque malis operibus desciscere, satagunt, ut in Articulo de pœnitentia dictum est. Interim vero audito verbo gratiæ, hoc est Euāgelio salutis, quod rursum eos consolatur, adsurgunt, sublevantq; sese ad propensissimam Dei erga peccatores bonitatem, ad Christi pro nobis satisfactionem, & spiritus sancti largissimam illam, in donis salutaribus, effusionem, id agnoscunt, amplectuntur, atque ardentissimis votis, eorum omnium bonorū, participes fieri cupiunt.

Qui sic adfecti sunt, confiduntque in Ecclesia nostra (quæ etiā sanctæ Ecclesiæ orthodoxæ particula est) salutem se adepturos, eorum quicunque fuerint etiam, conscientias rimamur, qualis cuiusue spiritus sint, exploramus, vel ab istorum etiam relationibus, qui conversationis illorum non inexpertes sunt, Tandem adducimus eos, in pacti seu fœderis, quod illorum pueritiæ, vicarij compatres, in Baptismo pepigerunt renovationem, hoc est, ut fidem suam, quam ex Euangelio hausissent, quaque se iustificari coram Deo credunt, palam in Ecclesia nostra, proprioq; ore profiteantur, & in ea semetipsos, per Iesum Christum Deo, inq; hostiam vivam, sanctam, Deo placentē, cumque

cumque abnegatione etiam totius impietatis, desideriorumque mundanorum, consecrent cum professione modestæ, iustæ, sanctæque vitæ, quicquid reliquum huius in mundo fuerit, Ac per hoc, ut tanquam vera, corporis mystici Christi membra, quod est Ecclesia illius, defecati ab erroribus Antichristi, illi adglutinentur, cum etiam solemni & evidenti confessione, commembris suis germanis, sibimet agnitis, veræque Euãgelicæ doctrinæ ac veritatis emulatoribus, pro ut huius fœderis ratio exigit. Quod ubi factum fuerit, tũ nos qui ministerio Christi fungimur, ijs gratiam Dei, meritorum Iesu Christi, participationem, spiritus, denique sanctorum donorum, salutis iam integræ per manuum impositionem, Baptisma prius innovantem seu refricantem virtute clavium Christi testamur, eosque pro comparticipibus, clarissimisque huius tam largissimæ in nos divinæ bonitatis donationis, collegis ac consortibus, & publice protestamur, & ardentissimis charitatis visceribus amplectimur, ac suavissime suscipimus, ad mutuam communemque illius functionem & sanctam conversationẽ, in fraterna re ipsa ac operibus, sese exerente charitate, cum omnibus hoc idẽ professis & amplexis, atque hoc pacto illorum conscientias reddimus pacatas, quod scilicet Deus ijs, qui Christo Iesu & fidei professæ innituntur, tam misertus sit, peccata condonarit, meritorũ filij sui participes faciat, & quod in eo, in filiorum atque hæredum vitæ æternæ numerum, inque omnium bonorum, ab ipso Christo promeritorum consortium recipiantur, quodq; illis iam Deus in æternum bene velit. Quatenus scilicet potentissimo hoc, & indubitatis-

pitatissimo divino testimonio, per eius ministros susceptо, pace apud Deũ acquisita, gaudeant, & ad mẽbra illius Ecclesiæ sibi iam agnita, adglutinati, ijs tantis bonis, summa cum animi gratitudine perfruantur.

Docemus post hæc, & diligenter inculcamus, ut in hac Christi gratia immobiliter perseverẽt, adolescant in ea, ac de die in diem proficiãt, ne invanum gratiã Dei recipiant sua vocatione ut dignã vitam ducant, nemini ut ullam offensionem prebeant. Quod in illis est, cũ omnibus hominibus, ut pacem habeant, unitatem spiritus & corporis in charitate sancta servẽt, unanimiter sentiãt, schismata nulla faciant, iniurias facile cõdonẽt, invicẽ mutuo sese sufferant, & si quid gravius, quam ut ferri possit, intercideri, id accommodis medijs inter se transigant, ac ritu & ordine à Christo præscripto. Matthæi. 18. alteri cũ alteris componant, atq; sic semet mutuo in charitate sancta, inq; pace custodiant, uno ore & corde nomen Dei laudibus provehant, illud celebrẽt ac etiã hymnis, omnis generis, honorẽt, proque tã amplis in se beneficijs illius incũdã, suavẽque amorũ suorũ, gratitudinẽ ac sensum illius offerãt, qui scilicet à Deo benigne illorũ misereri, atq; dilectissimi filij sui communionem, inq; omnium sanctorum sortẽ eos admittere fuerit dignatus.

Vt quoq; deinceps, & ammodo non humanis concupiscentijs, sed voluntati Dei, quicquid superfuerit vitæ, vivant, sat iam habentes anteacto vitæ tempore, explesse voluntatem Diaboli, iam liberati à peccatis pristinis, atq; in filios Dei per Christum cooptati, serviant Deo, absque omni timore ac tremore, in sanctitate, veritate & iustitia,

ficia, per singulos vitæ dies. Quod si qui istorum in aliquas tentationes inciderint, sit ab mundo, diabolo vel Antichristo, sive etiam ab carne propria, vel undecunq; alias, ijs liberum ac consuetum est, ut privata & consilia & auxilia presbyterorum, à verbo Dei quærant, ut quoq; in eiusmodi casibus ad eos, tanquam ad patres suos cõfugiant, Quod si etiam acciderit, ut quis in suæ salutis negotio languere, sensimq; frigere cœperit, tales accersuntur, fraterne admonentur à pastore suo, illiusue coadiutoribus, imo etiam ab cæteris confratribus è plebe nostra.

Item, Si itidem contingat, aliquem ob varias carnis affectiones, sathanæq; insidias, aliquo involvi, vel peccato vel errore, ita ut eo cõscientia illius perculsa, nõ bene apud Deum respondeat, Eiusmodi lapsis, cõmunis regula est, ut in eiuscemodi casibus Ecclesiam consulant, deferentes casum ad Ecclesiæ seniorem seu præpositum, & quicquid is cõsulerit, ita standũ esse, utq; sic rursus in spem pristinam, Christi bonorum perfruẽdorum restituatur, Si vero vsu veniat, erroribus aut peccatis in totum succumbere, si indignam vocatione sua vitam agere, inq; eiusmodi operib⁹, eousq; volutari ac detineri, Quoq; post primam, secundam ac etiam tertiam admonitionẽ non resipiscat, sed nec admonitorem admittat, quin potius data opera, in eo malo perseveret, atq; alijs etiã magno est offendiculo. In eiusmodi, quisquis is fuerit, nulla hic habita personarũ ratione, sive sit plebeius sive nobilis, vibratur Ecclesiæ censura, sic quod in totum ab participacione Christi, quæ per administrationem Ecclesiæ, ex Christi instituto agitur, explo-

ditur,

ditur,hoc eſt,excomunicatur,Et quã diu in propoſito perſeveraverit,proEthnico & extorre,ab omnibus bonis Chriſti & Eccleſiæ habebitur.

Qui ſi nondum adhuc in blaſphemiam malitioſam ſeſe effuderit, ita ut veritati Euangelicæ quam prius coluerat,ſtudio refragetur, quin potius miſeratione divina converſus fuerit, ut malã ſua,in quibus volutatur,agnoſcat ſerio, Et ſub hæc recordatus fuerit,tam in ſe antehac clemẽtiſſimi patris Dei miſericordiæ propẽſæ,pro qua nunc iram & regidiſſimam contra ſe indignationem illius concitavit,ac tandem pœnitentia tactus, velut Euangelicus ille filius prodigus, ad domum Eccleſiæ,favoremDei recuperaturus,redierit,& illius curæ ac manibus totum ſeſe ſubmiſerit,talis peccator nullatenus à nobis contẽnitur,aut deſpectui habetur,Verum in omni mãſuetudine corripitur, & ad priſtini, olim in Batiſmo initi fœderis rationem, & reſtitutionem adducitur,Atq; ſic legitima abſolutione accepta Deo & Eccleſiæ reconciliatur,Et,en adeſt huiu rei accommodatiſſimum exemplum Corinthiu ſcilicet ille peccator,primum ab omni ſodalitio eiectus,ac rurſum iſto modo,de quo etiam in duodecimo gradu,noſtræ doctrinæ habita eſt mentio,reconciliatus.

QVAR

QVARTA PARS LIBELLI. DE MINISTRIS ECCLESIÆ, NECNON ET ADministrationibus Christi, quæ sunt verbi Dei & Sacramentorum.

ADMINISTRATIONVM SIVE Ministeriorum vocabulo, intelligimus eos ritus seu media, quibus admonentur seu erudiuntur sed & certificantur animi, quocunq; id modo fiat, in fide Iesu Christi, inque charitate tam Dei, quam etiam proximi, Dein quaque in spe certa ac indubitata vitæ æternæ constituuntur, Singulariter vero ac nominatim esse verbum Dei, sive prædicationem Euangeli & Sacramenta ab eodem instituta, inque orthodoxa Ecclesia recepta, de quibus credimus, quod necessario requirantur ad salutem, Citra enim hæc, nemo rationis compos, neque Deum, illiusq; erga se bonam voluntatem, recte ac indubitate agnoscere, neque fidem veram in illum assequi aut conscientiæ pacem, & tranquillitatẽ habere, ac in indubitata & certa spe corroborari, sed nec aliquam in tribulationibus & angustijs consolationem reperire, aut alicunde expiscari posse, quo salus & consolatio homini in Christo offeratur, ac iam singulariter, ac certo applicetur cuique fidenti, & velut in manus tradatur, quam hac evidenti, seu expressa sacramentorum, divinitus institutorum, contestatione, nisi quis

ſi quis malit capitis ſui potius ſomnium, hoc eſt, verum idolum ab ſe effictum, adorare, vrgere, ſeu etiam eidem immori.

Vt ſunt non parum multi hodie, qui eiuſmodi ſua commenta, vocant ſpiritus revelationem, illis quoque fidunt, ſpemque multorum ad id mendacium pelliciunt, ita ut non admodum mirum ſit, quod eiuſmodi phanatici ſpiritus, blaterent abſq; Sacramentis Chriſti hæc omnia aſſequi ſe poſſe, atque adeo ſalvari, quandoquidem ſalutis negotium, non capitis humani figmento & mendacio, ſed ſolido veritatis inſtituentis ea ſaxo innitatur, Veritas vero hic, id ipſiſſimum eſt, quicquid is, qui mentiri neque novit neque poteſt, ſũmus ſcilicet Deus conſtituit, atque id ipſum per vniuerſum terrarum orbem promulgari fecit, & ſtudioſiſſime curavit, & ſua ipſius omnipotentia, prodigis ac mirificijs factis, corroborat. Itaque vel ſemiunciam cerebri habenti, liquet, quod quicquid extra hanc ſacram conſtitutorum Chriſti aleam ſit, id mendacium, fucus & impoſtura fiat, oportet, ac per conſequens æternæ damnationis, ſubtilis ac inextricabilis laqueus.

Proinde, ſi cuius animum ſerio occupavit ſalutis auiditas, veritatem non figmentum amplectatur, ac illius comparticeps efficiatur, forma a Chriſto euidenter prę ſcripta, neceſſe eſt, quæ in hoc divinitus conſtituto, & ab eodem provulgato, verbis ſcilicet & Sacramentorum ritu conſiſtit, quæ quidem vt vocantur. ita vere ac ſerio adminiſtrationes ſive miniſteria Domini ſũt, quibus ille electos ſuos antehac ſilveſtres oleaſtros, in hortulum ſuum admiſſas, optime huius oliuæ ſuæ optimo ſurculo, per miuiſtros ſeu œconomos

nomos suos implantat, rigat, vertit seu invertit, impinguat, ac illorum superflua resecat, influensq; illis ea, quæ neque etiam ipsi œconomi, sed neque illorum ministeria, vt ut à Domino constituta, tradere ac conferre possunt, hoc est, vitam & incrementum, in quo totũ esse ac virtus eorum cõsistit, ut hoc pacto in laudem & gloriam ipsius adolescant, fructusque se dignos, perinde atque iustitiæ arbores ferant, Esaiæ 61.

Et finganus nobis subduci, aut elevari administrationes, verbi scilicet & sacramentorum quoque, quæ quidem etiam ipsissimum suo modo verbum Euangelij sunt, imo & vocalis verbi sigilla. Sed & illorum vera propago. E verbo enim nobis Christi prodiere, hęc verbo defenduntur, roborantur, atque eidem in salutis operatione indivulsim adhęrẽt, cumque verbo, & viritate illius simul cooperantur, veritatem nobis ipsam patiemur adimi, qua sublata, adempta sit salus oportet. Nam quid, ac vnde scire ac nosse poteris de Deo, deque illius erga nos propensissimo favore, quid de Christo, illiusque beneficijs, quid de Spiritu sancto, quid denique de salvatione & damnatione, aut de vita æterna, citra administrationum istarum in Ecclesia præsidium.

Iam ad eiusmodi functiones obeundas, ubi salutis animarum negotium agitur, non esse admittendos, nedum intrudendos quoslibet, quod apud Antichtistũ impudentissime fit, Notior enim est ipsius ista vox, quam ut a quoquam negari possit, hactenus namque ab ore illius prodit, & strideat, malus an bonus sit minister, nihil referre, rem in eodem volui cardine, Proh superi, in rebus huius vitæ, seu ut illi vocant, profanis, nemo

nemo qui vel caput hominis habet, ad curam & pasturā boum sive porcorum vel asimorū, fuerit vel rudissimus omnis œconomus admitteret istam vocem, cum isti, qui summum religionis in orbe occuparant fastigium, totque seculis dominentur in hęreditate Domini, quemvis etiā sæpe notorium ne bulonem ad hoc (omnes, nedū hominum, sed etiam angelorū functiones longe superantem) dignissimum & excellentissimum munus admittunt, nulla vel bonorum in hoc ordine virorum, habita ratione, qui ob eiusmodi nebulones tam pessime cogantur, de ordine ac functione sua audire.

Sed quid aliud bellissimi illi Ecclesiæ Dij ac Soles facerent, quam ut & pessimos quosque, sese obtrudentes impudenter, impudētius admittant ipsi, si nihil referat, bonus sit nec ne, idoneus an nihili, Tanta est illis salutis humanæ sollicitudo, & ministerij huius ut excellētissimi, ita necessarijssimi existimatio tanta, Verum enimuero Apostolus, per disdiapason, ab istis hac in parte, dissidet, & nos quoq; hunc, & vel naturalem ductum rationis secuti, dicimus requiri ad hoc ingens animarum negotium viros idoneos, Deo & hominibus fideles ac charos, Adhæc famæ laudabilis, In summa, tales, quales ad Thimoth. & ad Titum quoq; Paulus describit, Et ab ijs quoque, quorum animæ regendæ sunt, lectos, tandem cōfirmatos ac demum missos, Nam quo pacto, inquit Paulus, prædicabunt, nisi mittantur, debite scilicet ac legittime vocati.

Et quid opus multis, ipsa quotidiana experientia testis est, quam parū frugi sit administratio, quantūcumq; in se bona, quin & optima sit, prius

quam

quam ministri paraverint sibi sua probitate eam ac talem authoritatem, quæ ministeria illorum, tum grata tum etiam efficatia redderet apud illos præcipue, qui improbitatis illorum sunt, & conscij & testes, imo etiam gravissimi censores. Iam si non incommodaret, administrationesque illorum inefficaces ac suspectas plebi non reddederet (è quorum cordibus vere non possunt isthæc evelli) Quid est, quod tantopere sollicitus fuerit Paulus, formam eligendorum Episcoporum, quales fieri debeant, non autem cum plebs non scandalisabilis in obtrusis illis quibuslibet nebulonibus fieri debet, perscribere, cuius quidem protinus evidentem causam subnectit, ut scilicet potens sit, sive idoneus in exhortãdo, in sana doctrina, & resistentes ut valeat convincere, cum scilicet non habeat de quo iuste obloqui possent, maxime cum viderint, quod quæcunque docet, ipso etiam facto, ac re ipsa exhibet. Atque hic est ille vere, cuius ministerium non confunditur.

Quanquam ediverso illud extra controversiam verum est, quod opus Dei operantis, ob istius malitiam, dum modo verum ac syncerum illius ministerium peragit, non impediatur, ut scilicet ob improbum hunc ministrum non operetur salutem, ubi & in quibus visum illi ac libitum fuerit, nihilominus tamen cum eiusmodi publice peccet iam, quod in eo est, administrationé suam suspectissimam reddens, reddit etiam contemptibilem, & qui operationis divinæ cooperarius esse debeat, fit ut cursum illius intercipiat, remoreturque ac virtutem divini ministerij infirmet, Denique functionis suæ dignitatem & authoritatem dehonestat & elevat.

Loquimur hic,non de eo, quod ipſe Deus per ſe & abſolute operetur , verum quod per miniſtrum,atque ipſe itidem miniſter vel facit , vel facere eum oporteat ex officio , Divinam enim operationem nemo impediet,quo minus is,ubi, quid,quando & qualiter velit, operetur, vel etiam ex infirmitate ipſiſſima robur inſuperabile, è morte vitam, veneno denique ſaluberrimam Anthidotum educat,de ijs non plura.

Quod vero ad miniſtrum attinet, Is tenetur doctrinam & miniſterium ſervatoris noſtri Dei, cohoneſtare & condecorare vitæ & cõverſationis ſuæ integritate , Siquidé veræ doctrinæ ac eruditionis, infallibile argumẽtũ eſt, ipſa vita recte inſtituta, Quorſũ enim omnis cognitio, ſi nõ ad redintegrationem lapſæ humanæ naturæ ſpectat,Tum enim iuſtæ doctrinę nomẽ merebitur, cum exerat ſuam vim ac cognitionem, in omnibus viribus ac membris,atq; adeo in toto homine,id autẽ ad extra,Intus vero ac coram Deo,teſtimoniũ bonæ conſcientiæ abſq; reprehẽnſione. Iã ſi ad quemvis è plebe Chriſtiana id pertineat ut ſcilicet doctrinam Dei noſtri in omnibus vita actionibus cohoneſtẽt, reddatque pro gloria ipſius illuſtriorem,quod vim ſuam in eo exerat,veramque ſe eſſe teſtetur,Quanto putas longe hoc præſtare debeat is,qui non modo Chriſtianus eſt ſed Chriſtianorum atq; huius doctrinæ ſanctiſſimæ dux, anteſignanus, doctor,lux quoque. Edi verſo,cum ad aliquẽ è plebe promiſcua,ſi indignam profeſſione vitam duxerit , male nomen Dei audiat , & datur contemptui , multo peius audire ob Eccleſiaſten & paſtorẽ , quibus ſingulariter à Domino dicitur , Sic luceat lux veſtra coram

coram hominibus,sic scilicet,doctrina vestra probet se esse,atque actu ipso declaret, doctrinâ verâ, ut videntes opera vestra bona,e bona doctrina sese exerentia,& illius bonitatem testantia ,glorificent Deum & patrem vestrum , qui in cœlo est, non enim veni legem solvere,prophetasque nihili facere.Proinde qui sic tum fecerit, tum docuerit, hic magnus erit in regno cœlorum.

Magna virtus est vitæ integritas , seu conversationis honestas, in Iesu Christi fide. Nam pręter id,quod arguat doctrinæ veritatem imbibitam,ita eam Petrus effert, ut dicat non modo parem vim eam habere prædicato Euangelio , verum etiam quodammodo maiorem , Vbi docet mulierculas uxores,ita debere cohabitare viris suis,ut, qui, inquit,non possent Euangelij verbo flecti,hac honesta suarum uxorum conuersatione, perinde atque iam reali Euangelico fieri posse,ut vincantur, flectantur , collaque subdant Euangelio , atque sic. sic lucrentur,cum scilicet uxores , non tam loquantur , quam vivant Euangelium. Et recte sane , quoniam quidem non alius finis utilior doctrinę est,imo non aliud veritatis illius argumentum quam vita probata,ad quam quidem conditi sumus.

Cum itaque Ecclesiastes seu prædicator, perditus & nequam peccator sit,quis nesciat hunc indignum esse.ne dum sacerdotem ,sed etiam Christianum , Quod si apud Ethnicos probri loco habitum fuit , sicubi dissideret oratio a vita , ut etiam prouerbio iactatum fuerit in tales , Turpe est doctori , cum culpa redarguit ipsum , Apud Christianos id leve existimabimus , quorum etiam iustitiæ , longo superare debent in-

tervallo, omnes omniũ legis ſcribarũ & phariſeorum, nedum Ethnicorum iuſtitias. Quid? an nõ in eiuſmodi, nedum Apoſtolicę, verumetiam Imperiales, ſed & Canonicę Pontificiæque cenſuræ conſtitutæ ſunt, Adde etiam libros doctorum antiquiſſimorum, qui paſſim hæc inculcant. Fruſtra autem iſthæc omnia & ridicula quidem, ſi ad talium facinora tam impie convivendem ſit, ſi quoque bonus non pluris, quam vel peſſimus valeret in eiuſmodi Eccleſiaſticis adminiſtrationibus, ſcilicet ſi tantum malus, quantum optimus proſit.

Verum nimis peſtilenter, hic iura & leges iſtę ſilent, cumque maximo Eccleſiæ incommodo Apoſtolus iubet, ita peccantes, ſcilicet presbyteros, coram omnibus obiurgandos, ut cęteri, inquit, timeant, qui ſi nolit poſt eiuſmodi correptionem reſipiſcere, debere omnes ab cõverſatione, cum huiusmodi in totum abſtinere. Nam ſi id ab fratre alio communi, e plebe fieri debet, multo magis ab ſacerdote, qui alijs prælucere, exemplarque honeſtatis & vitæ, omnibus eſſe debeat, quem omnes imitentur, adhortantem illuc & inſtigantem Apoſtolorum more. Cum igitur id præceptum ſit Eccleſię ut ab eiuſmodi notorijs peccatoribus, ſeſe ſubducat, ſic enim apud Theſſalonicos Paulus, Præcipimus, inquit, vobis, atq; addit, ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut ſeparetis vos ab omni fratre, inordinate ſe gerente, extra doctrinam, quam a nobis accepiſtis, Ipſi enim ſcitis quomodo imitari nos debeatis, &c. Tenetur ipſa Eccleſia tanquam obediens præceptum hoc realiter, ac ipſo facto exequi, atque ſic ſeipſam ad eiuſmodi peccatores pervica-

pervicaces,hoc est,impœnitentes exhibere, æqua lance ad omnes sive e plebe sive e sacerdotum albo fuerint,Qui enim dicit ab omni fratre, neminem excipit , non presbyterum , non Episcopum.

Iam si istorum præsides non animadvertant in tales , Ecclesiæ vero autoritas hæc ab ipso Christo tradita. Quicquid ligaveritis &c. extorta sensim & subdole e manibus est , quid ultra facere debet , quam hæc ipsi Deo corrigenda relinquere,& sinere ista ita crescere pariterque , usque ad diem messis,Quandoquidem cogatur fermentum hoc malitiæ admittere & pati,de quo 1. Corinth. 5 scribitur , quod totam conspersionem fermentat, Tamen posteaquam scilicet iurisdictione sua spoliata sit,certo credere debet , sese non derelinquendam a Deo,sic,ut etiam vel emortuorum istorum ministrorum administrationibus saluti suorum consulat , prout illi visum fuerit, Sic enim politicus est , non relicturum suos orphanos,Veniam,inquit, ad vos , & ero vobiscum usque ad seculi comsummationem , Non ultra de ijs.

Cum igitur ministerium in se sanctum & bonum,tale detrimentum ob male moratum & iniquum ministrum habeat quid tum erit,cũ neque sanum Christi doctriuæ sensum habuerit, Quin totus erro est,ac talpa cœcior , Erit ne hic huic ridiculo & explodendo figmento locus,quod tantundem hic malus,atque optimus valeat,ac saluti conferat,tantum scilicet,qui mentẽ Christi recte noverit,quantum ille,qui penitus nihil, plane pecudes prius per aera ferri videbimus accredemus,an hoc nostrum est , Nunquid colligunt

e ſpinis vuas, aut ficus e tribulo? an non ex iſtorum ſcholis eſt, Nihil dat, quod non habet.

Iam ſi veram Chriſti mentem teneat, docebunt, & teſtabuntur id fructus illius doctrinæ, docebit item fides auditorum, quæ ſi in eis vera, hoc eſt Euangelium, reſplenduerit, arguet indubitato miniſtrum ſpiritu Chriſti præditum fuiſſe. Quandoquidem ſigna Apoſtolatus ſui, talia viſuntur in eo populo, Quod ſi in plebe fidem errabundam, incertiſſimam, cœciſſimam ac ſuperſtitioſam deprehenderis, omni certo certius iudicato, hic fuiſſe ſatani zizaniam, tribulos, ſpinas, lupum hic feminaſſe, ovili veſte perſonatum, Qualis enim plantatio, hoc eſt, adminiſtratio, tales & fructus producuntur, De quo quidem miniſterio Dominus ipſe, Omnis inquit plantatio, quam non plantavit pater meus, eradicabitur. Cuius cum Dominus non fuiſſet neſcius olim futurum, itidem ſuos prȩmonet. A fructibus, inquit, illorum cognoſcetis, qui ſunt ij ipſiſſimi ſeu lupi ſeu oues, ut ſcilicet perſpectum haberent, quibus attendendum illis foret, atque hinc itidem euidens fieri, num nihil referat, bonus an malus ſit, ſive doctrina, ſive ipſa vita, ſeu etiam utroq;, & ſic ne iſthæc plantatio, quam is ſpeudopropheta, maluſque doctor, plantat demum nec ne.

Atque hæc cura erat ſemper maiorum noſtrorum, ſed & noſtra eſt malitiæ, ſacerdotum diviſio ſcilicet alteram fieri, morum ſeu vitæ, doctrinæ alteram. Siquidem doctrina mala ſenſuſque fidei perverſus efficit cum pſeudopresbyterum, Vitæ vero malitia malum ac indignum reddit, non modo ſacerdotem, verum etiam Chriſtianum, qui dignitate ſua, velut myſtica veſte exutus eſt, talis ubi

lis vbi publice notus fuerit (de hypocrytis enim Ecclesia iudicium Deo resignat) corrigendus est, & ad resipiscentiam istigandus, Quod si non fuerit possibile hunc corrigere, Deo relinquendum censemus. Alter vero cum sua pseudodoctrina contemnendus est, atque modis omnibus vitandus, seperatione ab illo absque illius doctrina, iuxta Pauli decretum. Sectarum auctorem hominē, inquit, post unam & alteram admonitionem, fuge, sciens quod euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet, per se ipsum damnatus.

Nimirum vult Christus in Ecclesia sua, dignos & legittimos habere ministros, Igitur oportet etiam, & non pro modulo nostro, ut super eiuscemodi negotio oculati simus, & aduigilemus in quantum nobis possibile fuerit, ne in caulas Domini, eos, quos ille vehementer habet inviſos, quique populo sunt inutiles, & multo plus nocentes, admittamus, sed tantum eos, quot aut quales ille requirit & habere vult, quibusque mentem suam aperit, in quo quidem nos, hanc subscriptam formam, inviolate ac sancte custodimus, a maioribus nostris acceptam.

Principio non aliunde, quam e plebe & Ecclesia nostra ministros deligimus, ex ijs scilicet, qui ab immunditijs Antichristi sese repurgarunt, ac purissime divini sive Euangelici verbi, nec non Sacramentorum administrationi adhęrent, & in proprium usum sibimet absque impœnitentiæ peccatis erroribusque nocentibus convertunt.

Vbi vero a nobis vocari debent, id ante omnia exploramus, quisquis ardentiorem in Christum illiusque Ecclesiam, amorem præ se tulerit, & huius certa inditia dederit alijs, quiq; ad obeūda

Christi ministeria in Ecclesia alacrior cæteris constanter ac uniformiter reperitur, Item & cum quoque qui semetipsum ita demittere, & ut verbo Euangelico dicamus, seipsum abnegare, suapte ac liberrime potest, ut huius functionis Christi amore, omnia pericula, adversitatesque omnis generis, quasuis rerum angustias, facile & ex alto contemnat, etiamsi extrema illum maneant perpetienda, ut etiã capitis ac vitæ discrimina, ne dũ aliarum rerum minoris æstimationis iactura. Denique qui itidem docibiles, atque idonei ad capessenda doctrinæ ac Christianæ eruditionis, Dei dona, huic muneri seu administrationi cum primis necessaria sunt, quos sic affectos investigaverimus, sodalitio nostro presbyterorum adiungimus, ac amodo lateri nostro adhęrere facimus assiduo, hos quoq; erudimus, & exercitamus in omnibus, quæcunque ad huius administrationis munus requiri, necessario iudicamus, ad certum usque tempus.

Quod si accidat etiam, ut eiusmodi nostris indaginibus, quibus futurum in Ecclesiæ ministrorum præfectum venamur, reperiatur quis minus idoneus futurus, quod etiam accidere solet, liberũ hunc reddimus, ne ætatem inutiliter cõsumat, Iactura enim temporis, irrecuperabilis est, Vbi vero quis idoneitatis suæ futurę, certa de se inditia præbuerit, atq; tam salutiferam functionem difficillimam sane omnium provinciam administrandã, consulto ac liberrime delegerit, & seipsum totum dedere illi ac consecrare inardescit, hunc principio in subdiaconatus ordinẽ adsciscimus, & inauguramus. Atq; id quidem facimus, etiam primitivæ Ecclesiæ ductu, quã in deligendis, constituendisque

disque ministris, hunc servasse ordinem ac morem, certum est, & ijs sic constitutis, functiones has sanctissimas commendavisse.

Proinde antequam, quicquid id est muneris Christi, cervicibus illis imponatur, exploramus multiformiter, probamus quoq; in fidei Euangelicæ suæque propriæ salutis ratione, cum quoque certam adepti sunt conscientiæ pacem & gaudium, num firmi spe stent, numque iam in ijs omnibus, probe sint corroborati, ac validi iam facti, ne pasthac, quoquo pacto consimiles novitijs in fide deprehendantur. Nam ab eiusmodi levibus, Paulus cavet.

Docemus quoque illos, ut ante omnia Christi mentem, in ijs quæ bases & fundamenta salutis sunt, adsequantur & habeant, itidem quoque verum & germanum Sacramentorum sensum, Præterea intelligentiam veram, ac germanam sacrarum scripturarum, quoad imbecillitas nostra admittit, scientiam denique ac prudentiam exactam, dispensandorum mysteriorum.

Adhæc, ut liberales, affabiles sive comes sint, neve ob Christi muneris tanti authoritatem dominari pergant in Ecclesia Christi, quin potius, ut fideles illius ministri, & sint & habeantur, Sic enim Christum egisse, nemo est qui nesciat, Sic suos priusquam docendi munus illis imposuisset, instituisse.

Sub hæc, ubi idonei, fideles, salutis quoque propriæ negotium intelligentes, ac studiosissimi comperti fuerint, & in eis rebus, quæ dicta sunt, hic edocti, pro suo modulo, proque mensura donationis Christi, tum eos in Diaconatus surrogamus ordinem, qui scilicet Presbyteris in mi-

niſtrando ſint auxilio,ac verbo Dei & Sacramentis,pro ut illis iniunctum ac mandatum ab eis fuerit,miniſtrent.

Iam vero & in huius miniſterij functione,itidem probantur, num recte ſentiant, num veram ſacrarum ſcripturarum intelligentiã ſint adſecuti, quæve ſit illorũ in ijs,& diligentia & prudentia.

Porro eiuſmodi indaginibus & ſimilibus,futurus in eis Eccleſiæ præfectus,explorari,cognoſcique poteſt,Quãto ſcilicet quis eorũ uſui populo ſit futurus, quin etiam cum idoneus ſit ad altiorem officij ſcilicet paſtoralis gradum promoveri,ac iam integra Chriſti legatione præſidere,ut videlicet per ſemetipſum iam gregem Chriſti paſcere poſſit, Et audiatur huius, non noſtri capitis ſomnium,ſed Chriſti bonum,quod ſequimur,exemplum , Hic diſcipulos ſuos,ante faciem ſuam, ut pœnitentiam, regnumque cœlorum deprædicarent amandat.Illi reverſi denarrabant , quid docuiſſent,feciſſent, promoviſſent, Domino vero non de ijs tantum , quæ illi feciſſent,ſed qualis in populo fidei eſſet viſus profectus , quærente , & num iam ille ipſe , per eorum prædicationem,eſſet populis illis agnitus,Vbi cum ad omnia apte reſponderent,beatos pronunciavit , ac in ea ipſorum confeſſione ædificaturum ſe eſſe Eccleſiam,profeſſus eſt.

Itidem apud nos fit , Qui eruditione eorum ſcilicet quæ fidei,ſalutiſque ſunt,rectaque intelligentia præſtiterint apud nos , fuerintque in eo ſtudio fervẽtiores cæteris,ac vitæ inculpatæ,cumque hoc bonæ fragantiſque famæ , non modo apud ſuos, verum etiam apud nos,qui foris ſunt. Hi apud nos ſeniorum ac Eccleſiæ authoritate

ad al-

ad altiorem presbyteratus scilicet gradum, eliguntur & promoventur, Seniores vero interim, iam à plebe, iam ab Ecclesijs, inter quos isti commorati fuerint, pervestigãt diligenter, de istorum bona conversatione & idoneitate sive dignitate. Sub hæc habita de ijs, & accepta fideli ratione & testimonio, adgrediuntur ad altiora illos promovendi, negotium, cum jeiunijs & orationibus, iuxta Pauli ad Timoth. præscriptum, iuxtaque actum Apostolorum exemplum, Atque hoc ritu & ordine, plenam illis legationis Christi authoritatem tribuunt, ut eam utiliter in populo Dei exerceant, prædicantes, docentes, adhortantes, & coarguentes, cum autoritate iam propia, sacramentis administrantes, quin & ubi visum fuerit, ac modis omnibus ad communem hominum salutem, quam Deus in Christo parauit servientes.

Posthac mittuntur certis Ecclesijs regendis, adque prædicandum, ubicunque Deus ostium ad verbum suum loquendum aperverit, suffulti multa patientia.

Iam quod Christus eodem pacto orsus est, & auspicatus suam prædicationem, quis nesciat, Principio enim munus, hoc est officium, quod non aliud est, quam legationis eius authoritas, discipulis dat. Deinde eundum illis, per universum orbem prædicandum, demandat. Verum ab Hierosolymis, priusquam induerentur virtute ex alto, ab eundum illis prohibet, Demum, ut tam magno defungendo muneri pares esse valeant, pollicetur se cum illis præsentissimum ad usque finem mundi permansurum.

Haberi præterea & inter ministros apud nos ordi-

ordinem ſuum, Alij enim in regendo, curandc diſponendo ſeu providēdo, præſunt cæteris, Sub jiciuntur, & iuſſa iſtorum capeſſunt alij, Nihilc minus omnes, paribus & animis & ſtudijs dele gatū munus, quiſq; pro ſuo loco & ordi e exe quuntur, id vero fieri, citra omnem coactioni vim, Non hic cogitur quis carcere, non violent ſuperioris vis quemquā obruit, Ex animo ac ſua pte omnes ſua obeunt munera, principio ut vo luntati divinæ de pari reſpondeāt, quæ id expreſ ſe exigit, ut omnes, qui legationis illius muner defunguntur, unum fiāt ac ſibi invicem tanquar unius corporis mēbra cohæreant, Id enim Chri ſtus non ſolum diſtricte præcipit, quinimo & im penſiſſime Deo patri huius gratia, ut ſcilicet om nes ſui unum ac idem ſint, ſupplicat, Deinde et iam ſuæ proprię ſalutis reſpectu, quę haud dubie non parum periclitaretur, ſi non ſinguli ac om nes, unum eſſent.

Exemplo ſit mēbrum à corpore reſectum, Ai enim non cohærens membris alijs, vitam haber poteſt, quam à capite, ob avulſionem haurire n poteſt. Hoc ſiquidem pacto commodis populi, ef ficatius inſervitur, dum unius membri defectū ſupplet alterius, vel plurium aliorum copia, Igi tur ſic uniti noſtri, quiſque pro ſua virili conten dit, ut fideles diſpenſatores, Deo primum, Eccle ſiæ poſt hæc Chriſti, dein quoq; & animabus ſuis & omnibus Chriſti candidatis, reperiantur.

Quod ſi etiam quando accidat, ſive de ſuperiorū miniſtrorum ordine, ſive etiam de inferiorum, ut quis in aliquo aberret etiam, vel facinus quoddā deſignet, aut etiam terrena pluris quam cœleſtia, & ea quæ Dei ſunt æſtimare incipiat, Is

primum

primum admonetur,ac etiam coarguitur si opus fuerit,sed & punitur,si admonitus nó resipuerit, Qui si hæc omnia contempserit,aut pœnã Ecclesiæ detrectaverit,& id quoq; si iam eo tendat,ut scandalo sit Ecclesiæ futurus,is etiam contemnitur,ac sodalitio omnium exigitur, & non aliter quam infatuatum sal ejcitur & habetur.

Hactenus de Ministris,quo pacto legamus eos & constituamus,atq; ut nobis persuasimus Christiane,Supereſt ut de ministerijs loquamur, verbi scilicet & Sacramentorum.

DE EXCELLENTISSIMA verbi Dei administratione.

Docemvs apud nos, verbi Dei dignissimam & excellentissimam, atque adeo primariam esse administrationem, præcedentem scilicet omnium Sacramentorum, praxim, perinde atque eam, citra quam, nullum Sacramentum cognosci potest, tam abest ut usus illius salutaris esse possit, Nam quis unquam incognita amavit autpendidit quicquã. Et hunc ordinem quoque Christus ipse auspicatus est,in docendo salutaria. Principio enim prędicavit verbum, & posthac tum primum in usum dedit,constituitque Sacramenta. Discipulis itidem prius docendum, quam Sacramentis administrandum præcepit. Ea propter, quandoquidem absq; verbo Dei impossibile est,quicquam de salute,aut doceri aut intelligi, Tanto minus, ut ea quis consequi, vel certior eorum red-

rum reddi possit absq; verbo, quod sciri ad salutem consequendam referat, docente, Vt in quatuordecim nostræ doctrinæ Articulis seu gradibus, recensuimus, Secus inutilis & manca, salutis ac religionis doctrina, & nisi etiam suo certo ac iusto procederet ordine, esset.

Verum posteaquam inter multos hodie, quid pro verbo Dei haberi debeat, non conveniat, ex re esse videtur, ut hic, quid nos pro verbo Dei habeamus, declaremus, ac prius quid alij.

Principio sunt quidam, qui solum revelationes quasdam spiritus, pro verbo Dei habeant, puta, cum animis istorum religioso quodam furore percitis, vigilãtibus aut dormiẽtibus, quidd̃ sese ingesserit & obiecerit, hoc scilicet vel illud esse ipsissimam aut veritatem aut falsitatem. Qui quidẽ pro ijs suis eiusmodi visis ac nugis potius, quibus hæc tueantur, quas ipsi revelationes appellitant, habent in numerato scripturas, En, inquiunt, habes Paulũ diserte dicentẽ, Littera occidit, spiritus autem vivificat. Et item, Audiam, inquit, quid loquatur in me Dominus, Rursum, Spiritus scrutatur etiam profunda Dei, At iterũ, Iuvenes vestri prophetabũt, & senes somnia videbunt, Et itẽ, Cum cõstet in primitiva Ecclesia ita soli um fuisse, non aliter & nunc fieri debere, in renovatione illius, ad finem mundi, aiunt.

Alios item esse, qui pro verbo Dei, hoc somnium habent, Quicquid vel sacerdos', vel quivis alius Ecclesiastа in cõcione, potissimũ vero in tẽplo loquatur, quiq; interim credunt Deũ, Christum, ipsum quoq; Spiritum sanctum, ex ore illius loqui, & ij etiam pro confirmatione suorum, citant illud Apostoli, Posuit in nobis Deus verbum

verbum reconciliationis. Item, Nunquid experimentum illius quęritis, qui in me loquitur Christus. Et iterum, Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui in cœlis est. Ac rursum, Qui vos audit, me audit &c.

Sunt deniq; alij, qui pro verbo Dei, solum habeant scripturas sacras, tantũ quæ biblijs sacris continentur ad verbum, Sed & ij quoq; sylua argumentorum pro se ist huc convolvunt, esse enim à spiritu sancto inspiratas.

Iam, cum & nos etiam evidenter explicare velimus, quid maxime pro verbo Dei habeamus, dicimus principio sacras scripturas, bifariã nobis Dei verbum proponere, sive de duplici verbo loqui, de primario illo ac vero, legittimoq; Dei verbo, liber Geneseos magnifica nobis loquitur, cum hanc nunquam satis admirandam, nunquam deniq; digne extollendam, mundi, rerumq; omnium in eo fabricam, ac structuram Dei describit, in hunc modum, Dixit, inquit, Deus, fiat lux, fiat firmamentum &c. & dicto citius omnia, ut verbũ Dei prodijt, facta sunt, Mandavit, & ecce dicunt omnia, assumus, De quo quidẽ verbo, non modo nobis quicquam loqui difficile est, verum ne possibile quidem vel cogitare atq; pro dignitate illius, Nam quemadmodum id assequi ac cõprehendere, quid Deus, quod, qualeque ens sit in se, nullatenus possumus, ita etiam, quid, qualeve verbum sive sermo illius sit, nullo modo itidem investigare valemus.

Hoc solum novimus, quod sit admirabile, efficaciſſimum, fortiſſimum, & omnipotens, quodque virtutem suam invictiſſimam, in omnibus rebus creatis indefesso, ab eo tempore, quo eas-

quo eaſdem ex nihilo creavit,exerit ac producit Non ut hominum verba,quæ poſt , ubi aliquoſ que aures ritillaverint,nihil ultra efficere poſſunt niſi forte pauxillum quid ac ad momentum affi ciant,Divini autē verbi vis & efficacia declarat ſe ſe & exerit in operibus ſuis immutabilibus, ac nunquam deſinentibus , Adeo, ut videamus i dem fieri & geri , per omnes ceaturas quaqua verſum,ſurſum ac deorſum , in hodiernum uſ que diem,a principio ortus ſui , Quam enim pri mum dixit Deus,fiat,ſunto, nec mora , ac mox ab eo temporis inſtanti , omnia ut facta ſunt iuxta verbum Dei ita ſunt , in eſſe ſuo durant agunt,ne vel ad pilum motæ a creatione ſua, eiuſ dem verbi Dei efficacia & omnipotentia hactenus uſque.

Iam quid de illo verbo , quod ex ore Dei ſemel,contra genus humanū,tam perdite e ſuo creationis eſſe,ſuapte prolapſum , prodijt , dicamus. Cum ſcilicet illum execraretur , in paradyſo adhuc voluptuantem , proh quam nimis potenter, efficaciterque nimis,vim ſuam illam validiſſimā, ab eo tempore,& uſque nunc exercet,demonſtrat, perq;omnes pertranſit,omnes proſternit,penetrat, captivat , ac ſibimet obnoxios facit, vſque etiam ad profundiſſima & abdenſiſſima illorum penetrans,inſiliens , ac infringens omnia , ac denique omnia hominis, infinitiſq; varijsq, calamitatibus & miſerijs,implens, tantum non obruit in finem, equibus nullisrationibus,medijs nullis,ab ijs ſeſe aſſerere & extricare,quamtumque a multis præſtantioribus generis humani , hic ſemper fuerit varie ſudatum , potuerunt unquam & hactenus, Tanta eſt verbi divini potentia,efficacia tanta.

Atque

Atque hoc est illud verbum, de quo Ioannes, mox in princi io sui Euangelij scribit, dicens, Illud ipsum esse in seipso Verum & æternum Deum, per quod omnia facta sunt, quodque verbum hoc, caro, sive homo factum sit qui est Iesus, Christus Dominus noster. Quod quidem ipsemet, cũ hic ageret, invictissimis signorum ac prodigiorum argumentis, qualia nemo unquã ab orbe condito fecerat, docuit. Verissima quoque hæc esse probat, scilicet, quod is ipsissimus esset ille, Hoc Dei altissimi & omnipotentis, omnipotentissimum verbum, frequentissime enim id mundus audivit & vidit, cum is unum tantum oris sui verbum, cum vellet tale quid operari, protulit, nõ secus atque Deus ipse in principio, protinus ac mox, pro ut dixit, fuisse it idem facta, pro arbitrio illius.

Et en tibi miserrimi huius paralytici, ad pedes Domini Iesu de tecto demissi a Baiulis, miserrimum spectaculum, cadaver dixisses potius quã hominem, Surge, inquit, omnipotentissimum hoc in carne, imo iam caro factum, verbum, & abi, ipsemet per ipsum in domum tuam, ac reciprocis iam vocibus, iam feras tu ipse lectum tuũ, sublato in humero, quod te ferre ac tantopere portare cogebatur, Et factum est, ut dixit eueſtigio. Quid item ille leprosus? Si vis, inquit, Domine potes me mundare. volo, inquit, omnipotentissimum verbum, mundus esto, Quid vero tibi mare turbulentissimum, quid vobis venti furentes, in satis, superque per se furẽti, mari dixit. Cõpone te mare tranquillum esto mox, vosque venti desinite, Factum protinus, Et viderunt omnes, ac tot populi, quæ facta esset tranquillitas, isthæc ma-

xima,adeo,ut omnes pavor corriperet, & extorqueret,teſtimonium admirationis, Quis eſt hic, inquiunt,cuius vel verbulo, tã immitia & furentia,obediunt elementa,& id genus multa.

Hoc inquam eſt ipſiſſimum ac omni potentiſſimum verbum,quicquid vult facit, & hactenus operatur,quodque non ut illud humanum, vel etiam ſanctorum hominum abit inefficax, ſed quod,ut Eſaiæ verbo dicamus, manet,agens in æternum,Quod Petrus interpretando dicit,hoc eſt inquiens,Verbum, quod inter vos prædicatũ eſt, præter quod nullum aliud ab Apoſtolis prædicatum erat, qui fuit Ieſus Chriſtus Dominus noſter.

Quod quidem verbum(cum eius apud nos incidit mentio)conſuevimus receptiſſimo vocabulo appellare,verbum Dei ſubſtantiale ſeu eſſentiale,Ad differentiam ſcilicet alterius materiei verbi,de quo mox dicemus.

Itaque alterius claſſis verbum Dei eſt,de quo ſcripturæ varie,varijs in locis,loquũtur, Eſſe quoque verbum hoc,ſermonem hunc externum, quẽ Deus ſive per angelos ſive per homines quoſcunque locutus eſt verbis humanis, ſive voce articulata,aut etiam per ſcripturas, Quo ſeipſum,ſuaque opera,quin etiam mentem ſuam ſuorumque miniſteriorum & intellectus, Iudiciorum itemquidque ab hominibus fieri ſibi velit, declarabat & prædicabat,eorumque ſermonum ſive verborum Dei, prima origo & principium in paradiſo fuit.

Quod verbum,cum acceptum fuiſſet ab Adamo, id ab eo in poſteros illius per generationes propagabatur,uſq; tandẽ perventũ eſt ad Noha.

Cum

Cum quo hoc idem verbum renovatum erat per Angelos, ſub diluuij occaſione, Pepigit enim Deus cum eo, cumque creaturis omnibus fœdus, ſe ultra non maledicturum terræ, propter hominem, nec diluvium inducturum ammodo, Cuius quidem fœderis pacti, ratio ſpargebatur per populũ & nationes, ab alijs in alios procedendo, in quorum etiam teſtimonium ac memoriam eſt Arca navigij huius Noha, Deus enim in montibus Armeniæ eam reliquit, Potiſſimum vero arcum in nubibus cœli, Poſt hac, electo Abrahamo, hoc idem vocale verbum, humano itidem more & illorum ſermone locutus eſt, quod apud illius omnem poteſteritatẽ commemorabatur & refricabatur, nec non etiam diligenter retinebatur, eouſque ac tam diu, quo ventum erat ad Moſen, Si quidem expreſſum ac velut in carne illorum inſcriptum, circumciſionis machera ſeu cultro, in æternum teſtamentum ac memoriam fuerat.

Per Moſen vero, verbum hoc externum ſeu vocale, confirmavit impletione promiſſorum ac teſtimoniorum priorũ, nec non operatione prodigiorum & ſignorum admirabiliũ & potentiſſimorũ in manu fortiſſima, cui nemo reſiſtere, nemo impedire, contraque operari nemo poterat, Quin etiã per hunc, huic populo poſteritati ſcilicet Abrahæ, leges & iudicia ſua conſtituit, verbis illorũ vocalibus itidem. Addidit quoq; & ſcripturã, verbi ac ſermonis vicariũ, litteris ſeu characteribus, illis conſuetis, exaratam.

Quibus quidem legibus, potenter & imperioſe ſibi illos, velut Dominus ac Rex illorum, devinxit, & hæreditatem hanc ſuam occupavit, ut ipſe, & non alius quiſquam, illis dominaretur, poten-

tiamque ſuam & gloriæ ſuæ magnificentiam coram toto mundo, in teſtimonium illius exerceret eis, ac pro id ſacroſanctum hoc maximum & tremendum nomen ſuum, per univerſum orbem effunderet, & reſplendere faceret, quod ſcilicet ille ipſe ſolus, Dominus ac Rex altiſſimus, Deus cœli & terræ, Dominus dominantium omniũ ac omnium Regum & Monarcharum mundi Rex ac monarcha maximus eſſet, Qui ne dum quem parem vel adſimilem, ſed ne quidem ſecũ vel in minimo quodam, & a longinquo conferendum, neque in cœlo neque in terra haberet aut habere poſſet. Etiam ob id, ut verbum hoc, ac Abrahamum factum, auidis votis, anheliſq; ſuſpirijs & deſiderijs, ab hoc populo expectari, quin & in deſtinato ac certo huic negotio tempore realiter, ſeu ipſo facto impleri poſſet. Cuius etiam gratia Deus hoc ipſum ſæpiſſime illis per multos Prophetas refricabat, uſq; ad Ioãnem Baptiſtam cum certiſſimis teſtimonijs, ſive promiſſorum ſuorum impletionibus, ſive etiam prodigiorum & ſignorum conteſtationibus.

Sub hæc, Ioannes prodit, ut annunciaret, inſtare iam tempus poſtremum, implendi verbi illius olim a Deo Abrahę facti ac promiſſi, & iam iam in lucem prodituri veriſſimam ſcilicet Nam cœleſtem lucem, imo vero totius iuſticiæ ſolem, poſ exortam iam ſtellam matutinam.

Poſtremo, ubi iam adeſſet ſol ille iuſtitiæ, qu filius ille Dei, ſemen hoc Abrahę benedictum ipſiſſimum ſolum verbum hoc divinum, ſeipſum iam prædicavit, teſtabaturque adveniſſe ab olim tot ſuſpirijs expectatum regnum Dei, & tempus, ſuaviſſimo huic negotio, deſtinatum, iam tandem

tandem impletum esse, & omnia quoque, quæcunque a seculis Deus, Patribus sanctis promiserat, impleta esse. Et hinc deprompsit Paulus id ad suos Hebræos, Multifarie multisque modis, inquit, Deus olim locutus patribus novissime diebus hisce loquutus est nobis per filium &c.

Igitur sumus iste Ecclesiastes addit, Pœnitemini ac resipiscite, credite Euangelio &c. Cæterum hoc ipsum verbum Apostoli, eo refertissimi & a Christo imbuti, clarius per universum orbem disseminant, orsi ab Hierosolymis, Quod quidem & ipsi, multis ac maximis miraculis ac signis toti orbi stupendis, verum esse docuerunt, atque confirmarunt tantis scilicet virtutibus, quas ipsemet solus Christus concionibus illorum præsentissimus, usque ad stuporem exerebat, Ne multis, id ipsissimum fuisse diuinum verbum, hunc scilicet illum filium Dei, orbi promissum servatorem, Apostoli, mortibus suis, imo & tot Martyrum sanctorum Myriades testati sunt, cuius universus orbis testis est.

Manet itaque verbum hoc, sive sermo is, ab Apostolis eorumque collegis ac successoribus disseminatũ, ac passim inter Christianos volitat hactenus, in suauissima illius fama relicta, in conscriptis sacris historijs, inq; operum Christi admirãdorum æternis memorijs & enarrationibus, quisque suis posteris, ac omnium maxime ij omnibus indiscriminatim, qui ad id muneris prædicandi, huius scilicet verbi Dei ac Christi leguntur & cõstituuntur, Atque hæc est etiam aliarum eius generis functionum causa, Ob id enim ist hæc omnia conferuntur & concreduntur quibusdam, ut hac in parte salutis animarum, fideles semetipsos

Deo & hominibus,ſed & utiles exhibeant.

Durat quoq; hoc verbum,propagaturq; ob id inter homines,ut per id omnes & ſingulæ, per omnes mundi ætates,quoad duraverit, quiſque ſcilicet pro ſe,informatus & certus eſſe poſſit de Deo,de ſalute,imo etiã & de dãnatione,ut quoque per verbũ hoc,ad veram ſalutiferam illã fidem atq;verũ itidem & germanum Dei cultum, Deo ac ſeipſo dignum provenire,atq; ad inflammari ac perſuaderi,atq; adeo æternã ſalutẽ, ſpẽque huius certã & indubitatiſſimã aſſequi poſſit, Et ediverſo, Quiſquis huic verbo Dei obedire detrectaverit,& id deſpectui habuerit, ut præſentiſſimum habet iudicem,Verbum ſcilicet hoc omnipotentiſſimum ſeſe illi,vel etiam invito inſinuantẽ aſſiduo,ut illi optime per illud ſit,quod ille pili non fecit,quod illum iudicare ac iuſtiſſimo iudicio in æternum condemnare poſſit.

Et ne quis nos ſomnia loqui exiſtimet, audiat hoc ipſum verbum Dei omnipotentiſſimi ſuam mentem exprementem,Chriſtum ſcilicet filium Dei,Qui non credit,inquit,iam iudicatus eſt, Et item,Sermonem quem egò locutus ſum,is iudicaturus eſt hunc,in noviſſimo illo orbis die.

Cui quidẽ verbo,addita ſunt & Sacramenta, quamquã & ipſa ſuo modo non aliud quicquam itidem,quam ipſiſſima verba,verbi Dei, Chriſti ſcilicet ſint, idque ad tenaciorem adhuc tot beneficiorum generi humano divinitus datorum, memoriam nunquam intermorituram, atque certiſſimum dationis ſeu donationis huius argumentum,Quatenus ſcilicet ipſum ſemper verbũ Dei,ut in verbis vocalibus,ſic etiam in realibus, hoc eſt, in ipſis etiam rebus, manu tractabilibus,

bus,perduret ac permaneat inter mortales, utque ſcilicet ſit etiam palpabile quodammodo verbū, manibus contrectandum & tangendum, non ſolum auribus percipiendum,atq; mente hinc rapiendū,ſed etiam a rebus ipſis, ut hoc idem mens & conſcientia quoque perterrefacta, ac aſſiduo ob imbecillitatem ſuam confuſa,atque dubitans iam quodammodo certius ſibi ipſi privarim,quandoquidem tanta,tam profuſe offerantur (cuilibet fidenti & gratuito) arripiat, & ſic in fruitionē convertat,ita ut rectiſſime,ac vere,ut res eſt,dici poſſit, Quod Sacramenta ſint verba plane corporalia & viſibilia, ut ſcilicet & huius materiei verbum Dei, Sacramentum ſcilicet actione ſua corporea eſſet vere fidei occaſio, ad Deū patrem, filium & ſpititū Sanctum. Atque hic eſt ille verus cultus Dei interior,ſive quo impoſſibile eſt placere Deo & ſalvari. Dicit enim is,ipſe ſolus,Qui non crediderit,condemnabitur.

Vt redeamus ad inſtitutum. Hoc verbum Dei nos appellamus,ut plane eſt, Verbum Dei externum vocale ſeu reale etiam, quod ad Sacramentum attinet,verbumque miniſteriale,ad differentiam illius verbi ſuperius dicti, ſubſtantialis ſcilicet a nobis vocati.

Quod quidem externum hoc, non ſic, ut id ſubſtantiale tam efficaciter, & ubique vim ſuam exerat,quocunque & ad quemcunque pervenerit, Tametſi in ſe ipſo bonum ac ſanctum verbū Dei ſit, namque id ſępius invanum ac fuſtra prodit, ſineque omni fructu manet, Et quid opus multis, quandoquidem ipſe Dominus idipſum, ſub quadruplicis terræ ſimilitudine, cōfirmat hæc noſtra dicta,Quamqnam uniformiter bonum ſemen ſatum

tum esset, vixdum tamen in una, è quatuor partibus terræ, fructum attulit, atque id quidem non pariformem sive æqualem. Quid? cum in aliquibus neq; suscipiatur, quanquam cadat illuc, ut accidit Iudæis. Nonnulli etiam, tam abest ut ex eo proficiant, ut etiam deteriores multo reddantur, illi quoq; resistant ac modis omnibus persequuntur, quin & prædicatores illius & qui illud amplectuntur, omni persecutionũ genere proscindunt, oderunt, ac etiam crudelissime trucidant, Plena sunt istorum exemplorum omnia mundi secula, quæ & in hodiernum diem durant, & sæviunt contra optimos quosque, contraque huius verbi germanos concionatores maxime.

Sed quid mirum, quandoquidem neque ab illo sanctissimo omnium, huius verbi sui, hoc est sui metipsius, concionatore, semen suum seminante, ungues ac manus continuerint, ab hoc scilicet omnium pastore principe Christo Iesu, Cuius quidem etiam, quanquam exactissime ac perfectissimæ conciones fuissent, non in omnibus tamen fructum adferre poterant, ita ut etiam coactus fuerit in quosdam obloqui ac dicere, Sermo meus non habet locum in vobis etc. Et hinc etiam evidens fieri, quam impar sit, externum hoc vocale seu ministeriale verbum, ac non æque agens efficaciter, ut illud substantiale prius, quamquam utrumque divinum sit, Ita ut ridicule contemptores Sacramentorum fugiant, ad externum verbum, solum id dicentes, esse vivum & solum efficax semper. Sacramenta vero, esse res mortuas, & id genus monstra multa, cum illud æque sit externum ministerium & sensibile, ut sunt & Sacramenta, non semper de se ipsis agentia.

Pro-

Proinde,ad quemcunq; ſubſtantiale illud verbum non pervenerit,cuius exiſtentia, tantum in ſolo Deo eſt,ex eo,& ab eo ſolo,admirabili tanto & incomprehenſibili omnibus, progreſſu, citraq; omnium aliorum mediorum externorum adminiculo, prodiens, hoc miniſteriale externum ſolum, ſive per Angelos ſive per homines promulgatum,vel nunc etiam reſonans, nullū in homine ſalutiferum fructum adferre poteſt, Nihilominus tamen Deus per hoc externum miniſterialeq; verbum,ſalutem operatur,hoc eſt, hominem vivificat,renovat, transformat,novum,aliumque efficit,regenerat,ac in primęvam creationem ſeu conditionem & dignitatem reducit ac reſtituit, atq; imaginis ſuæ ſimilitudinē. nec nō ſanctitatis, juſticię,ac veritatis gloriam redintegrat,atque hoc pacto, per ſcilicet adminiſtrationes ſuas externe adplicatas,ſalvum facit.

Citra quod medium ac præſidium quod ſalvaret Deus,è ſcripturis Dei non habemus,ideo id aſſerere temere,aut cuiuſvis capitis ſomnium hic ſequi, rem extremæ dementiæ & impietatis eſſe, conſtanter profitemur, qui toti à ſacris ſcripturis huius ſacratiſſimi verbi pendemus,id aſſiduo inculcantes, & captioſis homunciolis obtrudentes, qui nos,ob id quod externis verbis & ſacramentis ſaluté adſcribimus,mordent impiſſime,quod ſcilicet non ſemper nec ubique ad externorum adminiſtrationem id fiat, tametſi per hæc Deum ea operari certū eſt,ſed ubi,quando, & in quibus illi viſum fuerit,iuxta optimam, ſapientiſſimā,liberrimamque illius voluntatem, ſic ut nec id comprehendat ipſe concionator, ſive is qui loquitur verbum.

Adde, quod ijs ipſis adminiſtrationibus ſuis pollicitus eſt Chriſtus ſe adfuturum præſentiſſimum. Ite enim, inquit, bonis avibus, ſub nomine meo, prędicate, baptiſate, docete, peccata ſolvite aut retinete. Ecce, inquam, vobiſcum ſum omnibus diebus, ad uſque mundi conſummationem.

Quare ſi quis inardeſcat particeps effici Chriſti Dei & ſpiritus illius, ſaluuſque fieri optet, in externo hoc vocali, corporalique verbo, per fidem quęrat id oportet. Hinc oracula & reſponſa in ijs (non ſecus atque olim Iudæi, ab Arca teſtamenti ac Cherubinis) venetur & expectet.

Porro verbum hoc Dei externum, varias in ſcripturis factis, iuxta operationum & effectuum ſuorum varietatem habet appellationes. Iam enim virtus Dei dicitur, iam gladius & arcus, nonnunquã lex, ſępius pactum ſeu fœdus, Quandoque etiam Euangelium, lux, ſemen incorruptibile, & id genus ſexcenta. Præterea accidere illi verbo, vt eodem homines fœde & impie abutantur, transformant, proque arbitratu ſuo torquent, cum illi ſua, vel aliorum ſenſa ac viſa obtrudant, extra germanum illius intellectum, ac quod promulgatum ſeu ſcriptum, nec non etiam proditum eſt. Aut etiam cum illud, alio atque diverſum ab eo, quem Deus velit, finem impellunt, Quod quidem & ipſe dæmon feciſſe memoratur, cum ſcripturas etiam citaret, cum Chriſto diſputans.

Scriptum, inquit, eſt, Angelis ſuis mandavit de te &c. Vera quidem ſcriptura, at falſus & extra Dei mentem intellectus, quem dæmon urgebat, fuit, Siquidem mens huius ſcripturæ Dei fuerat, & ho

rat,& hoc quoque Deus intendebat , ut Angeli Christo & cuivis fidelium,ubi res illorũ exigeret, adessent,ministerium necessarium illi exhibituri, cũ hic quid vellet dæmon, ne vel minima quidem eorum functionis ac ministerij vrgebat necessitas , Qui scilicet opus haberet ad arbitrium dæmonis mali , præcipue e tam sublimi Templi fastigio , sese præcipitem demittere , ac sic Deum tentare,quandoquidem liberum esset,ac facili opera , possit paulatim per gradus descendere, & hinc fuit,quod a Christo repelleretur,post,ubi tam falso,proque suo,non divino sensu & arbitratu scripturam torsisset.

Nihilo secius omnes Pseudoprophetæ, atque is fecit dæmon,faciunt , Quod si non , unde est, quod tantopere conqueratur Deus,Dicunt enim, inquit, Hæc dicit Dominus,& ego non sum locutus ad eos. Et illud quoque Hieremiæ 7. Non præcepi,neque locutus sum,cum patribus vestris, de sacrificijs &c.Cum scilicet illi, contra mentem Dei,ijs abuterentur Atque huc tendit illud Pauli, Nos non adulteramus verbum Dei,hoc est , non adfingimus illi diversum & alienum sensum seu intellectum.

Igitur nos omnibus ijs diligenter expensis & dispectis,docemus , quid pro verbo Dei externo & ministeriali haberi debeatur, quod non qualécunque scilicet aut cuiuscunque spiritus,citra expressum, seu externè promulgatum Dei verbum, revelationem, aut etiam quod quisquis ex hominibus vel dixerit vel scripserit.

Sed eum omnem sermonem,sive scriptum sive prolatum ore a quocunque,qui sit de vera,certa,ac germana mente Dei,illiusque voluntate ac per eũ solum

ſolum declarata, exq; illius intentione prodita & in ſcripturis ſacris depoſita ac illis incluſa, ac fidem ſalutemq; neceſſario requiſita, Id inquan omne pro vero Dei verbo ſive ſermone nobi haberi & eſſe quidem ſit.

Quibuſcunq; id verbis rudioribus vel orna tis, congruis ad regulã grãmatices, vel incõgruis eruditis vel ineruditis, integris, ſufficiẽtibuſq;, ve decurtatis ac brevioribus fiat, ut videre eſt illud in Euangeliſtarũ, Apoſtolorũ & Prophetarun libris, Dummodo enim veritas Dei, vel ſcribatu vol loquatur, ipſiſſimum verbũ Dei miniſterial eſt, Quod ſi etiam quæ eius generis revelatione ſpiritus, ſeu hominis verba fiant, Quid aliud fie ri poſſunt, quam ipſum Dei verbum, poſt ubi ve ra de Deo, deque illius voluntate, atq; ad illiu intentionem verba fiant.

Verum hanc verbi Dei, ſeu etiam ſcripturari ſacrarum rectam intelligentiam ac mentẽ omni docẽda miniſtris, abunde ſuppeditãtem, nemo a liter adeptus eſt unquam, aut adipiſcetur, quan principio per infuſionem, inſtinctumq; ſpiritu Sancti, in communem Eccleſiæ utilitatem datũ Item per diligentiſſimam inveſtigationem, ope raſq; ad id fidelium mutuas, qui pro utilitate u niuſcuiuſq; diſtribuit, ut mutuis donis cõmuni cent, ad docendam intelligendamq; omnem ve ritatem, ſive ad habendam veram erga nos De voluntatis mentem, ut in corpus Chriſti myſti cũ adoleſcant, & conſumentur per multiforme diſtinctaſq; adminiſtrationes unius atq; eiuſden ſpiritus, De quo ad Romanos, Corinth. Ephe Quapropter miniſtri Eccleſiæ noſtræ, ab hoc ver bo Dei, omnes ſuas auſpicantur fũctiones, &

omnen

omnem itidem populum sibi obsequenté ac Deo adhęrentem, verbo Dei erudiunt, detinent, regunt, docẽtes eos ea omnia, quę saluti auxiliãtur.

Id autem verbum, ubi in sua puritate, citraq; errores administratur, iuxta sanum ac germanũ à Deo intentum intellectum, hæc tria principalia, nobis summe necessaria proponit & docet, Principio pœnitentiam, mox fidem, postremo dignam vocatione vitam.

Pœnitentiam docet, cum hominé ad obediẽtiam Dei instigat, debitiq; sui admonet, & corruptionem hanc suam corruptissimã, à primœva sua conditione nobilissima, tam longe degenerãtem, ac in omnibus peccatricem, atq; ob id magnitudinem irę Dei iustissime, pœnasq; ubique insequentes, ac perpetuo insecuturas, ob oculos assiduo ponit, minatur, à malis dehortatur, quinetiam corripit & arguit.

Fidẽ docet, cũ de benignitate Dei, erga sic infœliciter lapsum, & omnis generis calamitatib⁹ adobrutũ hominem admonet, quam scilicet, extra omnem omnium ęstimationem, sit benignus Deus, misericors, clementissimus, potentissimus, & omnium gratiarum plenissimus, promissorumque ut largissimus, ita etiam executor fidelissimus, constantissimus in amore, adque miseris opem ferendam ac manum porrigendam paratissimus ac propentissimus, Vt etiam nunquã providere cesset, imo vero modis omnibus satagit, ne quis pereat, & omnes de pari ad seipsũ invitat, benignissime allicit ac inhortatur, viasque & modos, quibus cõsulit, per quosque ad se perveniatur commõstrat, & promissorum, neque modum neque finem habet, quorum est

executor

executor & satisfactor fidelissimus ac liberalissimus, modo optime fieri possit omnibus.

Dignam vocationis tam fœlicis vitam, docet eos scilicet qui iam adepti sunt, certissimũ favoris huius erga se divini, redintegrati testimoniũ ac remissionis omnium peccatorum vitæ quoq; æternæ futuræ evidentissimum argumentum, non tam amplam, divini erga se amoris propensionem invanum recipiant, verum ut omnes, quisqui pro sua cõditione, statu, sexu, ætate, dignitate, vocatione huius vitæ ambulet, satagens in omnibus (tam magno suo bono) Deo placere, fructibusq; Iustitiæ (ut iam iustificatos decet) feracem esse, in laudem & honorem Dei, præq; æternæ suæ beatitudine, hac certa spe, quod scilicet labores hic sui, nõ sint inutiles futuri, quin potius ingentia præmia sint alaturi. Et hinc est, ut Ioannes Baptista, ipse Christus Dominus, nec non Apostoli illius, dicerét, Pœnitemini & crediteEuangelio, Eos vero qui credidissent, agentes primo pœnitentiam (sine qua credere nemo potest vere, ac serio) iussit, ut docerent eos omnia servare quæ præceperat.

Igitur verbum Dei certificat nos, tum de ira, tũ etiam de favore & benignitate Dei, nec non & in aliquo uno istorũ statu sive persistentia, vel in ira, vel in favore illius. Ira & indignatio Dei tam metuenda efficit, ne nos in dissolutionẽ vitæ relaxemus, sed ut noverimus voluntati nos illius subijci debere, ac de peccatis huius corruptionis nostræ, constantem ac seriam pœnitentiã agere. Favor vero illius, ob tã tremendã, iustamq; illius iram ac indignationem, nos tantopere exanimantem consolatur & refocillat, ne conficiamur

in finé & desperemus, quinimo ut de tãta illius benignitate optime speremus animos addit.

Isthæc perseverantia sive pesistentia, hoc est, non eversio à favore illius, quã exhilaret, & conscientiam tranquillet spe vitæ æternæ, nullis satis verbis exprimi potest. Efficit quoq; ut in nobis & Dei timor, & favoris illius gaudium, quin & potẽtię illius robur assiduo duret & perseveret, Atque is ipse est verus cultus Dei & omnium virtutum ac sanctorum, Deoq; gratissimorum operum mater fœcundissima.

Proinde verbum hoc Dei, quod nos ad pœnitentiam atq; timorẽ Dei, & obedientiã instigat & agit, esse Iustitiam illam, lege naturali, hoc est, naturæ nostræ insertam & insculptam, debitam, tum Deo tum hominibus, mox in plasmatione, primo homini concreatam, & ab eo in posteros illius propagatam, non secus atq; omnes aliæ animæ vires & potẽtiæ, aut corpus ipsum, viresq; itidem illius ac membrorum eius, idq; totum factum fuisse, in hac inspiratione divina, cum hoc vitæ spiraculo in Adamum instillata, posthac lege Prophetisque omnibus, à Christo deinde Domino & Apostolis, nec non etiam sapientibus, & à Deo illuminatis viris confirmata, declarata & exculta; quin etiam super legem Mosaicam perfectior multo reddita. Quidem ingentia habent (sic viventes) promissa & præmia proposita, Transgressoribus vero pœnas promulgatas & decretas certissimas.

Iam Iustitia illa tota in Decalogo inserta est, Quod si adhuc breviorem summam requiras, habes duo præcepta, de quibus Christus etiam loquitur, in quibus inquit, tota Lex & Prophætæ

phetæ omnes comprehænsi sunt, in dilection scilicet Dei & proximi, nihil minus atque suime ipsius. Intelligi hæc, cum de Deo hæc dicun tur debent, non de solo patre cœlesti, sed etiam d filio & spiritu sancto.

Atque hic primũ promissa & præmia à Deo, si viventibus, & ea præcepta observantibus pro ponuntur, veluti suapte sequẽtia. Sic enim habe Exodus, Si vocem meam audieritis, & custodie ritis testamenta mea, pacta, fœdera, (hoc est, mea præcep a) eritis mihi singularis populus, ex om nibus orbis nationibus selectus, Meus est enim orbis terrarũ, & vos eritis mihi regnũ sa erdo tale, gens sancta &c. Rursum attendite vocẽ meã & ero vester Deus, & vos vicissim eritis mih populus meus, & ambulabitis in omnibus vijs quas vobis mandavero, ut vobis benefiat, E quid ipse Christus? Hoc, inquit, fac & vives, Et i terum, Qui fecerit, & sic docuerit, magnus vo cabitur in regno cœlorum.

Deprędicantur quoque in eodem verbo Dei opera divinitus prę miata, puta, ubi, quibus, quã do, remunerabitur impletionẽ mandatorũ suo rum, & id quidem, & extra legem Mosaicam, & sub lege eadem, nec non etiã sub nova Euange lica, quæ dicitur lex fidei Christi. Ediverso tran sgressoribus, hoc idem verbũ Dei, va ias pœna & mulctas prædicit, mina ur, puta, quũ execra tur ac maledicit omnes tales, Maledictus, inquit omnis, qui non permanserit in omnibus qua scripta sunt in libro legis huius, ut ea opere im pleat. Et Christus, Talis, inquit, minimus vocabi tur in regno cœlorũ. Et rursum, Nisi abũdaveri iustitia vestra &c. Et iterũ, qui nõ crediderit filio nor

non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Præcepit namq; Deus, ut filio suo obediãt, eumque non aliter quam seipsum colant.

Habet quoq; horribilia exempla verbum Dei, de ira Dei, hic super eiusmodi transgressoribus, ipsoq; actu & opere seviente. Et en mox in principio mundi, habes severissimum exemplar sevientis iræ Dei in transgressores, scilicet Angelos mãdati illius exturbationis è cælo. Habes tristissimã, calamitosam ac horrendam Adæ & Evę, primorũ generis humani totius prothoparentũ, nec non & totius posteritatis illorum, maledictionem, evestigio angelicum casum è cœlo consequentem, & è paradyso illa totius voluptatis, exturbationem. Habes tam crudele, & sine misericordia in totius orbis & omnem creaturã seviẽs, diluvium. Habes suavissimę illius Zodomorum Regionis luctuosissimam & horribilissimam ab ignibus cœlestibus, conflagrationem, & à terra deglubitionem, Cuius adhuc & hodie oculata extant vestigia, mare scilicet mortuum, & totius huius Regionis morticinium, ceu cadaver fœdũ quoddam iacens.

Quid dicemus de Pharaone Ægypti Regis maximo, in mari rubro cũ totis exercitibus suis, ita ut ne unus quidé remanserit, seviissima ab ira Dei submersione & suffocatione. Quid de Dathano & Abirone è vivis, cum totis itidé familijs suis etiam infantulis, a terra absorptis, vivis. Quid de tot Israhelitici huius populi in desertis ijs Araheę, tot funestis stragibus, à Deo in irã cõcitato cõsumptis, & ex Egypti servitute, eq; maris rubri horrore liberatis, inibi prostratis & miserrime cõtritis. Iã si captivitates huius populi

luctuosissimas in Babyloniã, & alio sæpius raptis, si quoq; tot, tamq; calamitosas alias oppressiones cũmemoremus, si deniq; huius tã glorioſæ & tantopere olim Deo dilectæ & adamatæ nationis, casum, ruinam, destructionem, ac in nihilum fere redactionẽ, ut quicquid adhuc supersit reliquiarum huius miserimę gentis, per universum orbẽ, tam dura premitur sorte, tamq; longe dissita, abinvicemq; separata & dissipata est, ne ulla unquam spes supersse possit, vel in æternũ colligendorum eorum in unum: Quid inquam dicemus aliud in causa, tot tantorum malorum hic tactorum, velut in cursu? quam horrendam illam iram Dei, suorũ præscriptorum tam rebellem transgressionem, ul ricem iustissimam.

Rursum vide & expende cur cadant, transferantur, puniantur, pereant gentes, populi, urbes regna, Monarchiæ, Vnde & cur, tam frequente ac multifariæ, nec non crudelissima morborũ pestilentiarum, caristiarũ, totque bellorũ & aliarum innumerabilium calamitatũ mala, opprimunt ac pene cõficiunt genus humanũ? Vnde inquam, quam ab ira Dei, Et adhuc ridebit fortasse quis, & nihili faciet iram Dei horrendissimã, sumet in contemptoribus ultoré tam potenté, Postremo vero ac omnium magis omnibus metuẽdam pœnam verbum hoc Dei certo promulgat & constituit ac eam perpetuo urget, horribilissimã scilicet mortẽ omnibus horis, momẽtis ac locis imminentẽ, omnibus mortalibus, alias tot tantulis miserrimis, Iudicium itẽ contemptoribus suis impijs in postremo omnium orbis die districtissimum ac iustissimũ, omniũ certo certius affuturum, ac diẽ æternã & nunquã finiendã in ign

bi

bus inextinguibilibus, dãnationem, Quorum vermis nunquam morietur, Quorum ignis in æterna seculorum secula, non extinguetur, Quorũ deniq; dolores, pœnę, torméta, ustiones ac ardores, ne ad punctulum quidem temporis, intermittentur aut subsidebunt, verum ætęrnè & in æternitates perpetuas stridebunt détibus suis, eiulabuntque horribilissime, transgressores, peccatores, & iræ simul & favoris divini, derisores & contemptores.

Itaque pars ista operationis verbi Dei, denunciant aperte justissimam iram & vindictam Dei omnipotentis, in peccatores. Atque hinc & non aliunde oriri timorem Dei, illiusque iustissimorum ac districtissimorum iudiciorum, aut ut nos consuevimus dicere, Cor contritum & spiritum contribulatum ac humiliatum, Et hinc etiam præcidi & diminui occasiones peccatorum, atq; adeo ipsa peccata, Hinc incipiunt, meditationes extricandi se ab illis, & excutiendi ea a cervicibus suis, Atque hæc est ipsissima pœnitentia.

Esse præterea verbum hoc, quod nobis ad fidẽ, atque favorem Dei consequendum, consolandũ, & nos in tot tantisque, tamque assiduis tribulationibus & tentationibus confortandum, tot suppetias subministrat, Certissima promissa, & clementissima illa nobiscum, cumque toto genere humano, inita pacta & fœdera illius, Sed & omnia iam in nos profusissima beneficia exhibita, quæq; semper ac assiduo exhibet, exhibituruque est, certo, suapte & gratuito, citra omne meritorum ac iustitiarum nostrarum respectum, Et etiam quid denuo mereri possit is, qui cum seipsum iam totum, sua quoque omnia debeat, nihil fere facit aliud quicquam, malum malo debitum quoq; debi-

to ſemper addit, tam abeſt, ut mereri quicquam poſſit, Ipſe tamen ab initio mundi uſque nunc, non deſiſtit, atque ſemel cepit generi humano benefacere, atque optime ſemper velle. Et quod omnium beneficiorũ ſumma corona & colophon eſt, Imo quod omnia alia, velut Sol ipſe ſtellas omnes obſcurat, eſt promiſſum hoc, quod in principio mundi, mox Adamo & ſemini illius factum eſt, fore ſcilicet, ut hoc ſemen illius futurum, caput ſerpentis perpetui hoſtis, ac Tyranni totius generis humani, contriturum ſit, diaboli ſcilicet ſpiritus inviſibilis, qui eſt omni iniuſtitia pleniſſimus dux, atque adeo ſummus peccati ac morti imperator & unicus author.

Idem quoq; promiſſum Abrahæ, & itidem ſemini illius, q̃ ſcilicet omnes nationes terræ, a ſolo Deo maledictæ, & anathemate percuſſæ, ſin cœleſtem & ſpiritualem benedictionem amiſſam recuperaturæ. Idem antehac cum Nohe pactum quod non ſit ultra maledicturus terræ, nec perditurus diluvio terram, nec hominẽ ab ea deleturu tametſi id omnibus modis commererẽtur &c. N aliud cum Davide, quod ſcilicet ſemen illiu poſt hunc emerſurum ſit, ac regni Dei ſedem oc cupaturum, quemadmodũ atq; æternaliter, quc regnum hoc adminiſtraret & ædificet, in virtut ſuę judicio & omnimoda ſanctitate, iuſtitia & v ritate, liberetq; ac tueatur & vindicet, e regno dominio Sathanæ, Quod nõ aliud eſt, quam re num peccati & mortis æternæ.

Atque hæ ſunt, & aliæ ijs adſimiles promiſſi nes Dei, quas quidem gratuito, & nullis præced tibus humanis meritis, ſed nec etiam interpoſi ullis præceptionibus implendis prius, Veru ex p

ex pura illa liberrimaq; benignitate ſua promulgavit,ultra omnem expectationem, num enim tã fœde ſeſe & omnem quoq; in ſe futuram poſteritatem corrumpens, prẽmium ſibi promitti expectare potuit. in quem iam æternæ mortis & miſeriæ lata fuit ſententia? Ille clementiſſimus Deus, miſeratus miſerrimæ creaturæ ſuæ & imaginis, tam gravi ruina, à tanta creationis ſuæ dignitate collapſæ.

Inter quas quidem ſalutis & liberationis, nec non reparationis noſtræ,tantas,tamque benignas promiſſiones commemorat verbum Dei, tot etiam & tanta, peccatoribus tantis corruptiſſimis in ſuo creationis eſſe, exhibita beneficia actu, puta quod vitæ iſti eorum degenerantiſſimæ, omnia abunde ſubminiſtrat adminicula ſemper & aſſiduo,ac nunquam favore ſuo deſtituit, nihil offenſus fœda ac miſera illorum corruptela, quamquam non in omnibus ac ſemper ſe totam exerente, imo vero nec multorũ etiã aſſidua peccabilitate, Nihilo minus ſemper pavit,potavit,veſtivit,tuitus eſt,pluviaſq; ſuis temporibus, ſolem item ſuum, & multiformem rerum omniũ fertilitatem donabat,implendo, ut etiam Apoſtoli verbo dicamus,Cibo & ſolatio corda illorum, è periculisliberabat,auxilio fuit in adverſitatibus,& cõtra inimicos inſperatas victorias procurabat,egitque pro conſervatione ac tutela eorum omnia, etiam tum,cum maxime in eum peccarint, Reſipiſcẽtes obvijs(ut aiũt) manibus ſuſcipiebat & amplexabatur,& ne parũ eſſet, clara id voce profitebatur omnibus, eos nec non & illorum poſteros ad ſe ſuamque curam & ſortem pertinere, Sed & id quam ſuorum illis factorum promiſſorum,

æterne memor esset,qui & hactenus,ac in hodier
num diem cuncta bona, omnibus itidem facere
ac omnium curam paternam agere non cessat,se
ne potest quidem.

Iam vero postremis temporibus mundi , i
quod ab exordio illius (de quo hic a nobis sua
vissima agitur cõmemoratio) promiserat , re ipsa
& actu implevit , cum benedictum hoc pro
missionis Semen Christum Iesum orbi de
dit , omnium gratiarum ac veritatum imbrem
illum cœlestem refertissimum ac pleniſſimum, i
quo nobis inæstimabilis,divinitatis huius erga ge
nus humanum bonitatis , thesauri , magnifica
rum scilicet illarum promissionum repositi , se
& omnes donati sunt,Et illę precioſiſſimę ac ma
ximę pollicitationes superabundantissime impl
tæ sunt,Quatenus ut Petrus dicit, Per id nos tan
peccatores,divinę cõsortes naturę ac cõparticip
efficeremur,ut quoq; liberaremur ab concupiscẽ
tijs illis carnis nostræ corruptissimis,ut videlic
id quod in nobis venenosa hac labe peccati infe
ctum esset,absorberetur a vita Dei.

Quibus quidem omnibus, ijs scilicet qui eum
Dominum ac salvatorem suum per fidem agno
scerent,seque illi totos, cum omnibus suis conse
crarent,Secus(omnes indigniſſimos se ipso dici
pollicitus est , se gratuito illis adfuturum in om
nibus,iustos facere, adque vitam æternam esse i
lis,ducem & authorem,hoc est,quod eos velit sa
ctificare,Deo patri gratissimos efficere , a peccat
eos liberos reddere,& in eis mala insita , per spir
tum suum extirpare & evellere , Iustitiam de
nique supra dictam , Deo iustissime ab human
genere ac naturaliter debitam , rursum replanta

& pro

& promovere, Atque sic consortes sui facere.

Quicquid vero adhuc reliquorum supereſſet peccatorum, sive in alteram partem quid deesset à pleno (& certe omnibus multa desunt) e suo supplere, causſam illorum agere, expurgare, & excusatos coram patre suo habere, Quatenus hic in fide illius perfecti esse, hoc est, perfecte illius bonitati sese offerente suapte, fidere valeāt, Quod scilicet hac illius Iustitia æterna perfectionem suā in resurrectionem tandem mortuorum, re & actu ipso sint assecuturi. Atque hoc pacto in primœuam tandem creationis suæ conditionem ac dignitatem (a qua tā miſere exciderant ac id quidem mox in principio) restituendi ac sic iam quasi iure suo, æternę beatitudinis hæredes efficiendi, ut æternis gaudijs æternaliter perfruantur Namque ipse est Rex Iusticiæ, Iusticia sua adimplens, & ea suos, fidentes scilicet in illum, cummulatiſſime donat,

Atque sic pars isthæc verbi Dei euidentiſſime complectitur in se, prædicationem, de profuſiſſima illa Dei patris in nos benevolentia deque superefluentibus Domini nostri Iesu Christi meritis, nec non etiam de diviniſſimis spiritus sancti donationibus, vnius scilicet Dei in seculorum secula benedicti & benedicendi, Et hic sunt fontes, hic quoque fidei, charitatis & spei origo, hinc enim tres illę virtutum Reginæ prodeunt, & iuxta Paulum hic nobiscum in Iesu Christi castris militant, imo totius huius sacræ nostræ militiæ duces & vexilliferi sunt.

Denique verbum hoc, quod dignam tanta vocatione ambulationem post acceptam gratiam. Esse doctrinam omnis Iusticiæ debitæ, decē scili-

cetDecalogi præceptis complexæ,cum omnibus, pro huius & futuræ vitę promiſſis,Et ediverſo omnium vindictarum ac pœnarũ à Deo promulgatarũ concinnationes,nunc & in extremo ruẽtis mundi,tremẽdiſſimo malis & infidelibus impœnitentibus die omni certo certius adfuturas ac eos obruturas. Quæ quidem doctrina aperte docet itidem,Quo pacto ſeſe,in hac peccatrice vita præſenti,omnium tentationum pleniſſima, fideles gerere debeant,tum ad Deum principio, tum ad ſeipſum,nec nõ etiam ad alium,extra ſe, proximum,ac quomodo omnis mutuo adinvicem,imo vero & ad eos,qui extra hanc gratiam ac ſanctũ ſodaliciũ ſunt, & ad illos,qui fidẽ veram in Chriſtum Ieſum aperte profiterentur,ſuę quoq; electionis & vocationis,iuxta manifeſtam Dei doctrinam certa indicia prę ſe ferrent,prout unicuiq; à Deo donatum eſſet.

Et hoc eſt illud prima Ioannis ſecũdo.Per hos inquit,ſcimus, quod novimus eum,ſi mãdata illius ſervamus,Qui ſe dicit noviſſe eũ,& mandata eius nõ ſervat,mendax eſt,& veritas in eo nõ eſt,Qui dicit ſe in eo manere, debet,ut ipſe ambulavit,& is ambulare.Fratres,non novũ mãdatum ſcribo vobis,ſed mandatũ vetus, q̃ habuiſtis ab initio &c.Item ſi ſecundũ carnẽ vixeritis, moriemini,Quod ſi ſpiritu facta carnis mortificaveritis,vivetis in fide IeſuChriſti,Et omnia fere iſthuc & in hunc finem tendunt Apoſtolica ſcripta.Namq; id Dominus illis impenſe præceperat,Ite prędicate,docete eos omnia quęcumq; vobis pręceperã,ſervare,hoc eſt,eos qui crediderint,& baptiſati fuerint , Nam qui facit iuſticiam,inquit Ioannes,iuſtus eſt,quemadmodum & Dominus

Dominus iustus est, Qui autem peccat, ex diabolo est, qui ab initio peccat, Filius autē Dei in hoc apparuit, ut extirparet & destrueret opera Diaboli, In summa, à quo quis superatus est, illius mancipium fiat, oportet.

Itaq; hæc verbi Dei tertia operatio, cōprehendit in se voluntatis divinæ, bonæ, beneq; placētis & perfectę prędicationē, unde velut é radice fructus prodeūt iustitiæ, nō illius naturalis per peccatum corruptæ & vitiatæ ac pene suffocatæ & ablatæ, adeo ut vix exigua quædam in natura humana agnoscantur huius indicia seu vestigia, & non aliter quam in demolitis & desiectis arcib⁹ aut domibus vix deprehēdere in ruinis eorū potest, olim fuisse ędificia, Sed nec huius quæ in decalogo legis, seu etiam alijs prędceptis ac legibus promulgata est, nec enim & illa vivificat aut ad salutem aliquid sufficiens adfert, non pluris quā baculus ille Gezi & cū ipso authore, Sed huius solius, quā Deus gratuito, exq; liberrimo suo favore restituit, donat, & cordibus suorū infundit, Iere. 31. Vbi illi visum fuerit id vero fieri, cū nos externe verbum Dei adnunciatum audimus, is interne divinitatis suę efficacia in cordibus operatur, & hæc dona inserit, per quæ robustus homo ille evadit in fide Iesu Christi, sive unius Dei patris scilicet filij & spiritus sancti.

Quæ quidem Iustitia ex Deo est, restituens hominē ad imaginem filij Dei, quæ pendet in veteris hominis, cōcupiscētiarumq; illius mortificatione & in resurrectione à mortuis, sive in renovatione novi hominis, veri Dei gerentis imaginē, in sanctitate, iustitia, & in omni veritate, ad quā Petrus subinvitans, Quemadmodū, inquit, sanctus est

ctus est is, qui nos vocavit, sic & vos sancti effici amini in omni cõversatione, seu incolatus vestr in hoc mundo, cum scriptum sit, Sancti estote quemadmodum ego sanctus sum Dominus Deus vester.

Et plane non alium finem esse ministerij, tum verbi, tum etiam Sacramentorum, quam eum ipsum, ut homines è peccatis & iniquitatibus cordium suorum, extraherentur & liberentur, eq; faucibus Sathanę eripiantur, ac tandē in Dei iusticiam adducerentur, cumq; Deo confœderarẽtur, ac unum efficerentur, per Iesum Christum Dominum nostrum, Atq; interim ijs, qui Christum Dominum & salvatorem suum agnoscunt & amplexi sunt, ut ad ministrario fiat, ad id, ut in iis Regnum illius ædificaretur, & Sathanæ infringatur & destruatur. Vnde Deo gratissimos ac iucundissimos fructus, regnum hoc ferat, in laudem illiusq; gloriam, Non autẽ vt velut domus deserta maneat, Proinde complectitur verbum hoc Dei administrationem, faciens pœnitentiam & fidem, dignamq; vocatione sua vitam, post acceptam gratiam, varias & multiformes prædicationes, doctrinas, admonitiones, atq; interim & disciplinas. Hæc quidem omnia in eum solum finem, ut omnis homo fidelis ædificetur & corroboretur, in vera pœnitentia, certa fiducia, in Deum patrem, filium & spiritum sanctum, in virtute imaginis Dei, sic ut hinc bonam erga Deum conscientiam habeat, certissimam quoque vitæ æternæ spem, citra enim hæc iam dicta, adulti non habent è scripturis testimonium salutis, sed damnationis.

Sic igitur & in hunc modum, cum unicum hoc

Dei

Dei verbum, quamquam sub tribus illis, operum suorũ generalioribus partitionibus, à nobis declaratũ integre, & sub hac salutis summa prędicatur, hos supra à nobis nominatos & excussos fructus producit, Pœnitentiam, fidem, atq; hinc dignam sua vocatione tam beata, vitam, Quod si quid istorum triu.n, in quibus tota divini vis & utilitas, nobis consistit, aut defuerit, aut negligentius & frigidius tractabitur ab concionatore, & maxime, quod etiam accidere scimus, altero alterum quis oppugnaverit, fiet ut pro huius Defectus, vel etiam abusionis conditione, quicquam scilicet ab huius integritate hic defuerit, ut seu maior seu minor hinc sequatur incommoditas, nunquam eiusmodi concionatores, ad perfectionem in Christo quemquam perducere valebunt, sic ut in nullo posset reprehendi & inculpari.

Igitur hoc illis agendum est, ut quilibet absq; reprehensione inveniatur, in sanctitate veritatis, coram Deo patre nostro, in adventu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis illius. 1. Thessa. 2, & 5. Item 2. Petri 3. Debet siquidem verbum hoc sanum & verum, verumetiam & integrum, hoc est, æqua cura & vigilantia omnium suarum partium iactari & doceri, ne scilicet quicquam consiliorum Dei tegatur mortalibus, aut silentio pertranseatur, vel etiam vis dũ summis labris quędam attingantur. Quin omnia quicquid verbum hoc Dei complectitur, sunt omnia omnibus prædicanda, inculcanda, ac vel etiam invitis obtrudenda, quæ ad salutem æqualiter spectant & requiruntur, & ut Euangelij verbis dicamus, non sub modio, sed super cande-

candelabrũ lumẽ hoc , diviniſſimi huius verbi cœlitus mundo accenſi, quod diſtricte præcepit Dominus,ut omnibus , qui in hac domo Dei ſunt,luceat,collocandum.

Iam cum verbum hoc Dei, totum ac integrum hoc eſt,quicquid in ſe comprehendit , & non dimidiatũ,& recte quoq; intellectum docemus,prout virili ſibi caventes,ne partem aliquã illius plus altera urgeamus , & ut adagio noſtro dicitur,alteram ſępius campanæ partem feriamus, potiſſimũ vero, cum tertiam verbi Dei operationem in ſuis fidelibus,alijs duabus tamẽ non neglectis plus urgeamus,prout occaſiones admonuerint, eorũ ſcilicet,qui iam pridem a multoque tempore adepti ſunt favoris divini per fidem,gratiam, peccatorumq; remiſſionem ſeu iuſtificationem in Chriſto Ieſu , Quandoquidem huius conditionis maior pars noſtri populi ſub noſtra paſtura ſit. Vnde cogimur hanc verbi Dei operationem , de digua ſcilicet vocatione & cognitione hac , vita, operibus bonis decoranda,tanto diligentes inculcare & concionari. Nã quid uſque adeo in cognitione Dei,ſalutiſq; ſuę, Plebe promovente magis neceſſarium illis ſit,ac conducat,quam ut dignam vocatione ſua , vitam agant &c , ſubuereri hinc quosdam,ne forte dẽ iſtorum numero ſimus, qui ſalutis puppim & proram in operibus conſtituũt, neſcientes miſeri,quod in euacuationem, quin & contemptũ Euangelij recta ferantur , hoc eſt,qui docent,quod nemo placere Deo poſſit , niſi prius plenus bonis operibus fuerit.

Verum nos hæc omnibus publice ac euidenter profitemur,quod iſthæc opinio nunquam,neque noſtra,neque etiã ab exordio maiorũ noſtrorum

rum fuit,non est, nec in æternum Deo propitio erit. Siquidem nos, & mox a principio maiores nostri,tenuimus & docuimus,testantur quoq; id pro nobis copiosissime libelli nostri. Quod salus sive iustificatio hominis dependet, principio & ante omnia,a solo, gratuitoq; favore,& electione Dei in nos propensissimo.Similiter in superefluentibus filij Dei, Domini nostri Iesu Christi meritis,atq· in liberalissimis spiritus sancti donationibus,hæc divinissima dona cordibus humanis inferentibus,tum ad pœnitentiam, tum ad fidem necessaria,Et hæc omnia,extra hominem, in solo Deo esse & pendere, quæ quidem nemo unquam in potestate sua aut habuit, aut est habiturus, sic,ut hæc pro arbitrio suo accipere, cum velit, possit,aut alteri conferre,aut pro arbitratu suo dispensare,quibus & quando vellet, Sic etenim non mysteriorum dispensator, sed Dominus istorum, imo & Dei ipsius,esset.

Verum ipse solus is est, qui apud semetipsum & per semetipsum solum,hominem pro suo non alterius arbitrio, iustificat, favore suo dignum facit,sibi ipsi apudque semetipsum, ex liberrima sua voluntate, quæ in potestate illius est, nullo iure aut debito, aut etiam illius favoris sensu & notitia ulla,tanto minus absq; quibusuis meritis illius hominis,vel etiam cuiusuis alterius,Siquidē id omni certo certius est, Quod Deum patrē nemo flexit ut primos amaret nos. In filio redemptionem hanc nemo unquam meruit,Spiritu deniq; sancto nemo itidem dignus habitus est, neque de seipso fieri potest, Quandoquidem omnes homines nihili & peccatis corruptissimi & refertissimi sunt.

Recte

Recte igitur Psalmus 3. canit, Domini est salus & iustificatio & super populum eius electum, benedictio. Igitur ab eo & ex illo, eorũ iustificatio est & ab nullo alio, Esaiæ 54. Porro omnes pij, ut Paulus ad Ephesios 1. sunt electi & iustificati seu iusti facti, antequam quicquam creasset à principio, & antequam nati fuissent, & boni aut mali quicquam fecissent, Quin etiam antequã in mundum venisset, & pro peccatis illorum satisfeciſſet Christus, quamquam non absque Christo, qui venturus erat, tempore quoque suo advenit & iterum abijt. Diserte enim Apostolus dicit, Elegit nos in eo, antequam fundamenta iacerentur orbis terrarum, ut essemus sancti & sine reprehensione, apud eum in charitate & præordinavit, id est, longe ante id promisit, ut nos tam benigne in filios adciſceret per Iesum Christum sibimet ipsi, iuxta voluntatis suæ beneplacitum, ut laudetur gloria gratiæ illius &c.

Siquidem ipsa tota trinitas beatissima & unica, in divinitate sua indivisibilis, hanc suorum electorum iustificationem procurat & agit. Pater favore & benevolentia sua paterna, filius bonitate & clementia sua propria, & ut ita dicamus, innata sibijpsi per redemptionem suam, Spiritus denique sanctus, efficaci illa liberalissimaque cœlestium donorum effusione. Et hæc tria semper coniunctissima simul & inseparabiliter fuisse & esse, in Deo, apud Deum ab æterno, in abyssis illis eius abditissimis & incomprehensibilibus, plane ut hinc esse illud Psalmi oporteat, Posuit tenebras latibulum suum, Namque quemadmodum nunquam erat, neque est pater absque filio, filius quoque vicissim absque patre, Spiritus deniq; sanctus abu-

ab utroque. Sic etiam favor patris, absq; innata illa filij in nos benignitate, & quadam nobiscum cognitione, Donatio vero spiritus sancti absque ambobus. Verum hæc tria coniunctissima, indivisibilissimaque fuisse esseque in se ipsa, ac per se, in Deo, unicuiq; ad iustificationem sufficientissima, ab æterno, ac priusquã vel minima illius notitia, ad hominem perveniſſet, aut sciri posset

Sed veniebant isthæc, & veniunt quoque in cognitionem hominum, temporibus ad id à Deo destinatis, sic ac tantisper pro ut Deo visum fuerit, innotescere homini & in fruitionem adducere pro arbitrio, Patris enim inæstimabilis in genus humanum benignitas in eo ab æterno recondita, quæ apud semetipsum id justissime decrevit & cõstituit adprobavitq;, ut tã fœde lapsum hominẽ, sub dispensatione tẽporũ sublevaret, sese quoque exereret, principio in clemẽtissimis promissionibus, & suimetipsius obligationibus homini, ut etiam iureiurando, tum in realibus atque ipso facto eorum adimpletionibus, ac omnium maxime in eo cum unigenitum illum filium suum terris demitteret, de quo nisi hinc è cœlo patefactum fuisset, quid scisset mundus?

Similiter filij propẽsissima bonitas, atq; id quidem in eo, cum homo factus, ac velut unus ex nobis, totum se nobis, quantus quantus est, impartivit & præscripsit, quo utamur & fruamur, pro arbitrio & necessitate sua, maxime vero omnium, cum hanc preciosissimam vitam suam dependit pro nobis in sacrificium, de quo quidem antea nihil innotuit, quam tum cum factum est & divulgatum per orbem, pauculis demptis, Atque id quidem à longinquo, ut fuerunt Prophe-

Prophetæ in ſpiritu hæc utcunque ſubodorante
Sic etiam vis largiſſimarum donationum Spiritu
ſancti, id quoque in eo, cum in omnibus electi
ab exordio mundi novum cor creat, illumina
inflammat, peccabilitatem enervat, ad iuſtitiã ve
ro vivificat, ad imaginẽ filij Dei adſimulat, & in
finitis alijs cœleſtibus donationibus replet, ac mi
res ſaginat, & quidem hæc omnia itidem op
ratus eſt & operatur quoque, diſpenſatis tempo
ribus, pro arbitrio ſuo liberrimo. Quemadmodu
enim filium orbi promiſit temporibus certis, at
certis quoque implet promiſſum, ſic etiam viſit
quando quos aut quomodo & vbi libitum i
eſt. Nihilominus tamen omnes electi, priusqua
etiam donis illius afflantur, ſunt apud eum
electi, ita etiam & iuſtificati, ſola gratuita liberr
maque illius benevolentia & favore, ſub reden
ptione Chriſti. In qua futura olim illoru
afflatione Spiritu ſancto, hæc illis revelante &
inſerente, quemadmodum priſci patres illi, in fu
tura olim Chriſti redemptione, facto implend
nondum tamen facta, apud Deum facta fui
non ſecus atque iam & hic impleta fuiſſet, &
tanti apud eum valuit, perinde atque re & fact
iam anteceſſiſſet. Non ſecus & donationes ſpiritu
ſancti habere, quæ nondum adhuc actu demiſſa
ſunt aut peractæ, quemadmodum factum & im
pletum eſt, redemptionis per Ieſum Chriſtum
negotium, Verum ſemper fit & procedit agit
que in electis, cum in mundum hunc veniunt
Deus ipſe viſitat tempore & ætate, cum & in
quem viſum illi fuerit, Et hic proceſſus erit & im
plebitur ſemper iuxta promiſſiones Dei ad conſu
mationem uſque mundi.

Han

Hanc autem ac eiusmodi Iustificationem, quæ ira pendet in favore illo Dei patris, in meritis filij Dei,& in donationibus seu illationibus ijs in mentes nostras Spiritus sancti, nos consuevimus appellare substantialem iustificationem, seu iustificationem ex parte Dei, ob id, quod in solo Deo sit,& extra hominem tota,& extra omnia alia, Dicimus quoq; id esse mysteriũ,& velut ipsissimam medullam, sacrosancti Euangelij, Quod quidem mysterium,ab hoc omnipotenti, uno æternoque,& omnium gratiarum abysso Deo, ex ijs intimis abditissimisq; illius & inperuestigabilibus secretis,in lucẽ se exeruit & declaravit, exerit quoq; se hactenus verbo & opere erga omnes, temporibus ab eo cõstitutis & ab æterno ordinatis,ut populis integris,ita etiam ptivatim cuique, ubi visum illi fuerit,

Et huius sententiæ plenę sunt scripturę, & potissimũ ubi ille nostras magister sententiarũ, Paulus Seraphicus & irrefragabilis doctor,ad Ephe.3. disserit,Mihi,inquit, minimo Apostolorum data est ısthæc gratia, ut inter gentes depredicem imperveſtigabiles divitias Christi, & ut in lucem proferrem omnibus, quæ esset communio(hæc est mutua fruitio) huius mysterij, quod erat absconditum a seculis in Deo, quæ omnia fecit per Iesum Christum Dominum nostrum. Ad Romanos vero 16. sic, Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & præconium Iesu Christi, per quem manifestatum est misterium hoc, temporibus æternis tacitum,Nunc autem patefactum, & per scripturas propheticas relevatum, idque decreto æterni Dei &c.

Atque hinc clare videre eſt ,quod Euangelium ſeu predicatio verbi,cõtinuet in ſe & ambit hanc ſecretiſſimam juſtificationem,ab ſolo Deo,& per ipſum procedentẽ , velut e radice ſua ſurculi prodeunt,atque tandem fructus omnis arboris , ſine qua,neque ipſum verbum ſolum , neque itidem ſacramenta illa , ſed neque pœnitẽtia,aut quantũcunque magna opera bona, neq; ipſæ afflictiones, neq; itẽ miſericordia ,& quæuis beneficia in proximos , Quin imo ne fides ipſa quidem hominis, aut etiã virtutes,In ſumma , nihil quod vel in cœlo vel in terra inueniri poteſt, tanto minus in inferis vel purgatorio,juſtificare quemquam poteſt apud Deum.

Iam qui tandem illi ipſiſſimi ſunt , in quos juſtificatio hęc Dei ſubſtantialis , quæ ex parte Dei eſt,in myſterio abſcondita propendeat mox dicemus.Igitur alterum eſt,,quod nos etiam ſemper & ipſi quoque maiores noſtri , in bonorum operum argumento diximus & dicimus hactenus, Quod ſalus ſeu Iuſtificatio eſt & etiam ſit ex parte hominis ſubſtantialis,Et hæc quoque quod conſiſtat & dependeat in novitate creaturæ , aut in divina iſta ſpirituali regeneratione , quam ipſe Deus in homine operatur , eo tempore quo illi libitum fuerit,idque fieri cum cor illius viſitat,vivificat,renovat & prępara t atque aperit,ut clarum eſt in hac purpuratrice Liddæ, Acto. 16. ſcilicet ut poſſit ad externum filij ſui verbum , reſonare iam ſuum Echo , illi credere , obſequi , parere,eo regi,pœnitentiam ſeriam agere,fidem,ſpẽ & charitatem, cæteraſque virtutes adipiſci , in ijs adoleſcere,proficere & ædificari,iuxta vim a Deo ſibi donatam &c. Et vbi hæc viſuntur , eſſe argumen-

argumentum certissimum & infallibile, favoris & propensionis in se Dei patris benignissimi, & filij ipsius participationis, atque adeo æternæ vitæ pignus euidentissimum esse.

Quæ quidem regeneratio, iam non fit neque agitur extra hominem, vt illa prima, in qua substantialis iustificatio dependet ex parte Dei, sed est circa hominem & in ipso homine, Non tamen aliunde, quam ab illis iam dictis substantialibus influentijs divinis procedit, æque citra omnem meritorum vel cuiusuis dignitatis humanæ, ut in prioribus, respectum, Ex quibus quidem, velut e fonte aquarum viventium riuuli procurrunt isthæc suavissimi, imo vero cum illo profluxu suo, ut torrens fluminis fert & adfert ea hominiad eius consolationem & futuræ vitę delibationem, sed & ad certitudinem & argumentum filiationis ac electionis Dei evidentissimum.

Ecclesia vero Christi interim iuxta illius constitutionem, ijs rebus sic agentibus ac se habentibus, se immiscet & infert mediatricem inter Deum & hominem. Iesu Christi vice summi mediatoris, nec nō & legationis illius se imponit, ac per ministros suos & verbi & sacramentorum ministeria, ijs omnibus aptissime cooperatur, & nō secus quam hortulanus agit, inserit, plantat, impinguat & irrigat &c. Opus quoque hoc Dei intrinsecū in homine recte & aptissime ac proprijssime, & dici & haberi, ac quidem esse reipsa & actu, Salutem sive iustificationem ipsissimam. Hic enim iam homo, non solū occulte ac secreto apud Deū, & in Deo iustificatur aut armatur, vel in delicijs Deo est, verum etiam & apud semet iam ipsum in corde, & in ipsa sua cōscientia, scienter & sen-

sibiliter sibi ipsi è salvandis esse, se omni certo certius habet, sed & apud homines manifeste (iuxta divini verbi edicta & leges, in sacris scripturis depositas ac evidēter promulgatas & corde ipso susceptas) quin & iuxta ipsam veritatis sententiam (ita ut ipsa veritas in seipsa est) pro tali iustissime pronunciatur, ac iustus iustissimo Dei iudicio efficitur.

Sed quid? cum apud Deum in secretis illius, iā prius iustus fit, antequam vel ab sua ipsiusmet vel à cuiusuis alrerius conscientia, talis esse vel sciatur vel pronuncietur. Siquidem Deus eum prius (non secus atq; fœtum in utero matris) vivificat, componit, & denuo recreat (quod iam apud Deū iustitia est) quam ab extra illuminat, ist fieri scilicet, cum iuxta promissorum suorum fidem, aufert ab eo cor lapideum, quod est induratio & pertinacitas in peccato, & ex Diabolo est, quæq; Deo & verbo illius subijci non vult, & ne potest quidē &c. Et tradit illi vim, quæ illud mollificet & carneū facit, ut sit alacre, obsequiosum, paratū propendens & sitibundum Dei & verbi illius, ut illi obediat, subdat sese illi quoq; in omnibus obsequatur, vivusq; efficiatur spiritus. Quodq; Deus probat, amat, habere vult, hunc itidem ea probare, amare, sequi velle, quod Deo invisum est, & illi quoq; summe displicere debere.

In summa, ut sit velut tabula quædā deplanata & repurgata ab hac iniquitate, hoc est, à cordis duritie & diffidentia, in qua quidem leges Dei describi possent, Ad quod diserte alludit Apostolus 2. Corinth. 3. Vos, inquit, estis Epistola Christi administrata, à nobis conscripta, non atramento sed spiritu Dei viventis, non in tabulis lapi-

lis lapideis sed in tabulis cordis carneis &c. Verum ubicunq; tale cor velut tabula præparata, scripturæ quoq; huius capax non fuerit, inibi nõ esse patris atractionem, eruditionem, filij quoq; donationem, sed nec patris prędestinationem, nõ esse novam creaturam, sed esse mortem per Diabolum introductam, Igitur talibus non potest gloriæ Christi Euangelium prælucere, quod ipsissima Dei imago est ijs verbum audire, Sacramentis communicare, sive quidvis aliud facere, tantundem ad iustificationem prodest, quantum mortuis cibus ad illorum vivificationem proficit, &c. Hi denique loquantur utut libet magnifica (atque olim fecere, summi illi religionis apud Iudæos, Pharisæi scilicet primates) quod videant, hoc est, utut velint pro filijs Regni sese venditent & asserant, Cæci sunt & in tenebris repunt & permanent &c.

Secus longe res habet apud hos, qui ita à Deo recreati sunt, etiam si non uſq; quaq, id perspectum habeant aut sciant, hoc est, etiamsi certũ de seipsis iudicium, hac in parte facere nesciant, scilicet, illi ne ipsi sint an alij electi Dei & eius Regni filij, Plane ut neq; ipse noviter natus infantulus, ad longam usque ætatẽ, potest debite iudicare, quamquã & videat & audiat, ac sensib⁹ utatur, fruitur Sole, auraq; ætherea, sed & alijs reb⁹ sibi convenientibus, nõ secus atque isti ex electorũ albo, quibus nihilominus omnia verba scilicet & Sacramenta & alia huius generis, quęque vitalia sunt, Et ijipsi sunt huius Regni filij legitimi, tametsi adhuc neque fidẽ huius habeant, hoc est, quamquam id nesciant adhuc, & plane ignorent, Verum post ubi adoleverint, tempo-

re ſuo ſunt iſthæc cognituri, ij citius illi poſterius, pro modo & ordine diſpenſationis divinæ.

Quanquã autem ſemper ſtudioſe, ſeu propendente in id corde, verbum Dei audiant, non tamẽ ſemper aſſequuntur aut intelligunt, aut etiam intelligere poſſunt, ſed tum cum illis deſuper tempore ad id deſtinato, cumque illorum retulerit, donatum à Deo fuerit, Cuius quidem tot exempla in ſanctis, præcipue vero in Apoſtolis ſunt, de quibus diſerte dicitur, Illi autem, inquit, nihil horum intellexerunt, Item, neque intelligebant quæ dicebantur Luce 18. Cur id? quia nondum illis datum erat. Et ad Petrum renitentem ablutioni pedum, Quid ego facio nunc, inquit Dominus, neſcis ipſe, ſcies autem poſt, ubi opus fuerit, nihilominus tamen ipſi ſemper erant & manebant, ſine ulla intermiſſione electi, tametſi multa requiſita & neceſſaria cognitu ignorabant, quin & non credebant, ut eſt clare videre ex ipſiusmet Chriſti verbis, ſiquidem coactus iam erat ſuis dicere, cum id commererentur audire, At Ob ipſa ſaltem, inquit opera credite, Ioannis 14. plane non naſcitur perfectus ac conſumatus homo, ut juxta carnem, ita ne iuxta ſpiritum quidem, verum puſilli principio eduntur in lucem, infantuli demum paulatim ſuccreſcunt, quo ad & in viros perfectos adoleſcant.

Et haud dubie frequenter uſu venire videmus, ut in hac etiam tenella ætate multi moriantur, etiã ex electis, Nam alias cogeremur credere, quod omnes tales damnarentur, quod eſt impium, verum tamẽ in regnum cœlorum admittuntur, ob juſtitiam, juſtificationemque illam ſubſtantialem, ſeu fundamentalem, quæ in Deo & apud Deum eſt.

est. Quin & ob eum ac talem spiritum, quem suis Deus impartire dignatur quãdocunque, qui iuxta Paulum pignus hæreditatis certissimum huius regni est. Quibus vero Deus hic prorogare vitam dignatur, ij crescunt & vitæ huius incremẽtum capiunt, & tanto magis ad clariorẽ cognitionem, sed & exactius iudicium eorum per verbũ, ac etiam rerum praxim & experientiam deveniunt. Atque huc tendit id Paulinum ad Romanos, Renovemini, inquit, per novitatẽ mentis vestræ, ut ex ipsa experientia perspectũ habeatis, quæ sit voluntas Dei bona, beneplacẽs & perfecta. Quid? cum & huc accommodet Christus parabolam suam de regno cœlorum, Marci 4. (Qui habet, inquiens, dabitur illi, & qui non habet, & id quod habere se existimat, auferetur ab eo) Semini in terram sato, quod diu noctuque crescit, non persentiente id homine vel minimum.

Hoc non eo proposito a nobis scribitur, ut patrocinari velimus ijs, qui se in quodam spiritu, & in quibusdam confictis ab se rebus substantialibus siue essentialibus, hoc est, in phãtasiæ suæ visis, fũdant, atque ob id administrationes Domini in Ecclesia contemptui habent & nihil pendunt, & ne tam clare id facere videantur, consarcinant suo illi idolo bellum palliũ, Dicunt enim non se cõtemere, quin magno æstimare sacramenta, scilicet pro tesseris & signis suæ professionis, ac fidei reverendis, Verum cum addunt, quod sine ijs possit fieri salus, quodq; nihil operẽtur in anima, quod sunt opera carnis, quæ non justificant, & id genus nugas impias, quis tam cœcus est ut non videat? quam egregij sint tam seriarum institutionum Christi tamque Ecclesiæ ad salutem ne-

ceſſariarum,ſacrorũ irriſores & ſapientiæ in ijs divinę correctores &c. Contra quorum veſaniã,nos & maiores noſtri,non pauca ſcripſimus.

Atque ij ſunt etiam , qui evidentiſſimum de ſe orbi Chriſtiano exhibent teſtimonium , quod in illis ſpiritus ille Dei,ſed neq; nova illa recreatio ſive regeneratio non ſit,Siquidem, ſpiritus ille non alio tendit,& ne poteſt quidem,quam ad id quod illius ſit , hoc eſt, ad verbum & ad extrinſecas adminiſtrationes , quæ etiam ipſiſſimum verbum Euangelij ſunt (poſteaquam nos clare de mente Dei erga nos faciant certiſſimos)quod quidé etiã ille ipſe ſpiritus promovet , in ijſque agit & operatur in Eccleſia per miniſtros eius, & ea ipſa omnia,proprie operationes illius ſunt,Spiritus autem iſtorum,qui ab eiuſmodi miniſterijs eos abſtrahit, parvi quoque iſthæc æſtimari ſuadet, quid aliud eſſe poteſt,quam ſpiritus adverſarius ſpiritui Dei, quod Hebræi Sathanam vocant, Atque hic eſt ille ſpiritus Sathanas & diabolus, hoc eſt,calumniator, ſerpens antiquus, & generis humani ſeductor , & hoſtis perpetuus. Igitur cum eiuſmodi phanaticis nobis nihil convenit,neque quicquam huic,quod pro ijs faciat expiſcari poſſumt.

Nos ſiquidem hoc ſolum hic agimus , ut doceamus ſeu declaremus, quo modo , & quid de iuſtificatione hominis lapſi,ſentiamus,quo ſcilicet pacto Deus hunc ſibi iuſtificet ,ſcilicet principio apud ſemetipſum tacite , ſecreto ac incomprehenſibiliter , poſthac & apud ipſum hominem, ipſo nondum id agnoſcente , tum ac tandum etiam , cum ipſius & aliorum quoq; certo & evidẽti teſtimonio ac ſenſu , per internam huius vitæ corroborationem , aſſiduamque quam Deus ut

regenera-

regeneravit, ita educavit ministerio Ecclesiæ, quæ quidem crescit & augmentarur de die in diem, in agnitione Dei, ex fide prodeunte, De qua ad Philippen. 3. Non habeo, inquit Paulus, iustitiam quæ ex lege est, sed eam, quæ ex fide Iesu Christi est, quæ ex Deo est iustitia, ut eum scilicet agnoscam, & vim resurrectionis & societatis, sive communionis afflictionum illius, cum adsimilor morti ipsius.

Quam qui habet, certissimum apud se habet testimonium, quod sit iustus apud Deum, gratus illi filius & hæres vitæ æternę, & quanto magis in hac vita & iustificatione crescit, ac seipsum per virtutem Dei, opera sancti spiritus agentis se exercet, satagitque in omni opere Deo placere, tanto semper maiorem iustificationis suæ apud Deum certitudinem, huius scilicet beneplacentis & perfectę volũtatis Dei erga se assequitur habetque. Adq; huc recta id Ioãnis 3. tendit, Filioli mei, inquit, non diligamus verbo seu lingua, sed ipso actu ac opere & veritate, Per hoc, inquit, cognoscimus, quod è veritate prognati sumus, & in conspectum eius suadebimus cordibus nostris, Quoniam si contemnet nos cor nostrum, maior corde nostro Deus est, & omnia novit. Charissimi, si cor nostrum nos non condemnaverit, fiduciam habemus erga Deum, & quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam mandata illius servamus, & ea quæ placita illi sunt, coram eo facimus. Et inferius, Per hoc, inquit, novimus, quod in Christo manemus, & ille in nobis, quod è spiritu suo impartitus est nobis, Quod & Paulus diserte testatur ad Romanos, dicens, Quod ille ipse spiritus, testimonium reddit spiritui nostro,

ſtro,quod ſimus filij Dei.

Et è diverſo , quiſquis eum ſpiritum Chri ſti,qui hominem Chriſto adſimilat , tum cur corpus peccati mortificat , conficit, deſtruit,& loco huius novam vitam implantat & genera ac etiam ædificat ſeu promovet , non habet i ſe manentem & hoſpitantem, is evidentiſſimum teſtimonium & clarum argumentum , hinc ha bet, quod penitus non ſit Chriſti , ſed adver ſarij illius , plenus peccatis, etiam ſi bene ope rari videatur.Et qui peccat , inquit Ioannes , e: Diabolo eſt,Qui vero ex Deo eſt , is facit iuſti tiam,& quidem hanc,quod verbum Dei propen ſiſſimo corde audit,in ſe recipit ac rapit potius,i cuſtodit,ne elabatur facile , Ea propter beatus & iuſtus eſt,hac ſcilicet iuſtitia quæ fidei eſt , noi ex ſeipſo , ſed ex Deo , qui eum ſibi ipſi iuſtum fecit,principio apud ſemetipſum , ante ſeculi in olim futura,Chriſti redemptione , & ſpiritu ſancti horum omnium in cor Inſtillatione & illuminatione,ac tandem tempore ſuo , huius ſpiritus fidei , velut certiſſimi huius pignoris do natione. Siquidem leges ſuas in corda ſuorum dat pro certiſſimo favoris & participationis ſiv iuſtifactionis ſuæ ſigno & ſymbolo , quibus ſcili cet in poſterum vivant,non ſibi ipſi in concupiſ centiis carnis,ſed pro arbitrio illius qui eum vo cavit.& ad regnum filij ſui adſcripſit,cui quidem iam is omnia quęcunq; ſic contulit aut donat aſ ſiduo cum totis fructibus hinc prodeuntibus,im putat & habet pro iuſtitia ob Chriſtum , nihi æſtimatis omnibus prioribus peccatis,ſed ne qui dem adhuc præſentibus eorum reliquijs , imo ne etiã tam frequentibus obmiſſionibus & defecti-

bus,

bus,à pleno debitæ huius iam iustitię & spiritus & corporis ac membrorũ,à quibus tamen iuxta Apostoli dogma expurgare se assiduo oportet, 1.Corinth.7 ut sunt ignorantiæ,obliviscentiæ & multifariæ illæ imbecillitates nostræ, sed & ab omnibus malis hinc manantibus assiduo,usq; etiã ab ipsis externis corporis membris fidelibus, etsi nõ sit possibile,nedũ membra externa in totũ sibimet subijce re(quamquã ab ipso Deo regenerati sint)ijs quoq; pro arbitrio divino,hoc est, prout iustitia illius exigit, uti & in officio detinere,sed ne ipsum quidé spiritum suum, in quo isthæc regeneratio incepta est fieri.

Nam an perfecte ut debent Deo ex totoq;corde fidant in omnibus,an ut par est reverétur & timét,an ut tenentur eum & ex eo natos diligãt, an illum,veritatemq; illius in omnibus ut meretur glorificant,ne multis,an in omnibus cum eo unius spiritus sint,plane non.

Relinquitur igitur, ut aliunde quam ex seipsis iustificationem habere,& ea se tueri, & omnia mereri eos oporteat,hoc est à Deo, sic ut isthæc nominata,& alia id genus scita & ignorata illis, nõ imputétur ab eo,& quæcunq; desunt adhuc, & ad hæc omnia quæcunq;aut habét aut operãtur ut suppleantur,perficiantur & consecrétur gratuito, ob Christũ & spiritũ sanctũ illius quo donati sunt,pro quibus quidé ab omnibus sanctis oratur & orari debet in tempore oportuno Pater noster,Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Et id ipsum sacræ scripturæ docét diligentissime. Et en tibi maximũ eorũ doctorem & interpretẽ Paulum ad suos Hebreos 5,Accedamus,inquit,cum omni

omni fiducia ad thronũ, nõ ſeveritatis ſed grati
ut miſericordiam conſequamur,& gratiam inv
niamus ad tempus oportunũ , hoc eſt,nos qui e
fidimus,quandocunq; in aliquibus defectibus
exceſſibus quibuſcunque nos deprehendimus
ſerio agnoſcimus, è quibuſque nos cõſcientia n
ſtra carpit & vellicat , tunc accedamus cũ omn
moda fiducia audacter,& nequicquã cunctabu
di,accedamus inquam ad iſtum,qui expertus m
ſerias noſtras & imbecillitates multiformes,nov
miſereri. Quique conſcendit modo ad dextera
throni maieſtatis ſuę,ut hinc ſuccurrat in omni
& auxilietur eiuſmodi peccatoribus iuſtis, qua
docunque & quicunque operibus illius benefic
eguerint & eũ exoraverint.Et hanc iuſtificatio
quæ dependet in recreatione & ſpiritus ſancti
novatione nos conſuevimus ab olim vocare ſu
ſtantialẽ ſeu eſſentialẽ,ex parte hominis.ad diff
rentiã illius prioris,quæ in Deo eſt, & ex eo pe
det ab æterno. Quandoquidem in confeſſo e
ſcripturas ſacras de utraq;hac iuſtificatione loq
iam per ſe.quæ ex parte Dei,iam quæ ex parte h
minis , iam de utraque coniunctim imo & p
evitandis erroribus id facimus.

Ex ijs patere,quod nos ſalutem aut iuſtifacti
nem non ſolum proprie bonorum operum iuſ
tiæ , aut quibuſuis meritis adſcribamus,ut etiã
ipſi quidem fidei aut virtutibus ullis ſanctis p
marie & ante omnia,cum id ſoli liberrimæ & g
tuitæ benevolentiæ in nos Dei patris (omnia n
ſtra ab æterno præcedentis) & Domini noſ
Ieſu Chriſti meritis,ſpiritus quoque ſancti,hæc
mnia in corda & ſpiritus noſtros inferẽtis,don
tionibus id tribuamus , etiam ultra quã & cred

mus & intelligamus, aut unquam nos credere & intelligere posse speramus. Et quamquã non exigua fidei & cæteris sanctis virtutibus, ac bonis operibus ex fide prodeuntibus, imo etiã & dominicis administrationibus & alijs rebus adscribamus. id tamen nos facere eatenus, quatenus vel ex ijs primarijs substantialibus profluunt, illis quoq; imitantur & eas ad nos adducũt seu adferunt, nos eorum participes efficiunt, quoque hæc per fidem appræhendamus, & absque malitiæ & nequitiæ fermento perfruamur, auxiliantur, & istorum omnium apud nos certissimum à Deo & testimonium & sigillum fiunt.

Quod quidé & ipsę sacræ scripturæ, idque sæpe ac pene sensibiliter, & manibus palpando faciunt, quorum nos esse humiles profitemur discipulos, quibus eo, quo hæc prodita sunt spiritu, uti satagimus, nihil moti aut vel minimum, quid tergiversantes externa ac grossa, sive sensili istorum facie aut formis verborum, quibus eorum temporum scriptores, & hi qui loquebantur verbum, uti fuere, prout seculi huius consuetudo fuit, dummodo quæ per hæc intendebant illi qui scripsere, locuti sunt, qui scilicet candidi animi erant, probe intelligebant, in id semper nostri intentissimi & hoc quoque unice moliti, quin & huius gratia cum toto populo diu noctuque supplicantes, ut in verbi Dei doctrina inque eodem sensu atque spiritu, unum cum sancta Ecclesia Christi sponsa dilectissima, & efficerentur & permanerét. Namque de hoc quod multi studio contradicere illi deberent, quin & id contemnere, quod nos non absque horrore legimus, prædictum est.

Iam quod verbum hoc Domini in Ecclesia, hoc

hoc est inter Christianos, parvi æstimandum fo ret, quin etiam à multis non reciperetur, id no modo Apostoli, verum & ipse Christus prædix rat. Paulus quippe sic, Venient, inquit, tempor cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed co cervabunt sibimetipsis eiusmodi Magistros, q aures illorum titillaturi sunt, auersuri quoq; a res illorum à veritate ad fabulas ab se confictas Dominus vero, Exurgent, inquit, pseudoproph tæ sub nomine meo, sub quibus ait, multiplic bitur iniquitas, & refrigescet charitas multori Deniq; Apostolorũ primus Petrus, Erant, inqui falsi Prophetæ in plebe, quemadmodũ & in vo bis erunt, Magistri mendaces & iniusti, qui qui dem reservabuntur in tormentum Dei iudici Singulariter vero dicit, qui carnem sequentes i corruptione desideriorum ambulant.

Quod etiam eiusmodi in templo Dei sessur essent, venditantes sese pro Deo, qui aliter An tichristi dicuntur seu vocãtur, quemq; Dominu interfecturus est gladio nõ corporali, sed oris sui hoc est, prædicatione verbi sui, hinc eviden fieri, quod Deus in tanta seductione, non dereli quit, nec unquam derelicturus sit Ecclesiã suam quin auxiliaturus sit certo, prout etiam eviden tissime auxiliatur verbo suo sanctissimo, exerédo illud loco & tempore, cum & ubi placitum ill est semper. Quid? cum divus Petrus, nec non & Iudas, iam olim prædicentes hanc verbi dei de relictionem, & ab eo multorum retrogradatio nem, magna cura r evocarant fideles ad illud. An non enim diserta sunt hæc revocantium verba, ut scilicet, Memores sitis verborum ac manda torum, quæ accepistis, inquiunt, à Domino

Iesu

:su,& ab sanctis Apostolis illius, ac etiam ab rophetis.

Et ut etiam nonnihil de nostris hic adtexa- ius,cum Deus corda populi Bohemici maxime ero per sanctum Martyrem suum Ioannẽ Hus- im,ad verbum hoc revocasset, seu potius con- ertisset,maiores nostri,ut etiam & nos tandem ipsum amplexi sumus,ut illi soli purissimo sci- cet Dei verbo adhæreremus,& hoc ipso nos ac ostra omnia moderaremur, quodq; hactenus :tinem⁹ paratissimi tamen, ꝙ serio & candide rofitemur,si adhuc in quoquã deficimus à ple- o,aut si in quoquam aberraverimus, utpote et- m homines,quamquam huius non sumus no- is conscij,tã abest ut studio foveremus & tue- mur errorem,semper doceri hoc ipso sanctissi- o Dei verbo meliora,Nihil namq; nobis anti- uius est in votis,quam ut cũ hoc apertissimo ac nctissimo Dei verbo, in omnibus concorde- us ac iustis passibus sequamur.

De Sacramentis In Genere.

De Sacramentis Sentimus & tenemus, quod quemadmodũ sunt res externæ,sensiles & terre- næ,ita etiam ad externos corpo- reosq; sensus percellendos,à qui- bus mens & intellectus omnia re- cipiunt,iuxta id etiã naturę,nihil est in intellectu quin

quin prius fuerit in ſenſu, ſunt in miniſteriu
corroborationemque frequentem, fidei, ſpei
charitatis, inſtituta, Quorum quidem, quæda
ab ipſo Chriſto, quædam vero ab Eccleſia tradi
ſunt, Adminiſtratio autem eorum, ſolis ad id d
putatis miniſtris, concredita eſt, ut ij veluti fid
les providique adminiſtri in corporis Chriſt
quod eſt Eccleſia illius, ædificationem & incr
mentum ſubminiſtrent, Namque Sacrament
rum acceſſione, quemadmodum verbum Eua
gelij in mentibus fidelium agit efficacius, ita et
am in politico Eccleſiæ ordine, tum conſtitue
do, tum retinendo membra Eccleſiæ in officio,
efficit potentius, Iam quæ ab Eccleſia inſtitu
ſunt, non omnimode reijcimus, imo quantu
ad ædificationem ſive Eccleſiæ totius, ſive etia
ſingularis alicuius membri illius faciant, ijs
portune utimur.

Quæ vero inſtitutionis Chriſti ſunt, hæc apu
nos modis omnibus præſtare, ac incomparabil
ter magis ad rationem ſalutis requiri, Principi
ob Chriſtum illorum iuſtitutorem, Deinde o
expreſſum illius verbum potentiſſimum indiſſ
lubiliter illis adiunctum & coagentem, hab
ant. Tandem quoque ob certiſſimam veramqu
Chriſti ſuis illis inſtitutis, Sacramentis ſcilic
& ijs adminiſtrationibus, præſentiſſimam adſ
ſtentiam, per quæ ille, velut per inſtrumenta e
terne agentia, ipſe idem illorum inſtitutor inv
ſibiliter ſenſibus & carni ſeu corpori, agit ope
ſpiritus ſancti, in ſuorum electorum fideliu
mentibus, quibus inibi viſibilis ac ſenſibilis eſ
ut neceſſitas eorum requirit, quantus quant
eſt, qualis qualiſue, iuxta illud veriſſimum verb

ſuum

suum,quod ipsemet, cum ministerij huius seu legationis suæ functionem suis imponeret,elocutus est, Vobiscum,inquit, sum, præsens scilicet in ijs vestris,imo meis potius administrationibus, ad usque seculi consumationem. Equidem non ut faber domus aut navis, absoluta domo vel navi, ita Christus à suis statutis tam serijs verborum & Sacramentorum discedit,sed agit & assistit æque Sacramentis,& per ea non secus atque per ipsum, ac ipso vocali seu externo verbo, & Ecclesiam suam totam, singula quoque membra illius intrinsecè, ministris externa externè agentibus & cooperantibus, per spiritum sanctum ædificat, Ministri enim veluti hortum plantant,solum invertunt & proscindunt,aquisque rigant, is vero intus in spiritu suorum divinitatis suæ efficacia incrementum dat,qui omnia, in omnibus adimplet.Sine quo quantumvis anxia sit ministrorum opera,qui externe hic sudant, nihil promoveret seu conferret ad salutem.

Veruntamen quamquam is solus efficaciam illam salutarem in Ecclesia inque membris illius, ministrorum cooperatione etiam exerat & exerceat. Non tamen id in omnibus, qui ijs externis communicant,operatur,sed in ijs solis, qui ad id prœordinati sunt à patre cœlesti, quiq; ad filium adtracti, ab eo edocti atq; illi donati sunt, cuius multa passim in scripturis sacris occurrunt exempla. Atque hinc est ut doceamus & teneamus, quod non à sola externa Sacramentorum operatione aut virtute, aut etiam ministrorũ authoritate,salus pendeat.Sed principio ac essentialiter, ab gratuita liberrimaq; illa benevolẽtia Dei agẽte, in cuius solius potestate & arbitrio est misereri,

ţeri,& ſalutem,hoc eſt,certam in nos benevolentiæ favoriſque ſui ſeu miſericordiæ efficacem,per verba & Sacramenta ſua cognitionem, Spiritus ſancti magiſterio operari, & fidem quoq; hos æternæ vitæ fructus inibi carpentem, infundere,ac exin charitatem iam ardentem,denique ſpem velut ſacram anchoram, tum firmam tum tutam, intro euntem illuc, quo præcurſor noſter Chriſtus Ieſus ingreſſus eſt,inſerit, inflammat & irroţat.

Præterea nos,neque Sacramentis neq; quibusvis alijs adminiſtrationibus,latriæ cultum exhibemus, Sed neque Dei ac Chriſti loco habemus, quibus ſcilicet adorationes ac ſupplicationes fiant,Non enim proſtat apud nos in eos abuſus Sacramentum,neque ſubmonſtratur ad id conſtitutis elevationibus,aut circumfertur per vicos & plateas agroſq;ſed neq;etiam aſſervatur in cancellis.Quandoquidem non in eos uſus,qui potius veri ac impijſſimi ſunt abuſus, ſed in alios modis omnibus, incomparabiliterque præſtantiores & iucundiores ac ſuaviores,inſtituta ſunt, Nempe ad adipiſcenda inæſtimabilia redeuntis ad nos,ſeu reſtitutæ tantæ benevolentiæ Dei dona, huius miniſterij medio, diſerte ac etiam quodammodo palpabiliter, mentibus noſtris declarata,ac velut in manus tradita, Quæ quidem ſimplici & indubitata cordis fide, ſunt inibi quærenda & amplectenda, etſi etiam quandoque externe illis uti nõ contingeret,modo illis illorumque tantis promiſſionibus,quin etiam veris donationibus fidatur,Quod evidentiſſime in illo Candacis reginę prefecto docetur,Niſi enim illis iã fidiſſet priuſquã actu percepiſſet ea, niſi quoq; de

ijs edo-

ijs edoctus sic à Philippo fuisset, nondum externo baptismo ablutus, cur visa simplici aqua tantopere exultat. Et en, inquit, desideratissima aqua quis prohibet, quo minus iam tandem in peccatorum remissionem abluar? &c.

Et quamquam hæc apud nos ita habeant, nihilominus magnum nostris haberi discrimen inter Deũ hic intrinsece, per hæc exteriora per spiritum sanctum agentem, interque externas illas, seu verborum seu Sacramẽtorũ externe Deo cooperantium, non per se operantium, scimus quid loquimur, administrationes. Siquidẽm divina illa primaria esse, essentialia, incommutabilia, incorruptibilia & æterna, ac nullius unquã arbitrio servientia, sed in solius Dei potestate semper manentia ac stantia, quæ nos receptissima iam ob olim nobis nomenclatura, substantialia sive essentialia salutis appellamus, tam ea, quæ sunt ex parte Dei agentis, quam ea quæ sunt ex parte hominis ea suscipientis. Quæ quidem, nisi quis divini numinis favore adsequutus fuerit, is quo pacto salvus esse poterit, sit quantumcumq; externarum administrationum auxilio vel adobrutus? Citra enim gratiam Dei, fidemque illi offerenti se gratiæ habitam, Deo placere impossibile est, & citra charitatem omnia sterilia sunt. Quæ vero alterius classis sunt, externa scilicet, & ad id concurrentia & cooperantia, sunt temporanea, mutabilia, & quæ post peractam divinæ erga nos voluntatis, per horum ministerium functionem, prætereunt, prioribus illis divinis operationibus manentibus, ac post istorum abitum & eorum relictionem maxime.

Adhæc externa isthæc esse in arbitrio homi-

num depoſita,& ad miniſtrandum illis data,quibus indiſcriminatim ,bonis pariter ac malis ſeu indignis,adminiſtratio extrinſecus fit,Quę quidē ab externa ſua operatione, quin etiã iuxta ſcripturę morē,res externæ ſive miniſteriales(ut certo ſunt)dicuntur.Siquidē adminiſtratio plantationis & rigationis,per ea extrinſice in homine externo,agitur,& Deus interim , ubi viſum illi fuerit,homini interno,hoc eſt mēti, incrementū dat,ita ut quemadmodum ex mē e & carne hominis,& integritas & dignitas conſtat , ſic & in negotio ſalutis ſive redintegrationis illius, utrūque pro utroque(maxime cum omnis noſtra cognitio,ex præhabita cognitione ſenſitiva procedat)cum ſic conſtituti ſumus', adeſſe ac concurrere oportet.

Diſcrimen vero hoc,non nuper apud nos natum eſſe,ſed ſemper ab exordio Eccleſiæ noſtræ apud nos extitiſſe.Verum eo ipſo diſcrimine,nō ſeparavimus unquam,ſed nec hodie ſecludimus ab operatione ſalutis,priora illa divina eſſentialia ab externis ſuis miniſterialibus ſive Sacramē tis,ſic ut per ea non offerantur fidelibus ad ſalutē,& quod per illa externa,nō conſequantur iſta hæc eſſentialia.Sed diſtinctione hac , utrorumque illorum illuc concurrentium,vim & oparationem propriam,ſubſtantialium ſcilicet & miniſterialium demonſtramus,quod quidem è ſcripturis habem⁹.Et ea propter, audemus id tribuere alteri quod alterius eſt iure ſuo.Eſſet enim id impie operationes ſalutis confundere,& à veritatis ſcopo manifeſto aberrare.

Siquidem maiores noſtri ſemper,& nos quoque profeſſi ſumus (teſtimonio ſunt omnia fe

me illo

me illorum & noſtra ſcripta) Quod in Sacramẽtis ſint ea, quæ nos ſalutis eſſentialia vocamus, atq; adeo in ijs eſſe ſalutem & peccatorum remiſſionem, iuxta ſcripturarum mentem, id tamẽ, ſuo peculiari ac proprio modo, ſeu actione ipſiſſima, vi inſtitutionis Chriſti, ſed tamen diverſa ab ea, quæ eſt in ſolo Deo patre, & filio, & ſpiritu ſancto, ſed & ab ea quę eſt in homine fide donata, ut paulo ante attigimus. In Deo namq; patre dicimus eam eſſe & conſiſtere, virtualiter ac primarie, hoc eſt, quod in ipſius ſolius poteſtate & arbitrio ſit, nullo eum in id impellente, movente, eliciente aut demeréte ut miſereatur. Suapte enim ipſe ac gratuito favore, adtrahit traditq; filio, quem vult & quandocunq; viſum illi fuerit miſeretur. In filio meritorie, hoc eſt, quod is ſalutem hanc, tot nobis laboribus & afflictionibus, in noſtra humanitate adſumpta, ſuſceptis ac ſuperatis, atq; adeo ipſa turpiſſima ac non cõmerita morte, ſanguiniſque ſui profuſione meritus eſt, ut quoq; in nobis hæc premiarentur, apud patrem obtinuit, ac viam & modũ, quo nobis hæc applicentur, myſterio ſcilicet cænæ ſuæ ſymbolorum preſcripſit, ligavit ac etiam donavit. In Spiritu ſancto, modo donationis, cum ſcilicet intus per ea vivificat, emendat, immutat, hoc eſt, quod huius ſolius operatione, favor ille Dei patris, merita Chriſti in nobis, in fidem, ſpẽ & charitatem reponitur, ſcilicet in quẽ itidem illi viſum fuerit, & efficaciter imprimit, ac donat eam ſalutem, efficitque hominem illum novum, ex Deo natum, in ſpiritu eius ſcilicet. Iam in homine fideli, eiuſdem ſalutis operatio, quam Trinitas ſancta ſic operatur, eſt participative, ſive

mavis percipitive,ut ita dicamus,hoc est ,quod homo in spiritu suo redditur actionum illarum tam beneficarum,particeps,capax & reipsa sentiens,per fidem spem & charitatem.

Nullo tamen istorum modorum,essendi sive operandi salutem nostram,esse in Sacramẽtis,certum est,& tamen posteaquam tam evidenter sacræ scripturæ asserant,afferri & accipi in Sacramentis,salutem ac peccatorum remissionẽ,& res quoq; hæc ita se habeat,fiat oportet,ut aliquo alio modo peculiari,ab alijs iam dictis primarijs modis,diverso vero tamen,salus in eis consistat, Quos quidẽ modos essendi seu operandi varios ac à seipsis,pro diversitate actionum ac operationum diversos,si cui aptioribus sive clarioribus alijs vocabulis exprimere visum fuerit idq; poterit,per nos sane licet,ut volet aut possit, tã enim abest ut ægre feramus , sive ob id digladiemur, ut etiam gratias habeamus,modo germanus sensus rerum non corrumpatur aut obscuretur. Siquidem nobis hic consuetis, ac diu receptis vocabulis,cum clariora non occurrant, placuit uti, & res has quæ huc necessario concurrunt, reperiunturq; hic prẽsentissime & reipsa, sic appellare,ut scilicet hos essendi,seu operandi salutis humanæ modos , tam ex parte Dei quam etiam hominis, essentiales & substantiales vocemus. Alterius vero partis,scilicet extrinsece, Ministeriales & Sacramentales.

Itaq;, cum de modo essendi salutis nostræ in Sacramentis,Christi quoq; ac vitæ æternæ , loqui volumus,aut etiam quandoque , cum urgemur & cogimur id declarare & clarius exprimere,utimur receptissimo illo & Ecclesiæ familiarissimo

ariſſimo vocabulo, derivato ab hac voce. Sacramentum dicimus, quod ſit illic ſacramentiliter, hoc eſt in ſacro externo, divinitus ad hoc inſtituto ſigno, id certificante, teſtificante & inferente in ſpiritum fidelium, Chriſtum & omnia illius, idq; potentiſſimo ac indubitatiſſimo ipſius ſolius Chriſti, non cuiuſvis homuncionis teſtimonio, quod ſcilicet peccata illis remittãtur, ſalus quoque & vita æterna apud Chriſtum ſolum hominem relicta, ac etiam meriti iure debita iuſtiſſime, nobis offeratur & donetur, ut hinc corda credentium certificata & conſolata ſint, conſciẽtiæ quoq; illorum tremebundæ ob peccata, ut pacatæ tranquillæq; reddantur, ob præſentiſſimum hunc, per hæc myſteria, favorem Dei.

Subinde, ne & in illam partem ab æmulis noſtris rapiamur, ac ſtudio interpretemur, ex eo q̃ in Sacramentis profiteamur eſſe ſalutem ſacramentaliter, quaſi ſcilicet nuda & inefficacia ad ſalutem, Sacramenta eſſe crederemus ſalutifera per ſe, addidimus pro clariore evidentia hæc verba, ſpiritualiter ſcilicet efficaciter & vere, Spiritualiter, hoc eſt inviſibiliter, inſẽſibiliter & incorporaliter, corpori ſcilicet, non autem menti ſeu ſpiritui noſtro, Nã totum hoc ſacrũ negotium, ſpirituum humanorum ac mentium eſt, Spiritus enim Dei, in ſpiritus noſtros, hoc modo ſpiritualia ſua dona traducit, atq; id quidem virtute & efficacia, præpotentiſſimæ huius legationis & inſtitutionis Dei & Chriſti. Et hinc eſt, ut adderemus etiam iuſtiſſime, efficaciter. Vere autem ob id, quod vere & actu, ac realiter adficiuntur mentes fidelium, actionibus illis Trinitatis beatiſſimæ, niſi forte frigidas & exan-

gues diuinitatis operationes & habeamus & dicamus.

Id quoque candide, & citra omnem fucum & dolum profitemur. Hinc clare cerni, quam non seperemus à Sacramentis salutem, quamque non adscribimus etiam solis ipsis hanc operationé, hac scilicet operationũ discretione. Quinimo & illis summe modo illorum id tribuimus hic non aliud agentes, quam ne quid illorum per se non sit, illis solis adscribamus, ne scilicet sint, qui à sola externa Sacramentorum communione pendeant, semetque ipsos fallant, rati, quod ex solis nudis Sacramentis, citra fidem illam vivificam per Spiritum sanctum, à favore illo Dei patris beneficio, absque Christi meritis in spiritum hominis pendentem, peccatorum remissionem, ac vitam æternam sint consecuturi.

Apostoli est, & quidé evidétissimum. (ne Iudam Ischariotem, ne Ananiam Zaphyramque, & alios plures commemoremus) Quod patres illi prisci, æque baptisati externe fuerint, eãdemque escam ac potum habuerint, atque nos, multos tamen ex ijs reprobratos à Deo, & ijsse perditum, id vero ad commmonefaciendum nostros, ac exempli vice propositum est ab Apostolo, ut certo sciamus, quod indignis, incredulis & impœnitentibus, quorum corda non attigit spiritus sanctus, neque peccati ac iræ Dei horrore, neque itidem benignissimo illius favore, Sacramẽta nihil conferunt ad salutem, plane ut ne ipsa quidem externa vocaliaque Euãgelij verba, quiæ itidem à perditione non liberantinfideles.

DE

DE BAPTISMO AQVÆ.

DE Baptismo Sentimus actenemus, quod sit externa, ministerialis & sacramentalis in aqua pura, corporalis ablutio, sub patris, filij, & spiritus sancti nomine, in salutē peccatorumque remissionem, & vi justificationis ac fidei fœderis hic cum Deo initi. Sive, est aqua à Christo in ministeriū salutis tradita, per quam iuxta Petri dictum, non sordium corporis ablutio fit, sed fœdus bonæ conscientiæ, in fide Iesu Christi resuscitati, qui est ad patris dexteram, ubiq; omnibus præsens, & potissimum suis administrationibus. Nihilominus ijs qui non integrè ac in omnibus Euangelio crediderint, Baptisma ipsum, quod est etiam Euangelij sigillū, imo vero ipsissimum suo modo Euangelium, per se nihil conferre ad salutem. Hinc est quod addimus, quod sit foedus seu pactum fidei.

Posteaquā igitur tanti sit Baptisma, juxta scripturarum tenorem, inde fit, quod doceamus, ut Baptisma maximę æstimationis ab omnibus fidelibus habeatur, dato quod etiam nulla alia urgeat ratio aut suadeat, quam sola ipsius Christi institutio & authoritas, multo magis, cum tam magnis nostræ salutis rationibus motus Christus illud instituerit, cum summa reverentia & confidentia amplectendus est, ac in usum seu commodum rapiendus, ad scilicet conscientiam pa-

cificandem, inque certa salutis spe constabilier dam.

Ab istorum vero doctrina, qui blaterar quod Christus iam Baptisma, iam cœnam san ctissimam, & alias administrationes, ob id solun instituerit, ut Simbola tantum quædam nuda & & inania, ac nihil saluti conferentia, sed solum religionem suam profitentia ad extra sint, Sum mopere cavemus, & alios dehortamur ab eiusmo di opinionibus.

Neque etiam quicquam nos movent, quoc hanc mentẽ nostram aduersarij nostri quidã Bo hemi, quam e sacris scripturis habemus, vellicant errorisque hoc nomine traducunt, noviter nato Papistas, novam (caput sustollentem) Roman aut etiam duplo deteriores, impie deferant, sed & apud quosvis, ab nullo conviciorum genere sib temperant, modo quaqua possint, aliorum invidi am ac omnium odia in nos conflent, quo tamer non adeo in nos ipsos, quam etiam in Chri stũm, inque illius verbum & constitutiones, quin etiam in Apostolicam doctrinam recte feruntur lecturi & carpturi olim, tam impiorum suorum cachinorum & sannarũ vberrimos fructus, blas phemiarumque largissimam messem, Causa enim isthæc, quam illi adeo sæve impetunt, solius ipsis simi Christi est, cuius nos & in hac parte, ut in omnibus alijs, humiles discipuli, non ipsius super ciliosi Magistri sumus.

Proinde docemus, debere omnes ab sacro Baptismo decerpere ipsa fide, quæcunque illi sa cræ scripturæ tribuunt, & de illo testantur, quin imo accipere, quandoquidem id è manibus Dei offerat, atque id omni certo certius haberi a fidelibus

fidelibes debere, Principio quidem regenerationé, ita ut quicunque salvus esse velit, inque Regnum cœlorum ingredi exoptet, is per hunc regeneretur oportet. Siquidem hanc regenerationem Baptismo aquæ, in fœdere fidei, ab sancto spiritu irrorati, ipsemet Christus adscribit & addit, Nisi enim quis, inquit Ioannis 3. renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto; non intrabit in regnum cœlorum.

Secundum est, salus ipsa, quam Deus omnibus in Christum credentibus pollicitus est, Christus autem diserte salutem Baptismo addidit in fœdere fidei, nam sic habet Mattheus 26. Quicunq; crediderit & baptisatus fuerit, salvus, inquit, erit. En vides, quod quemadmodum fidei, ita & Baptismo, utrique scilicet coniunctim, is ipse Christus salutem tribuit, Et hoc idem Petrus quoque, Salvos, inquit, nos facit Baptismus, per quem non sordium corporis depositio, Sed bonæ conscientiæ inquisitio seu adeptio erga Deum est, Eadé quoque mens & Pauli ad Thimoth. fuit, Salvos, inquit, nos facit ob magnam suam misericordiam, per regenerationis lauacrum, perque Spiritus sancti renovationem &c. Et aliquanto inferius, Vt justificati favore illius, vitæ æternæ heredes, pro ut speramus, reddamur.

Tertium est, remissio peccatorum seu ablutio, atque id iuxta actuum Apostolicorum. 2. dogma. Baptisetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu, in remissionem peccatorum vestrorum, Quibus quidem & hæc adduntur. Et accipietis, inquit, donum Spiritus sancti, vobis namque & filijs vestris ist hæc promissio fit. Iam quid ille optimus Damasci Presbyter Ananias, Saulo suo e cœlo sic

lo ſic proſtrato ſuadeat, pro ſalute conſequenc
Actuum 9. Surge, inquit baptiſare & ablue pe
cata tua, invocando nomen Domini.

Quartum eſt, participatio Chriſti omniumqu
bonorum illius, Nam & id Pauli eſt ad Gal.
quod iſthęc Baptiſmo itidem ob fœdus fide in
tum tribuuntur. Quicunque enim, inquit, baj
tiſati eſtis Chriſtum induiſtis, Perinde eſt a
que dixerit, vos omnes fratres, quicunque eſt
baptiſati ſub fidei fœdere, ſubduxiſtis voſmetip
ſos hoc Baptiſmo in Chriſtum, & vnum fac
eſtis cum illo, Is iam quantus quantus eſt, ve
ſter totus eſt, cum omnibus quæcunque habe
Vos quoque viciſſim quantalicunq· & nihil, eiu
eſtis, is in vobis habitat, vos quoque in illo, indu
eo veluti veſtimẽto, Salute ſcilicet illius, Eſaiæ 61

Quintum eſt, coniunctio cum tota ſancta Ec
cleſia, cumque membris illius, quæ vſq; adeo ada
mata a Chriſto fuit, ut ſemetipſum pro ea trad
derit, ob id, ut illam immundam & peccatricem
ſanctificaret, ablueretque aquæ lavacro, hoc eſt
Baptiſmo, per verbum fidei Euangelicæ, ſic ut fa
ceret illam glorioſam Eccleſiam, non habentẽ ve
maculam vel rugam, aut tale quiddã, Verũ ut eſſe
illi ſancta & irreprehenſibilis, & id quidem ad E
phe. 5. Talis ſiquidem copula cum Eccleſia con
trahitur per Baptiſma in fœdere fidei, ſpiritu
Chriſti, de quo 1. Corinth. 12. Nos inquit, omne
in vno ſpiritu Bapt ſati ſumus in vnum cor
pus, hoc eſt, per Baptiſma fœderis fidei, coaluimu
in unum corpus & incorporati ſumus, ut al
aliorum membra fiamus, & in uno fidei ſpiritu
mutuo communicemus, habentes ſanctum ho
ſodalicium ſeu communitatem omnium

Chriſt

Christi Ecclesiæque illius bonorum, ædificantes alteri alteros per charitatem.

Sextum est adsimilatio ac conformatio, & morti & resurrectioni Christi, hoc est, ut per pœnitentiam ac fidem comparticipes efficiamur Christi adflictionum, crucem quoque nostram nobis impositam ut æquanimiter, hunc secuti feramus, & non ab seipsis quoquomodo excutiamus, peccatũ deniq; & effectiones illius (quod etiam renovatis mentibus summma crux est) ut in nobis protinus iugulemus & vicissim crucifigamus, tam abest ut illis succumbamus, Nec minus & ipsa resurrectionis Christi virtute seu efficacia, in novitate vitæ ambulemus, inque bonis operibus illius (omnia erga omnes illius charitate condientes) sequamur, Equidem omnia isthæc Paulus ad Colloss. 2, diserte Baptismo tribuit, Nam consepulti, inquit, sumus cum illo scilicet Christo per Baptisma, in quo itidem una cum illo resurreximus per fidem, operante Deo, qui hunc excitavit a mortuis. Pari quoque ductu & ijs quæ ad Romanos disserit, An ignoratis fratres, inquit, Quod quicunque baptisati sumus in Christum Iesum, in mortem illius baptisati sumus, Et sic consepulti sumus, una cum illo, per Baptisma in mortem, ut quemadmodum Christus excitatus est a mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus, & non per ignaviam torpeamus, Nam si serio implantati fuerimus in similitudinem mortis illius, dubio procul quod & resurgenti adsimiles erimus, data scilicet nobis resurrectionis illius spiritu nostro efficacia, hoc certo scientes, quod vetus ille noster

noſter homo una cum illo crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ſic, ne ultra mancipia ſimus peccato.

Et hæc ſunt illa præſtantiſſima, ij fructus eximi & ſuaviſſimi, hæc denique ineuitabilis conſtituendi Baptiſmi Chriſti neceſſitas, Siquidem iſt hæc, quæ de Baptiſmo recenſuimus, non ex humano nata ſunt capite, ut garriunt quidam miſelli homuntiones, noſtrique vel perpetui ve adiurati adverſarij, ſed ex ipſo ſcripturarum armario & theſauro deprompta, & in evidentiſſimis argumentis, ac ſolidiſſima verborum Dei ſimplicitate & ſaxo fundata, & invitis omnium dæmonum & infideliũ dentibus rata hæc ſunt, ac reſidét in Baptiſmo illo aquæ humillimo, adeo ut ea ipſa a Baptiſmo ſeparari nullatenus poſſint, citra ingens ſalutis noſtræ diſpendium, citraque verbi divini contumeliam ac blaphemiam maximam, primum ob id, Nam ſcripturæ ſacræ hoc ipſum certo teſtificantes, redderentur ſuſpectæ & incertæ, atque ſic vehementer authoritati illarum detraheretur, Alterum, quod non conſtaret, ad quid, in quemue uſum aut finem certum, Baptiſmo eſſet communicandum, Aut ſit ne qua parte ſaluti neceſſarius, in quod diſcrimen & dubium, non pauci Bohemi magno ſuo malo impingunt, qui ignorato legittimo Sacramentorum fructu, communicationem eorum nihili pendunt, Poſtremo quod conſtitutio hæc mandatumque Chriſti, quin & promiſſiones illius inibi ſuaviſſimę, ne pili quidem æſtimarentur, ſed velut inutiles & vanæ poſthaberentur, imo quod omnium gravius eſt, velut comperta idololatria exploderentur, quod proh ab non parum multis per-

s perfricta fronte fieri videmus & dolemus.

Itaque interest omnium fidelium ab ijs erro-
bus, sibimet modis omnibus cavere, ac potius
nto suo bono, tot evidentibus verbis Christi,
e suo baptismo, deque illius tot tamque mag-
ificis commoditatibus, totque testimonijs, sim-
liciter credere.

Postea igitur quam ita Christus baptisma in-
ituerit, Apostoli quoque ita practicarint, tanti
abuerint, ac ita in huncque finem fidelibus eo
ministrarint, quin & suis scriptis hoc idem com-
nendarint, ita prout à Christo magistro suo ac-
eperint. Quis porro credentium sit, qui huic
efragetur, fideque sua non dignetur, ac nō poti-
s pluris adhuc faciat, & nō cum summa fiducia
articeps illius efficiatur, adhibita scilicet omniū
ura ac vigilantia, ne tanta isthæc baptismi gra-
ia inanis & vacua apud illum fiat, unde glorio-
issimum hoc ac maximum Dei nomen inibi in-
ocatum super illo, male ob id audiat. Quippe,
Deus tantam nominis sui contumeliam ne quā-
quā inultā & quidē severissime abire patietur.

Ea propter, cum nos hæc è scripturis sacris de
baptismo habeamus, docemus, quod baptisma
aquæ & Euangelium vocale, necessario ad salu-
em institutum sit à Christo, & quod quilibet
n ratione salutis suæ & id amplecti & in com-
modum salutis ad intentionem Christi non se-
cus atque ipsum Euangelij verbum externum
rapere debet, quandoquidem id utrumque sub
unum salutis iugum à Christo coacta sunt, ita-
que vult haud dubie, ut æque unum atque alte-
rū, quodq; suo loco ac certo ordine ad unā ean-
demq; salutē, utroq; (ut aiunt) pede cooperētur,

cuius

cuius præsidio omnes credentes inducantur i eam.

Iam id extra omnem controversiam verur est, quod quicquid per verbum Euangelij a credendum, sive etiam ad docendum concion tur, sit quicquid id, seu de favore Dei, sive d mediatore Christo, aut itidem de donis, donatic nibusque spiritus sancti, qui isthæc omnia su virtute homini per verbum primario instill &c. Quod idem hoc ipsum & non aliu Baptismi ministerio, agitur, offertur, testatur, & confirmatur omnibus quotquot sint, qui credide rint Euangelio, Vt iam ijs bonis, quivis illorũ, pe indeatq; suis proprijs iam factis, seu hoc pacto ac propriatis, & ad se iam singulariter pertinent bus fruatur, quæque non solum verbo Euange cognita, & contestata sibi habeat, quin etia Baptismo velut in manus a Deo tradita & sil privilegiata seu legittimata noverit, quibus pro a bitrio perinde atque iam suis fruatur, inque i ut volet voluptuetur.

Siquidem verba & sacramenta non in aliu usum a Christo instituta sunt, quam principio, illorum ministerio, fidei, pœnitentiæ, charit tisque & spei admoneantur homines, simu quoque & doceantur. Namque in ijs proprie, ve rus Christianismus, regeneratio & vita æterna p det, ex parte hominis, ut eorum ministeriorum pera ac beneficio, quivis salvandus, in ijs rebus a dificetur & corroboretur per Spiritus sancti op rationem, intrinsece & extrinsece.

Proinde ita de Baptismo Christi sentier tes, hoc discrimen inibi, de quo superius, cur de Sacramentis in genere ageremus, dictum es habemu

habemus. Sic ut multum intereſſe inter aquam hanc, qua ex inſtitutione Chriſti baptiſamur, interque hanc aquam vivam, qua ſolus ipſe Deus intus per Spiritum ſanctum mentem vivificat & repurgat, de qua ad Samaritanam illam mulierculam diſſeruit ad fontem. Nihilominus hac ipſa differentia, id quod proprium externi Baptiſmi ſit, iuxta ſcripturæ tenorem non ſurripimus, Sed ne cogitamus quidem. Verũ differentem ſcripturarum locutionem, de ijs attendentes, ſcripturam ducem ſequimur, & res tam a ſe differentes confundere adinuicem, ſcilicet quod unius eſt, id tribueremus alteri, non audemus, verum unamquamque iuxta mentem ac locutionẽ ſcripturarũ, ſuo operationi relinquere cogimur, & in uſum noſtrum coaptare conamur, nihil vel adimentes vel aſſuentes, quod non conveniat, aut potius incommodet.

Diſcrimen vero hoc, de quo toties fratres ac patres, maiores noſtri in Chriſto chariſſimi, ex librorum M. Ioannis Huſſij ſanctæ memoriæ, aliorumque eruditorum virorum lectione, principio intellexerunt, ac itidem ipſimet cognovêre, quam vehementer erratum fuiſſet in eo, ut ſcilicet ſolo externæ aquę baptiſmate, cum caracteribus geſtuum ceremonijſque illi adnexis, interior illa animi ablutio fieri, ſalus ac vita æterna acquiri, citra fidem Euangelicam poſſit, æque atque ab ſpiritu ſancto, qui ubi & quando vult, opus ſuum internum ſeipſo peragit, non tamen abſque miniſterio Eccleſiæ,

Iam cum iſthæc frequentius etiã ab magiſtro Ioanne Rochezana concionante cognoſcerent, qui diſertis verbis in concionibus ſuis publicis

ingeminabat,quod ſcilicet huius ſeculi Chriſtiani in errore ac mendatio baptiſarentur , quin & corpus ac ſanguinem Domini ſumerent &c. Viderát proinde multos aqua baptiſatos,ſpiritu vero renovatos admodum paucos. Itaq; hoc ductu neceſſario concludebant , ꝙ ſacerdotes tota errent via,aſſerentes ſoli aquæ illi externæ, eam vim & efficaciã,citra ullum diſcrimẽ,quæ ſolius aquæ vivæ ac intus vivificatricis eſt,quæ quidem ſub nullius unquam arbitriũ aut manum redacta fuit,præterquam ſolius Dei,Itaq; cœpere de tali iſtorum baptiſmo addubitare, quod ſcilicet Chriſti eſſet ſola forma & actione externa,verborumq; ſtrepitu excepto. Atq; id quidem ea ratione , quandoquidé apud illos mens Chriſti in Baptiſmo minime videretur , potiſſimum vero, cum neq; in parentibus neq; in compatribus,ſed ne in baptiſatis quidem ſubodorarint fidem Chriſti, Et quod deterius eſt , quod fides quam habebant,falſiſſima fuerit,cumque Euangelio ex diametro pugnans , in qua ſcilicet & in quam Baptiſarentur. Adde quod & ea comperta ſunt, quod nonnulli ex iſtorum ſodalitio ſacerdotes , leviſſime & cum cachinnis & non ſecus atque hiſtrionicam quandam exercerent fabulam,Baptiſma ſcilicet luſerint potius quã adminiſtrarint. Quoq; etiam renitentibus ac invitis parentibus,liquido ſe exerẽtes quanti apud eos eſſet acrum Baptiſma plane perinde atque ne vel minimam quidem illi fidem vel ipſi haberẽt vel habendam eſſe teſtarentur, ut etiam ad obſtetricantes anus tum retruderent ſæpius, Ne & id commemoremus,quod longe plus fundaren Baptiſma in aquę conſecratione,ſive exorciſmi

illi

illis suis, cum multorum divorum invocatione, quam in fide & Christi institutione, Ex ijs itaque & alijs multis similibusque causis, quid aliud secum ipsi nostri concluderent, quam quod impie & perperam & contra mentem Christi ac voluntatem Dei Baptismo abuterentur, persimillimi sane Iudeis illis cum suis sacrificijs, templo ac cęteris illis suis Ceremonijs & ritibus negociantibus, ob quod iussit Deus Ieremiam Prophetam in foribus templi sedere ac valide clamare ad populum, ac dicere, Nolite, inquit, confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini &c. Et alias, ob errores illorum & perversitatem morum, templum latronum specum, & solemnitates eorum abominariones vocat.

Adde etiam, cum nostri Bohemi, Pontificem, Cardinales, suosque prelatos omnes, pro ipsissimo Antichristo, proque pseudoprophetis indesinenter proclamarent, Vicissim quoque illi Bohemos hæreticos, ab Ecclesia sancta Apostatas infamarent. Cœpere quoque alteri post alteros, rebaptisare, idq; è scripturis docere ex doctoribus orthodoxis, quin etiam ex Decretis atque Concilijs, Quod scilicet hæretici & schismatici, & ediverso sacrilegi & Antichristi, sacramentis Christi carerent, Quodque licitum esset post Hæreticos, Sacrilegos, Apostataſque rebaptisare, Cum igitur nostris, & in ijs rerum dissidijs quid facturi in hoc negotio essent, non tam facile constaret, quove medio conscientijs suis pacificandis consulerent, quandoquidē utraque pars sua placita fortissimis argu-

mentis tueretur & muniret, quæ difficulter extricari poterant, Ita q; huius gratia miscebãt, potissimũ vero cum sacerdotibus Bohemorum, sub quorũ adhuc administrationibus sese continebãt, frequentia colloquia, quorum argumentationes in multis articulis longe solidiores, ac vero propinquiores esse nostris viderentur, quam Romanorum fuerint, obnixe interim illos tanquam patres suos precati, ut sacro sancto Euangelio, in sua puritate, q tantopere commendarent subscriberẽt, hac cõditione pollicentes se illis omnimodã obediẽtiã ex animo. Cumq; id frustra tẽtavissent, perrexerunt enim illi erroré ab se convictũ iam tueri, quin etiã veritaté Euangelicam tot nominibus ab se approbatã, tam abfuit, ut prædicari nostris sinerẽt, ut etiam modis omnibus interdicerent, ac nostros persequerentur, & ad errores ab se iam pridem iugulatos resumendos cogerent.

In summa, tam Romanæ quam Bohemorum partis Presbyteri, quasi ex composito, eos qui esurirent & sitirent Euangelica pabula, magis quam humana commenta, summa Tyrannide opprimebant, de quo in exordio libelli huius plura diximus. His inquam occasionibus, cum inquietas haberent conscientias, verboque Dei (quod ab eiusmodi separari iubet sese omnes) in angustum redactas, non temere, sed tot tamque justis rationibus ac causis salutis suæ urgentibus, cum nonnullis è sacerdotum albo adscriptis, in totum separaverant sese, lectis ac constitutis inter se cum multa deliberatione, administris & concionatoribus, ut scilicet iam illi lecti, verbum & Sacramenta (eliminatis iam omnibus erroribus deprehensis) admi-

administrarent, perinde atq; fideles Dei ministri. Atq; hoc pacto sese in suo Christianismo, ex integro ac vere repurgarunt & renovarunt.

Celebrata igitur eorum, quæ primaria sunt, quæq; præstant renovatione, puta verbi Dei purioris prædicatione, dein quoq; fide Euangelica, ad germanam legittimamque doctrinæ Christi mentem, tum erga Sacramenta, tum fidem iustificationemque nostri, in solo Iesu Christo &c. Honesta ratione visum fuerat nostris, ut quemadmodum ea, quæ primaria ac velut capita veræ religionis essent, renovarint, itidem quoque ut & Baptisma in externa ceremonia ac praxi, in sua Ecclesia renovarent, Non autem ob eam caussam rebaptisatio apud nostros locum habuit, perinde ac prius puerorum Baptisma nihili facerent, aut illi refragarentur, Anabaptistarum more, Sed nec ob id, quod nobis multi impudenter obtrudunt, quod scilicet à malis notorijsque Presbyteris baptisarentur pueri, quodque isthæc apud nostros fuisset rebaptisandi ratio, Quin potius ob id, quod extra intentionem, voluntatemque ac consecrationem Christo daretur, & quod alienus à doctrina aque fide Euangelica esset, cum conscientia fide Euangelica renovata, & testimonio, ab externa scilicet baptismi praxi ad mentem Christi germanumque illius ritum resumpti, accepto, habere deberet integram ac veram in Christo renovationem, atque adeo pacem.

Addidit & illud animum nostris, id audendi, quod scilicet & Paulo nulla religio fuit, post Baptisma Ioannis, quod citra ullum errorem

fuit, rebaptisare, multo minus a nostris peccatum fuisse, qui post tot modis implicatissimum, tamque fœde corruptum Christi Baptisma rebaptisarint. Quid? cum magis pium, multoque iustius, tantis caussis pro nobis facientibus, fuerit, nostris quam Romanis & Bohemis rebaptisare, & cui quidem ipsi nostris, tot ansas & occasiones, iam doctrina, iam etiam ipso facto præbuerint, potissimum vero, quibus nostri maiores magnam antea fidem adhibuerant, perinde atque Magistris solent atque etiam debent discipuli, ac ita etiam, velut in Euangelica doctrina, fratribus. Ne multis, Isthæc rebaptisatio, iam dictis tot caussis usurpata & introducta a nostris, duravit in Ecclesia nostra, ad hæc usque tempora.

Verum nunquam, tam altas iecerat radices, neq; tantum illi tributum, ut Articuli fidei non tangendi, vnquam loco, haberetur, Namque multis apud nos arbitrarium fuit, retingi nec ne, cum liberum esset, utrum velint, Siquidem mansere quidam, non resumpto Baptismo, de numeroque nostrorum erant usque ad finem vitæ, Quid multis, Vnus nostras vel inter primos primus habitus de eiusmodi rebaptismo, ad hunc modum, ante multos ab hinc annos scripsit, Possunt, inquit, dari olim tantæ occasiones sive rationes, quod & isthæc rebaptisatio cessabit apud nos, Cum igitur hac ætate nostra, scaturirent non parum multi, qui Baptisma puerorum modis omnibus impeterent, & extinguere molirentur, Atque huius solius occasione, novum Baptisma sive rebaptisma, pro Articulo fidei salutisque fundamento vrgerent & exigerẽt, magnum

magnum hinc & sibimetipsis & alijs facessentes negotium, planeque inutile ac mox secessionem, schisma, separationemque ab alijs Christianis, ac omnium maxime ab ijs, qui sese veritate Euangelica ac fide renovare, sunt adnixi, molitos, atque id quidem studio citraque omnem necessitatem,

Hinc fuit, ut istorum quidem temerarios ausus, multi ex Euangelicis illis professoribus, revellere justis solidisque rationibus cœpere, id è scripturis docentes, quod rebaptisatio illorum citra omnem justam causam tentata ab eis fuerit, utpote quæ supervacanea in Ecclesia esset, & ipsum puerorum Baptisma esse ex voluntate Dei aperta, eque scripturis sanctis & ab exemplo illius, Quin & quidam è nostris qui iam obdormierunt in Domino, dogma hoc istorum, quod isti tam pervicaciter obtrudebant mundo, impetivere, expensis istorum rationibus nihil ac extra aleam iactatis ab eis.

Itaque nos partim maiorum nostrorum monumentis, partim etiam proprijs diligentibusque super huiusmodi negotio indaginibus, nihil denique temere asserentes, ac sub hæc priscorum ad Neotericorum eruditione Christiana, præstantium virorum præsidio adiuti, & quod is omnibus maius est, sacrarum scripturarum robore animati, clare intelleximus quicquid est id vel fuit negocij, non esse sub articulum fidei saluti necessarium a Deo promulgatum, sed arbitrio humano, ut certis rationibus, proque occasione acceptum, ita eorundem censura suis etiam rationibus mutandum ac tollendum. Atque hoc ductu & eisdem occasionibus rebaptisatio-

nem, post hæreticorum baptisma, olim in Ecclesia fuisse obortam sæpius, nemo est qui nesciat, Hoc enim aperte testantur historiæ Ecclesiasticæ, Concilia item ac decreta, quin etiam multorum eruditissimorum virorum in Ecclesia libri relicti.

Quid igitur & hoc nostro seculo prohibeat, quo minus suapte se tam iustis causis offerentibus & ingerentibus favore superum, & hæc externa apud nos rebaptisatio tollatur e medio, Postea enim quam miserante Deo, Ecclesia renovatur, priscaque & legittima Euangelij facies, in quo tota baptismi vis & veritas se exerit, mundo restituitur, futurum indubitato est, ut non solum baptisma, verum etiam omnia saluti conferentia, suæ pristinæ dignitati, usui & incolumitati restituantur, ad quod indesinenter maiores nostri suspirabant, idque a Deo impensissime, ardentibusque votis supplicabant, ut pro sua illa æterna in suos benignitate Ecclesiam suã, sub hac seculorum consumatione renovare. Antichristumque hominem peccati ac filium perditionis, tot seculus iam in ea grassantem potentissimo illo sui oris verbo ac gladio, hoc est, illuminatione & prædicatione sacrosancti Euangelij, suorum pollicitorum memor, interficiat, Quod tamen illis videre, quod a tam longinquo, tam reverenter salutarunt, ac fore indubitato etiam prædixerunt, in hac vita non contigit, evocatis ijs ex hac miseriarum valle, in requiem sempiternam, Verum nobis posteris illorum & multis in Ecclesia Christi fidelibus, ex ijs visis & iam velut manibus contrectatis, cũ multis collętari & congratulari datum est in gloriam Dei.

Igitur

Igitur nos exhilarati mirum inmodum, ex ijs
im fauſtis renovantis ſeſe Eccleſiæ Dei auſpicijs,
uin etiam velut oculata jam fide, cernétes magis
: magis, in dies opus hoc Dei deſideratiſſimum
ſſurgere, latiuſque ſuos palmites extendere ſem-
er, non fuit conſultum, ut vel ſolius huius rebap-
ſmi, apud nos hactenus adhuc obſervati ratio-
e, nos ab alijs Chriſti fidelibus diutius ſeclu-
amus, ſchiſmaque in Eccleſia Dei, ſtudio nu-
iamus, tot ſcilicet honeſtis, iuſtis ac ſuaviſ-
mis rationibus admoniti. Itaq; ob eam maxime
auſam propitio Deo, cumque conſilio ac conſēſu
:atrum & omnium Eccleſiarum noſtrarum, ſu-
tulimus e medio noſtri hanc externam poſt
liorum baptiſma, rebaptiſationem, ita ut iam ab
liquot annis, illi ſit apud nos valedictum.

Iam ſi qui ſalutis ſuæ rationem, modum ac
jam ignorent, quin etiam multis erroribus ab ea
eflectant, & ſi quoq; hæc illos cura demulcet, no-
tris ſcilicet ſeſe adiungendi, Hos ſolius verbi E-
ıangelij doctrina erudimus, & ad perſuavem il-
ım germanumque Euangelij fructum, ex hac
itæ arbore, Chriſto ſcilicet, decerpendum redu-
imus, quo conſcientia peccatis, & ira Dei con-
ra peccatum, perterrefacta, paci ac tranquillitati
uæ reddita, æternum iucunde vivat, & iam
iic vivere incipiat, Id quoque manuum impo-
itionis miniſterio, ſub nomine Dei agimus, At-
jue ſic illos Eccleſiæ noſtræ inauguramus, Reno-
:ato interim hoc pacto fœdere in puerili ætate
ver Baptiſmum cum Deo inito, cum etiam ſui-
netipſius reſignatione, in ſpe divini auxilij, ab ijs
ſtudio ac ſuapte non deflectendi, vel in errores
vel etiam in ſcælera, quoad in vivis fuerit, de

quo in tertia libelli huius parte.

Hic vero huius facti noſtri, hæc à nobis redd
tur ratio , ut ſcilicet per hanc Euangelicam no
ſtram adminiſtrationem, reddantur certi & indu
bitati ſuę ſalutis (rideant hęc ut libet adverſarij i
riſores generiſque humani ſed & ſui tanti bo
contemptores) hinc toti ut pendeãt, hinc conſci
tiarum ſuaviſſimam pacem, quod nõ niſi è cert
tudine ſui boni fieri poteſt ut poſſideant , Quo
ita per fidem Euangelicam redintegratis, ſalut
in Chriſto iure favoris & meriti Chriſti iam de
betur , in eos devolvatur , & à Deo ipſo offertu
& donatur , Quodque hac ratione iam ſint po
pulus Chriſti, cum tota ipſius Eccleſia, ab error
bus Antichriſti repurgati , aque peccatis omn
bus emundati illique conſecrati, ac iam chariſſi
mi, viciſſim illos intendere debere bonis oper
bus, à Deo itidem eorum ipſorum magno bon
præceptis & ordinatis , quo ſcilicet exornetur &
maximi æſtimetur , iſthæc doctrina ſacratiſſim
& ſuaviſſima Dei ac ſalvatoris noſtri Ieſu Chri
ſti in omnibus , atque ſic vitam glorioſam pra
ſtolari.

Hæc enim tum Euangelica tum Apoſtolic
doctrina exigit, & ijs teſtimonium reddit, imo ve
ro totius univerſi & maxime conditionis huma
næ naturæ ratio. Igitur nulla conſtituendorum
miniſtrorum, tum verbum Euangelij tum Sacra
menta in Eccleſia miniſtrantium, ratio fuit, quam
ut ij plebem , in ijs rebus ſalutem concernent
bus edoceant, & in ijs certiſſimos eos reddant. Su
hæc quoque ut docerent, ut bonis operibus, hoc
eſt, proprijſſimis ſuis actionibus incumbant & ac
vigilent, atque hunç fructum ſive uſuram, ut m
niſt

ſtri domino ſuo reponant, populumque hunc
ei, ut hac gratia ac favore Dei erga ſe, nec minus
iam certa ſpe vitæ æternæ ſolentur.

Proinde cum hæc ita ſe habeant, pium & iu-
um nobis, qui legationis Chriſti vice hac in
rte, in Eccleſijs noſtris fungimur, etiam viſum
t, ut quemadmodum purioris Euangelij prædi-
itio, ſeu renovatio in orbe, miſerante Deo fiat,
t & fœderis huius Euangelij ſemel cum Deo
er fidem in baptiſmo initi, itidem renovatio ſeu
:fricatio, ſub certa aliqua Euangelicaque Cere-
ıonia fiat, Ad quod etiã Paraphraſtes Rothero-
amus pulchre inhortatur in prolo.quio Para-
hraſis ſuę in Matthæũ, Carolo Cæſari conſecra-
um, & inter alia ſic, Poſt tot interrogationes pue-
orum, tum inquit, renovetur ea profeſſio, ſimul
ongregatis æqualibus, idque Ceremonijs gravi-
ıus, aptis, caſtis, ſerijs ac magnificis, quæque de-
eat eam profeſſionem, qua nulla ſanctior eſſe
oteſt. Et infra, Quam, inquit, magnificum
:ſſet hoc ſpectaculum, audire vocem tot iuve-
ıum ſeſe Ieſu Chriſto dedicantium, tot tyro-
ıum in illius verbo iurantium, abrenuncianti-
um huic modo, abiurantium & exſibilantium
Sathanam cum omnibus pompis ſuis, volup-
tatibus & operibus, videre Chriſtianos no-
vos, imperatoris ſui ſignum geſtantes in fronti-
bus, videre gregem candidatorum prodeun-
tem ab ſacro lavacro, audire vocem reliquæ mul-
titudinis acclamantis, beneque ominantis Chri-
ſti tyronibus, Hæc ille, & loquitur quidem
de Ceremonia retinctionis in aqua, quæ eſſet
non aliud quicquam, quam ut ille inquit, inſtau-
ratio quædam ac repręſentatio priſtini baptiſmi,

Nobis

Nobis tamen commodior visa (est enim Apost
lica & primitivæ Ecclesiæ Ceremonia) manuu
impositio, ut hoc pacto fideles in spe certa & i
dubitata salutis suę corroborentur, atq; iam
omnimoda apud Deum conscientiarum pace &
tranquillitate gaudeant, ac sese mutuo solentu

DE BAPTISMO PVERORVM.

QVAM Baptisma Christi, æque
pueros qui ex fide illi offeruntu
& consecrantur, atq; ad adult
attinet. Christus enim tales ama
Nã illius est. Nolite, inquit, pu
ros prohibere, quo minus ver
ant ad me, sinite veniant, talium enim est Regnu
cœlorum. Quod si Christus eos, atq; id quide
in hac ipsa eorum infantia, non ignarus ration
adhuc esse expertes, habere vult, & populi si
albo adcenset, & nõ minus illorum, quam adu
torum Regnum cœlorum esse, diserte testetu
qui sumus nos, ut pueris lavacrum aquæ in ve
bo Dei (quod est prima porta in Regnum cœl
rum) quo scilicet Ecclesiæ Dei inferãtur, & R
gno Dei inaugurentur, iuste ac rationabiliter d
negare seu prohibere, aut debeamus aut etia
possimus? Imo velimus nolimus, confiteri n
oportet, quod tenemur tales suscipere, & Chr
sto ac Ecclesiæ suæ adiungere & incorp
rare per Baptisma, Nam non invenim
aliud externum Ecclesiasticum signum v
ministerium, omnibus generaliter à Christ
ijs q

s qui ad eum pertinent institutum, sed & præ-
:ptum,per quod principio fœdus divinum et-
m pueris,hoc est semini,æque promissum im-
.eretur,ut quoq; idipsum pueri scienter adse-
ıerentur,quam ipsum solum Baptisma.

Futile est quod obtruditur, quod pueri con-
ones intelligere, credere, cõfiteri,nomẽ quoq;
ei invocare.per semetipsos non possint. Dum-
odo enim Christus, qui isthæc omnia melius
ovit,pro illis cõfitetur ac respondet,& eos ha-
eat excusatos,abunde nobis verbum suum suf-
cit,Quippe nobis id tam securum certumque
t,quam sit provectorum & fides & confessio.
gitur verbo illius freti,quin etiam & prisco cir-
imcisionis exemplo,divino iudicio irrationabi-
bus ijs infantibus,in tanti fœderis, de salute
umana scilicet celebratione inniti,pro raciona-
ilissimo instituti corroborati, Baptismus eos,
t una cum adultis etiam sapientissimis, in u-
um Ecclesiæ corpus coeant & coalescant,
c Christi participes efficiantur, adque illum
ertineant, Quod si Baptisma pueris aufe-
endum esset, eo quod concionés intelligere,
redere, confiteri nequeant,sequatur oportet,
t salutem ad eos pertinere negemus, atque
deo à fœderis ratione etiam pro semine
Abrahæ pacti contra huius tanti fœderis
nentem secludamus,ac omnes velut incredulos
damnemus. Credi autem sine verbo mini-
ne posse, & quidem probe intellecto, Aut
luas Ecclesias concedere nos oportebit, unam
baptisatam,extra baptisma alteram, Quod absq;
magno errore admitti non potest nam id extra
omnem controversiam verum est, quod una

tantum

tantum vera & sancta Ecclesia sit,'& hæc quæ
quod per verbum & sacramenta coadunetur

De pueris vero illud Christi benevolen
verbum est,Sinite,inquit, pueri veniant ad m
Itaq; posteaquam tam clarum de illis habeam
testimonium,quo evidentissime docemur, qu
de pueris,qui Christo offeruntur credere deb
amus,nempe quod talium sit regnum cœloru
Baptisamus illos sub nomine Dei,in verboCh
sti ad fidem Ecclesiæ quam ipsa habet, dum ve
bo Christi de puerorum salute innititur, Atq
hoc pacto eos in consortium Ecclesiæ inque C
talogum omnium Christo consecratorum sus
pimus,ut illis veluti iam Christi membris ad
mus in omnibus ad salutem eorum spectantib
& oportunitate posthac per ætatem data
propriam illorum fidem eis cooperemur, qu
tandem ipsi usum fidei & sensum in semetip
habere & sentire possint, deque salute propr
ad utrumq;,ad fidem scilicet & baptismi pr
missa,certissimi reddi.

Itaq; cum ad annos discretionis pervenerin
& rationem fidei suæ iam intellexerunt,acChr
stum iam serio adamare cœperint, ducimus a
eorum professionem, quæcunq; parentum siv
compatrum opera,aut Ecclesiæ ministerio adsc
cuti sunt,ut ea omnia ipsimet suapte ac liberr
me,coramq; tota Ecclesia,ad suam ipsorum sal
tem,in celebratione ritus impositionis manuu
profiteantur, Quo facto, fit illorum confirma
tio,Atq; inibi protinus datur illis plena authc
ritas ac ius corpori Christi & sanguini cum om
nibus fidelidus communicandi in memoriam a
omnium bonorō nobis in Christo depositorū a

datorun

itorum participationé & fruitionem præsen-
ſſimam, ad quod mox ab infantia vocati & o-
ati fuerant, & verbo Chriſti ac illis baptiſmo
hæc iam ſibi promiſſa habuerunt, Itaq; ſic pue-
æque ut adulti, & ijs non ſecus atque pueri,
out cuiuſque ætati convenit ſalutem adſcriptã
ibent, Atq; ſic ſtat & impletur ſermo ille, ac ſic
beditur, Sinite pueros &c. Et item, Qui non
ſceperit regnum Dei velut puer, non intrabit
illud.

DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANguinis Domini.

TAMETSI ab olim iam multum certatum fuerit, & nunc quoque certetur acerrime per Eccleſiam, de religionis ac fidei ratione, ob Sacramenta vero potiſſimum & omnium maxime, ob corporis & anguinis Chriſti Sacramentum. Cuius quidem ſus omnes in unam eandemq; mutuã concor-
diam & charitatem, tum erga Deum, tum inter-
le homines, confœderare debuerat, Si quidem
in eum maxime finem & uſum à Chriſto Sa-
cramentum hoc inſtitutum eſt. Hunc vero plane
in contrarium hoc nomine amarulentius & o-
dioſius omnium controvertitur & diſputatur,
proſcindunt enim ſeſe mutuo hic diſſidentes,
deferunt, conviciantur, calumniantur, & quo
non execrationum genere impetunt? Quo et-
iam plærique non contenti, ad linguas venena-
as calamoſque cruentiſſimos rapiunt gladios,
ignes,

ignes,& id genus ſupplicia,ut à placitis ſuis diſſen cientes,in finem perdere poſſent,Tam Chriſtian ſcilicet errantes docent , Et tametſi multi mul ta hic diſputent,commententur , ac quiq ue ſu mordicus teneant,tueantur, proque ijs velut pr aris ac focis dimicant , & adverſarij ſui quiſqu dogma improbat ac deijcit , tamen ijs omnibu hactenus nihil promovent,litium enim eiuſmo di & ſectarum , nullus neque modus neque fi nis eſt , Stupendum ſane , in ſummis ac princi palibus , ſive (ut ab incude noſtra verbis dica mus) in ſubſtantialibus ſeu eſſentialibus fide articulis facilius dextras iungunt,quā in miniſte rialibus ſeu ſacramentis , quæ quidem principa libus ijs & ſubſtantialibus fidei inſerviunt , & ad ea deſtinata ſunt, non ſecus atque cibus & potus ad vitam.

Itaque cum hæc tam cruenta diſſidia,& quic quid eſt contentionum , nos etiam minime late ret,multas præterea multorum in hoc argumen to opiniones , cum videremus & diligenter expenderemus , pro quibus à centum fere an nis , cum maioribus noſtris etiam dimicatum ab gentibus noſtris Bohemis fuit, & nec dum receptui canitur , decrevimus & nos mentem noſtram , poſteaquam etiam velut ex profeſſo à nobis exigitur eorum declaratio , quanto fieri poſſet evidentius , id quoque totum bona fi de recenſere. Quamquam non ignoremus ,quod non ſit poſſibile, quantumcumque candide ac ſimpliciter nos explicuerimus,omnibus adhuc ſatisfacere,Calumniandi enim,contradicēdi,im pugnandi , ac etiam optime dicta,in peſſimam partē torquendi & invertendi,nulla adhuc facie-

tas

tas visa est. Vtcunque tamẽ eveniat, nos quicquid in argumento Sacramenti Cœnæ Dominicæ è scripturis sacris sane intellectis hauserimus, sinceriſſime de ijs rationem ſumus hic reddituri, atque id quidem ſub hac partitione huius noſtræ orationis.

Primum declarabimus fidem noſtram de hoc ſacramento. Secundo, eius fidei ſententiam ſeu mentem, quæ ſcilicet mens & intentio Chriſti fuerit, cum panem & vinum, corpus & ſanguinem ſuum teſtaretur.

Tertio, quis ſacramenti uſus legittimus ſit.

Quarto demum, cuius gratia ad frequentem uſum inſtitutum ſit, ſeu qui fructus hunc uſum ſacramenti conſequatur.

DE FIDE HVIVS SAcramenti

PRincipio, Quoniam multa à multis falſiſſime de nobis ſparguntur per orbem, quam ſcilicet impij ac blaſphemi ſimus in Deum, inque Chriſti ſacramenta, ob quod factum eſt, ut Picardorum nomenclatura infamemur, Cogimur iterum hic mentem noſtram, quomodo ſentiamus ac credamus de Euchariſtiæ ſacramento ſanctiſſimo, ſinceriſſime & ſimpliciſſime explicare, quo omnibus pijs cordatiſque teſtatiſſimum ſit, quam impijſſima & mendaciſſima ſint, quæ etiam hac in parte de nobis hoſtes noſtri, orbi obtrudunt & apud omnes pro veris hæc haberi volunt, Ne pluribus.

Tenemus & docemus ante omnia, quod unuſquiſque certo ac indubitato credere debet, omnibus quæcunque de hoc ſacro prodidere ſcripturæ divinç, Potiſſimum vero, quam magno ſuorum commodo, atque id quidem indicibili erga ſuos accenſus amore, hanc ſalutiferam adminiſtrationem, in cœna ſua noviſſima inſtituerit, Et quod inibi accepit in manus ſuas panem, & actis gratijs, fregit & diſcipulis ſuis dedit, dicens, Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur, Et poſt hac ſeorſum accepto calice, gratijſque itidem actis, dedit illis dicens, Bibite ex eo omnes, Hic eſt ſanguis meus, qui eſt novi teſtamenti ſeu fœderis, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum, Hoc facite in meam commemorationem.

Et juxta hunc ritum inſtitutionemque Chriſti etiam docemus, quod ubicunque in congregatione Chriſtiana panis & vinum ad intentionem Chriſti inſtituitur, atque hoc titulo ſupplicatur Deo, ſub nomino Ieſu Chriſti, Deinde a Chriſti miniſtro, verba Chriſti proferuntur ſive commemorantur, Quod mox iuxta inſtitutionem intentionemque Chriſti, panis & vinum, eſt corpus & ſanguis Chriſti præſentiſſime, Atque id ut indubitato & ex integro credatur, quod ſcilicet ſic & non aliter res hæc ſe habeat.

Porro nos ita nobis perſuaſimus, quod fidere omnibus Dei verbis, eſt res primaria & tutiſſima, quæ quidem omnem ſenſum corporis, ſed & rationis ac intellectus humani, quantumuis acris indaginem, longe poſt ſe relinquere debet, omnibuſque hic prærire, Quod denique fidei

fidei fundamentum nisi iaciatur, nulla ratiocinatio hic sola, aut etiam sensus corporis, certa & probata haberi ullo modo potest. Igitur oportere hic rationem divinæ fidei, velut eius famulum, non autem fidem divinam, rationi obsequi & parere, id ubi non fuerit, ibi ratio hominis figmentum & idolum regnat, & Regina fides parvi æstimatur, id ex Deo non esse, & apud nos authoritatem nullam habet. Hæc multis videri durissima & non ferenda, scandalosa, idololatriæ fontem, & en, inquiunt, Papistas novos, en idololatrarum Symystas, an non usquequaque istis fraterculis & papistis conveniat? Vtrique enim idem credunt & profitentur, Quid adhuc egemus testimonio alio? &c. Quibus nos in hunc modum respondemus, Sint Papistæ seu quivis alij, qui a Christo stant, nostri hac in parte sunt, Quicquid enim veri, juxtaque Christi mentem ac Euangelium credunt, profitentur, faciunt, docent, nos idem hoc amare, probare cumque illis profiteri ac docere. Sicubi vero quid ab Euangelio, vel illi vel quicumque alij senserint, docuerint, vel designavarint, id nos sequi aut probare minime.

Iam quid accidat nobis ob hanc nostram Euangelicam, cumque alijs Christianis communem confessionem, tam male audire, & idolatriæ nobis scœlus impudentissime obtrudi, id nos Christi exemplo feremus pacientissime, quandoquidem certo sciamus verbum illius verũ ac fidele esse, ac verum permanere, quod nos ita & non aliter credere docet, persuadet atq; cogit. Itaq; malumus illi potius, atque etiam cum tantis opprobrijs obsequi, ac tanto nostro bono etiam sim-

pliciter credere!, quam aliquid de noſtro aut cuiuſvis homuncionis capite confictũ Chriſti inſtitutionis loco erigere. Horribilius enim multo, Chriſto nõ credere, aut ſe illius correctorem ac magiſtrũ conſtituere, alijſq; ſeſe venditare, atq; adeo ſuã aut alterius potius ratiocinationẽ amplecti, quam totos ſeſe verbo Dei dedere, & illi ſimplici, ſimpliciter adhęrere, & ut ipſum decet, profiteri, à quo omnibus fidelibus cavendũ ſumme eſſe, docemus, ne ſcilicet verbo Chriſti parum creduli Chriſtum contemnant, atque ſic indignationem illius horribiliſſimam incurrant.

Iam divina ſcriptura quatuor nobis de hoc Sacramẽto ſacroſanctiſſimo credenda proponit. Primum quod Sacramentum hoc, panis & vinũ ſit, Nam ſic Paulus, Panis, inquit, quem frangimus &c. Item, Quoties ederitis panem hunc &c. Niſi enim remaneret & eſſet panis & vinũ (ut quidam nolunt) ſed extorquere etiam & evincere volunt, citra omne tamen verbum Dei, tranſubſtantiationem, de qua prior Eccleſia longo tempore nihil novit, etiam Eraſmo Rotherodamo in annotationibus ſuis ſuper Euangelica, non fuiſſet tam audaculus Paulus, id panẽ, quod panis iam non eſſet, appellare, Neque etiam Lucas, qui diſerte ſcribit, quod Apoſtoli panem fregerint &c. Quin & Magiſter Iacobellus, S. Huſſij Martyris diſcipulus, is ſcilicet, qui primus omnium communionem utriuſque ſpeciei in Bohemia practicare cœpit, ex profeſſo ſcripſit & ædidit libellum, contra tranſubſtantiationem panis & vini &c.

Secundum, quod panis ille ſit verum corpus Chriſti, & vinum verus ſanguis Chriſti, ipſe nam-

namque dicit, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. De calice vero, Bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus, qui est novi testamenti &c. Quibus quidem verbis Christi, si quis præpostero ordine, prius velit intellectum obtrudere, sensumque ab illis venari, quam illi credere, is Christi magistrum se constituit, ac interim magnis semetipsum involuit periculis, idque sic, ut aut nimis in altum se hic subvehat, hoc est, quod velit integrum Christum inibi viventem corporaliter, seu personaliter præsentem, corporibus nostris, idque sub unaquaque specie habere, aut ediverso nimis in ima sese deijciat & demittat, ut nullo modo Christum hic esse ferat, sed solum nudum & exangue, ac nihil operans in anima, signum sive tesseram tantum quandam professionis fidei ac memoriam Christi absentis, Quæ quidem opinio, mentem ac finem intentionis & institutionis huius sacrosanctissimi sacramenti Christi, sed & verbum illius prorsus evacuat, & puerilem fabulam efficit.

Tertium, cogit nos itidem verbum Dei Christi credere, Quod sit novum testamentum, hoc est, fœdus novum. Sic enim Paulus & Lucas ad calicem scribunt, Hic calix, novum testamentum in sanguine meo. Mattheus & Marcus, Hic est sanguis novi testamenti aut pacti. Vtrumque autem dubio procul Christus loquebatur, Vtrumque igitur vult credi.

Quartum, Docet nos scriptura hic credere, quod panis ille sit participatio corporis Christi, & vinum sanguinis eius, Audi Paulum, Panis, inquit, quem frangimus, nonne communi-

nicatio corporis Christi? Et calix cui benedicimus, Nõne communicatio sanguinis Christi est? Hæc omnia prius credi, quam intelligi docemus. De fide nostra erga hoc sacrum nunc satis, sensu ac mente Christi mox dicturi.

Verum priusquam mentem Christi de hoc Sacramento hic explicemus, cogimur, quandoquidem id locus iste commode habere potest, maxime cum nos adversarij nostri novis technis semper adoriuntur ac deferunt, æque impudenter ut de alijs etiam, Blaterant enim nos iã aliter nunc quam olim credere, aq; maioribus nostris, per disdiapason in confessione de Sacramento dissitos esse. Igitur cogimur, inquã, hic quid maiores nostri ab exordio Ecclesiæ nostræ, Quid in processu temporis omniũ usq; etiam & nos hodie, non aliter quam illi semper senserint, crediderint, coramq; omnibus, tam publice quam privatim, de sanctissimo hoc fidei salutisque nostræ Sacramento Eucharistiæ professi fuerint, resumere & in lucé producere, cuius sunt omnes libelli eorum testes, usque ad hæc nostra tempora, id quoque quanto brevius fieri possit faciemus.

EX EPISTOLA AD MAGISTRVM IOANNEM ROCHEzanam, Archiepiscopi titulo sub id tempus in Bohemia præsidentem, quo nostri prius primario Magistro usi fuere.

INTER alia ad eundem hunc in modum, sic de Sacramento credimus & confitemur, pro ut omnes quatuor Euangelistę ponunt, & pro ut ex in-

ex integro credi vult Dominus &c. Paulo inferius. Sic credunt, inquit, nostri, Quod sub speciebus panis & vini, corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi suscipiunt, panem hunc verum desuper descendentem, quem dat pater iuxta Christi promissum, dicentis, Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et inferius, Et scitote, quod cum ijs hominibus non sumus, neque cum illis sentimus qui malum sensum hic habent, non intelligentes verba Christi, quo fit, ut mandatum illius parvifaciant, ac fructus ministerij huius per fideles presbyteros ignorent, Hinc fit, ut in confessione suæ fidei diminuunt, dicentes, Quod sit memoria Cœnæ Dominicæ, sive quod panem hunc benedictum in memoriam dedisset, demonstratione facta, in suimet ipsius corpus. Alij sunt qui dicunt, quod panis ille sit corpus Christi, qui residet in cœlis, sed significative, sciant ea propter modis omnibus eiusmodi sententias à mente Christi alienas, atque verbis illius sacrosanctissimis & vitalibus diminutas, nobis displicere, prout etiam quædam istorum scripta eiusmodi legimus, Itaque quoscunque tales deprehendimus, ab ijs nobis cavemus & alios præmonemus. Hæc ibi.

E SYNODO HÆC.

ET in quadã huius temporis Synodo, sic à nostris decretũ in susceptione illorum sacramẽtorum in veritate per fidem susceptorum, à suscipientibus credi & confiteri debere, esse verũ corpus & sanguinem Christi, iuxta verbum ac men-

tem Christi,nihil aut diminuentes aut apponentes, & hinc omnibus libellis ac tractatibus legendis explosis.

Hæc eadem scripta oblata & regi Georgio fuere a nostris,preterea omnibus huius regni statibus & ordinibus,ac etiam seorsum Pragensibus magistratibus,sed & aliarum civitatum , quin & illarum communitatibus.

Sub annum vero Domini 1504, ad Vladislaum Bohemiæ & Vngariæ &c. Regem ,in hunc modum fide ipsa, quam sacrarum scripturarum ministerio hausimus,credimus & confitemur,Quod vbicunque dignus sacerdos cum fideli populo, juxta sensum & intentionem Christi Ecclesiæque ordinationem,orationem faciens, his verbis scilicet.Hoc est corpus meum ,Hic est sanguis meus, testificatus fuerit,confestim præsens panis,est corpus Christi,in mortem pro nobis oblatum, Vinũ similiter præsens,est sanguis eius,effusus in remissionem peccatorum.

Anno Domini 1507. Cum ex mandato Regis eiusdem Vladislai, cogerentur nostri , fidei ac doctrinæ suæ rationem publice reddere, accersitique hoc nomine in Pragense prætorium fuissent,hoc idem nostri , ædito & oblato libello,ad id deputatis & constitutis auditoribus ac Iudicibus,confessi fuere.

Quarto posthac anno, ędidere publicam Apologiam,suę illius doctrinæ & fidei latiorem eorum omnium satisfactionẽ , Vladislao Regi præfato ab initio dicatam,continentem, quam quoq; Norinbergæ imprimi curarunt , quæ quidem Apologia eandem ac uniformem ,cum omnibus prioribus nostrorum confessionibus , de Sacramentis

amentis Christi confessionem continebat. Quam quidem Apologiam, quia non adeo sufficienter latinitate donata fuerat, ut exigebat ermani sensus huius libelli ratio, non multum eim nostri in latino ideomate promoverant, ipsũ Iolographum ideomate nostro a principio scrim, nc quid obscurior latinus stylus, nostri sensus libello hoc tegeret, impressioni itidem deedere, in quo quoque videre est, quam ne ad pim quidem a prioribus omnibus nostrorum, de acramento confessionibus discessum est, atque id b nostris factum est Anno ut supra decimo octavo.

Cum vero tam constantibus sibi semper notrorum de sacramento Eucharistiæ potissimum onfessionibus (simplicissime enim ac solis nudis erbis Cœnæ Dominicæ, id profitebantur) multis ion fatisfieret, quin cœpissent vltra hæc nostros rgere, ut iam non hoc solum crederent, ne illic orpus Christi esset, sed etiam quo pacto ac modo bi sit, exponerent & declararent, Atque id iam ub Vuladislao Rege cœptum erat in nostros protrahi. Igitur nostri unanimi consensu, tiam ijs verbis, quibus iam ab olim scholastici doctores usi fuere, cœpere uti, itidem ac fidei suæ sensum per ea declarare, quod scilicet sit Sacramentaliter, spiritualiter, efficaciter & vere, de quibus & inferius latius agemus, Et cur vocabula hęc horrerent, quãdoquidem res ipsæ in Sacramento sic se haberent, & hæc ad rationem huius sacri concurrerent, de esse ipsius, Posteaque vero & de ijs verbis (quid enim calumniatori persuaseris) nostri suggillarentur, non habebant nostri quid iam responderent aliud, quam

per eos licere ſane cuilibet verba iſthęc à noſtri in declaratione, tantum fidei ſuę erga hoc ſacrū & id quidem cum tantopere urgerentur addit relinquere, & ſi clariora haberent adferre, mod germanus Chriſti verborum ſenſus intactun ius ſuum haberet ac retineret.

Ne pluribus hic lectorē detineamus, claude mus iſto quod ad noſtra tempora fere attineat nos quoq; ipſos attingat, ſcilicet, Cū poſt hæc o mnia attolleret caput quidā noſtras, ſub ijs anni paulo ante evolutis, Ioannis Ciſius ſive Czizko cognomento ſubducere hunc ſenſum in Eccle ſiam noſtam ſatagens, quod ſcilicet non alite corpus Chriſti in ſacramento eſſet quam in ſi gno, Noſtri protinus, quamprimum ſubodoraſ ſent alieniſſimum hunc ſenſum, tum ab Chriſt verbis, tum etiam ab noſtræ Eccleſiæ, tam con ſtantibus ſemper ac uniformibus confeſſioni bus ad nos ſubduci, mox coacta ſynodo ſuorum unanimi, inibi, pari omnium conſenſu & ſuffra gio, eum ipſum ſenſum, tanquam à fide Chri ſtiana alieniſſimum, & cum autore ſuo, ubi vi derent eum pertinaciter illi innixum, exploſerūt & damnarunt.

Quid vero nos hodie teneamus, credamus, profiteamur teſtimonio ſunt nobis apud omnes, plures etiam noſtri æditi libelli, & ij præcipue, quos contra Habroanenſes ſive Lilicenſes, hunc impium ſenſum, verbis Chriſti reclamantibus aſſiduo, impudenter obtrudentes, & in Eccle ſiam Chriſti revehentes, toties profligatum ædi dimus.

Quin & is iſte noſter libellus, quam nihil & à verbis Chriſti, & ab omnium orthodoxorum fi-

de, ita

,ita ab nostrorum maiorem, cum tota Eccle-
Christi sententiam variemus, nisi forte calu-
niator urgere velit nos, hoc idem latioribus &
rioribus verbis confitentes, ac sic velut para-
rastem quendam agentes, dissidere à seipso &
alijs sit, Et quid opus multis, cum ob eam cō-
nfessionem ab illis Papistæ, Antichristi, idolo-
træ, & quid non vocemur, ac istis symbolistis
signiferis, & ut ita dicamus, panistis veris, ab
bhemis vero nostris (ut quocunq; nos verteri-
us, non evadamus dentes & morsus hostium)
ost tot, tamq; claras & Christianissimas confes-
ones, traducimur esse panistæ & sacrosancti sa-
ttis ac fidei nostræ, sacramenti Eucharistiæ con-
emptores & scœlestissimi blasphematores, qui
illies potius mori mallemus, quam à tam certo
alutis nostræ sacro sigillo, testimonio tanta bo-
a nobis offerente & dante, tam impie deficere.
Redimus ad propositum tandem.

AD MENTEM SCILI-cet & sensum Christi, circa hoc Sacramentum explicandum.

CORROBORATI in fide integra verbi Christi docemus, oportere itidē cognosce-re & mentem Christi, alias quid conferret sum-psisse Sacramentum, si nihil constaret, cur, quo-modo, in quéve usum uti debeam⁹ Sacramento. Siquidē nō difficile persuaderet quis, & proh do-lor, fit à multis, q̄ solo hoc exteriore esu & potu,

ederet

ederet & biberet integram ſalutem, vel ut alij
ſignum quoddam tantum vel ſymbolum , q
ſcilicet teſtaretur ſe ad Chriſtum illiuſq; ex
citum pertinere, cum eo pugnaturus ac etia
quidlibet paſſurus, Aut alius id pro operato
pere haberet, quo tanquam aliquo bono oper
Deo præcepto, Deum demereretur, vel Sacra
tum ipſum in ſpectaculum quoddam ſacrum
peret, quod colat, adoret, illi ſupplicet, Quę q
dem omnia extra mentem & intentionem Chr
ſti eſſe, nemo negat qui vel à liminibus ſac
ſcripturas ſalutaverit, Verum qui volet è ver
Chriſti ſeu cœnæ, quibus nos ex toto ac ſimp
ciſſime credimus, proq; indubitatis habemus m
tem ac intentionem, ſive propoſitum hic à Ch
ſto finem, venâri & habere, qui ſcilicet ubiq
quadret cum ſcripturis, cumq; nullis diſconv
niat, tum omnibus ijs qui ad hoc ſacrum pe
tinent, diligenter evolutis & diſpectis, non a
ud comperiet, quam quod Chriſtus panem & v
num, corpus ac ſanguiné ſuum inſtituerit, in pr
ſentiſſimam illi⁹ novi teſtaměti ſeu fœderis fu
tionem, iam olim oraculo Hieremiæ promiſſi,
poſt morte & ſanguine Chriſti effuſo, perfecti
confirmati, & omnium beneficiorum Dei, in
lutem humani generis à Chriſto depoſitoru
memoriam, quibus in corpore illius , nobis
privilegiato ac dato, fruimur præſentiſſime, pe
inde atque iam noſtris ac nobis velut in man
hoc ſacro donatis , Non quod panis in corp
Chriſti corporaliter tranſeat ſeu commut
tur , & panis iam eſſe deſinat, ſed remane
do panis in ſua ſubſtantia (Cum Paulo
loquimur) fiat inſtituto Chriſti verum illi

corpu

rpus,Vinum quoq; verus illius sanguis, modo endi speciali, quem nos (quandoquidem ple- q; germana ac propria vocabula ad exprimé- m verum sensum desunt)spiritualem dicimus sacramentalem simul,de quo superius de sa- amentis in genere &c.

Et adhuc pro clariore eorum intelligentia,do- mus,idq; iuxta sacrarum scripturarũ tenorem, ristum duplicem essendi modũ habere,Vnum rsonalem seu corporalem, Spiritualem alterũ. hristus corporali seu personali essendi modo, n in terris est sed in cœlo, Namq, perfuncto c legationis suę munere,prædicationis scilicet, crificij sui in cruce , resurrectionis die tertia orificationisq; quadragesimo ab hinc die, cum rpore & sanguine corporaliter & visibiliter elos conscendit,ac ad dexteram omnipotẽtis ei patris residet,rex cœli & terræ, pontifex ac cerdos magnus supra domũ Dei factus in cœ- s,Vnde nõ est rediturus ita corporaliter,quoad xtrema mundi dies , iudicandorũ vivorum ac ortuorũ advenerit,atq; huc spectãt certi Chri- ianę fidei Articuli , qui fortissimis scripturis unt innixi & probati.Ea propter Christus de- nceps nõ vult in terris,hoc pacto essẽdi cõfite- i prẽsens,coli,adorari,credi,sed una cũ patre in ivinitate in cœlis,siquidẽ ista eius illic presen- ia nobis utilis & necessaria est,ut adstet perpe- uo humanitas illius incorrupta, ꝓ nostra cor- upta humanitate intercessor,quæ quidẽ hic iã obis nulli usui esset post peractã legationis ist- hęc suę,deniq;& mortis dispensationẽ,Et an nõ ipsemet eos, qui sic eũ hic post abitũ illi⁹ corpo- ralẽ in terris profitentur dicẽtes, hic aut illic est Christus,

Christus, vocet pseudoprophetas, a quibusq; diligenter cavẽdis suos prẽmonet, Porro eiusmodi doctrinis, fides evertitur. Christus dignitate sua & obl... tione, qua seipsũ in cœlis Deo patri offert, despo... ãtur, & respect⁹ in res externos, humiles, corpor... lesq; convertitur, ac sic miserrime plebs Christi s... ducitur. Spirituali vero essẽdi medo, seu existẽt... idẽ ipse adest hic, atq; vere presẽtissimus est, peri... de atq; unigenitus filius Dei, verusq; & Deus & h... mo simul. Quẽ modũ nullus corporalis sẽsus sen... tire aut quoquomodo cõprehẽdere potest, Siqui... dẽ sola fide cotdis capax est, quandoquidẽ hono... & gloria divinitatis coronatus est, eam quoq; ia... exeruit, prius hic corporis velamento (in quo leg... tũ egerat) tectã. Et isto modo essendi seu operãd... vbiq; omnibus presentissimus est, dominatur, re... gnatq; etiã in medio inimicorum suorum atro... cissimorum. Nihilominus, quod peculiari mod... sit in Ecclesia, omnia in omnibus adimplens, dil... genter inculcamus, atq; id quidem sub triplici di... ferentia. Principio, hic esse suum in cordibus om... niũ fidelium habet, Secundum aliud atque alit... in ministris ministrantibus, Tertium tandem i... ipsis administrationibus.

In cordibus fidelium & electorum suorum primum Christum esse per verã ipsius agnition... perque efficacẽ huius agnitionis vim & operatio... nem in cordibus illorum agentem, de quo apu... Ephesios Paulus multa & egregia differit, qu... quidem omnia illi veritatis spiritus, quem Chri... stus ut pollicitus fuerat, ita præstitit abunde, &... in hodiernum diem Ecclesiæ suæ præstat, P... quem deniq; atq; dona illius, corda illorum ut il... luminat ita etiam renovat seu reformat, & facit i...

omnen

nem voluntatem Dei paratos, obſequentes & idos. Atq; hęc eſt illa ſingularis ac præveniens is gratia, de qua olim per Ezechielem facta eſt viſſima promiſſio, Dabo, inquit, cor novum, itumq; novum conſtituam in medio veſtri, & iam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia a cuſtodiatis, faciatiſq;. Paul⁹ vero, miſit Deus, uit, ſpiritum ſuum in corda veſtra clamantem, ba pater &c.

Secundo in miniſtris, ex ijs fidelibus lectis & iſtitutis tenemus, quod Chriſtus ſit itidem ſpialiter alio ab hoc operationis modo atq; eſſe. licet per potentiam authoritatis, quam per ritum ſuum eundem, dat illis in loco ſuo, ſive r miniſterij functionem, ut ſcilicet efficax ſit & erativa functio, apudq; fideles gratiſſima, Quæ idem etiam eſt pignus quoddā & arrhabo proiſſionum Dei erga nos, ut ea miniſtrorum auoritate, cui fideles alacriter parēt ac ſeſe ſubmit nt, omnes ſancti in unum corpus coaleſcant, uos quidē multiformibus donis miniſterialibus ſificationi Eccleſię neceſſarijs donat, Quæ Apoolus 1. Corint. 12. enumerat evidenter, Vnicuique, inquit, noſtrum data eſt manifeſtatio ſpiris, ad id quod expedit, Nam huic quidem per piritū datur ſermo ſapientię, alij vero ſermo ſcintiæ ſecundum eundem ſpiritum &c. Et item, ios quidem dedit Apoſtolos, alios vero Prophes. alios Euangeliſtas, Paſtores, Doctores &c. pſe vero Chriſtus de ſpiritu ſancto, qui præntiæ illius corporalis loco, fideles eſſet hic conolaturus, Sic expedit, inquit, vobis ut ego vaam, niſi enim abiero paracletus non veniet ad os, Si autem abiero, mittam eum ad vos ut maneat

neat vobiſcum in ęternum,Spiritum veritatis,qu
mundus non poteſt capere,Is tiſtimonium perh
bebit de me, glorificaturus eſt me,mundum coa
guer,vobis ſuggeret omnia , ac in omnem indu
ęturus eſt veritatem , quia de meo accipiet & ac
nunciabit vobis.

Et item ,cum mitteret eos in mundum , atqu
toti creaturæ prædicandi ſive miniſtrandi muni
imponeret,protinus ac diſerte de hac ſua pręſenti
ſuis miniſtris ſubdit,Vobiſcum inquit, ſum vſqu
ad mundi conſumationem, & adhuc dubitabitu
a quoquam,Chriſtum adeſſe ſpiritualiter , mini
ſtris miniſtrantibus , ab ipſo non a quovis homi
ne conſtitutis adminiſttationibus. Atque hin
eſt illa vox eius.Sicut miſit me pater, & ego mit
eo vos in mundum.Qui vos audit me audit.Item
Non eſtis vos qui loquimini , ſed ſpiritus patri
veſtri.qui loquitur in vobis , Quorum remiſeriti
peccata remittuntur eis , & quorum retinueriti
retenta ſunt,Et quæcunque alligaveritis ſuper ter
ram,erunt ligata in cœlo,& quæcunque ſolveriti
ſuper terram ſoluta erunt in cœlo.Et an nō clari
verbis Paulus hunc modum eſſendi ſpiritualem
Chriſti in ſeipſo , ſed & in alijs miniſtris demon
ſtrat?Habeo,inquit,glorificationē inChriſto Ieſu
in ijs quæ ad Deum pertinent. Non enim auſim
quicquam eorum loqui , quæ non effecerit Chri
ſtus per me,Et alias,Vos autem quæritis certitudi
nem illius,qui in me loquitur Chriſtus. Et item
Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti , &
diſpenſatores miniſteriorum Dei. Alias quoque
Itaque nomine Chriſti legatione fungimur, tan
quam Deo vos obſecrante per nos, rogamus loco
Chriſti,reconciliemini Deo.

Tertio

Tertio docemus, quod Christus præsens sit, singularem quoque actionem seu esse habeat in administrationibus suis, atque eum quidem diversũ ab eo, quo præsens erat hic in mundo, priusquam moreretur, aut etiam post resurrectionem suam, Sed & ab eo quo præsens est, & agit in cordibus fidelium, vel etiã in ministris functione sua utentibus, verum privato quodam actionis modo sive existentia, ille inquam, unus atque idem præsentissimus in ijs suis administrationibus est, in hunc finem, vt hunc eundemque illis, atque in ijs medijs ad id, ab eo ex professo institutis, fideles in semetipsos recipiant, ut hoc pacto in eis per fidem inhabitet, iuxta vim roboris sui, agendo & operando in eis iuxta vim suam exerendo, prout vniuscuiusque membri necessitas pro ædificatione illius in charitate requirit, Quæ quidé præsentia, atque inhabitatio illius in hominibus, est finis ac fructus omnium laborũ illius, hic in mundo susceptorum & exanclatorum, quin & huius muneris, quod nunc in cœlis æterno ac summo suo sacerdotio obit.

Sed & eo ipso, quo ille ipse idem usus est, & hactenus exercet in Ecclesia, per ministros illorũque ab se constituta ministeria, Atque hinc patere, quam longe præstantius & dignius ac suavius longe habeat esse suum seu præsens sit in cordibus fidelium, quam in ministerijs, Illic enim velut in fine suo quiescit iam, pro quo omnia fiunt. Nihilominus tamen & in ministerijs operationis suæ, esse itidé habet unus & idem ille Christus, verus Deus & homo indivisibilis, varium tamen seu diversum ab hominis esse, pro conditione huius necessitatis, Hoc est, ut ipse veluti Deus ve-

rus,hoc pacto conſtitionis ſuæ,ingereret ſe cordibus ac mentibus hominũ ,ac ea potenter occuparet,plenitudine quoque divinitatis ſuæ adimpleret,de quo Apoſtolus ubique diſſerit, Hanc quoque illius prę ſentiam in miniſterijs, Eſſe in verbo Euangelij externo & in Sacramentis , In verbo hunc eſſe atque operari , tunc cum ſui ipſius patriſque agnitionem influit per verbum hoc, & cũ per hoc vim ſuam exercet in homine,e veteri creatura novam faciens,De quo Apoſtolus ſic,Euãgelium,inquit,eſt potentia Dei,Et ipſe Dominus. Si quis, inquit,diligit me , ſermonem meum ſervabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& manſionem apud eum faciemus.

In Sacramentis vero tunc eſſe , cum ,per hæc exteriora itidem ſigna,ipſeidem nobis ſe declarat, impartit & exhibet ad maiorem noſtram in fide Euangelij corroborationem, & in charitate inflãmationem erga Deum & mutuo adinvicem, adq; confortationem in tentationibus aſſiduo irruentibus,tum denique ad maius incrementum in ſpe futuræ beatitudinis, Sed & ad excitationẽ & auxilium,quin & ad redintegrationẽ ac refocillationem,mentium languentium & frequenter labẽtium,hac corporis corruptibilis mole oppreſſorũ. Atque hinc eſt,ut in Sacramentis profiteamur Chriſtum eſſe , non perſonaliter aut corporaliter , ſive ſenſibiliter noſtris ſenſibus ac corpori ſed ſolum eſſendi modo iam dicto ſpirituali Spiritibus ſcilicet noſtris præſentiſſima , virtute & efficacia inſtitutionis ſuæ,conditioni natura noſtræ appoſitiſſimę. Perinde atque miniſtris verboque Euãgelij adeſt, verum nõ adeſt corporaliter ac ſenſibiliter. Verum utrobique ſpiritualiter

potenti

potentia scilicet sua ac efficacia, hic operando sa-salutem omni credenti.

Vult quoque in ijs ministerijs, velut Rex potés in authoritate legationis suæ suscipi, fideles quoque sibi in eo subijci & obedire debere. Et per hæc veluti quædam accommodatissima media, ad id ex professo instituta, mentibus suorum sese hoc modo ingerit in eis favore & justitia sua regnaturus, juxta illius ipsiusmet dictum, Qui susceperit, inquit, eum quem misero, me suscipit, Eodem modo in Sacramentis spiritualiter scilicet est, atque id quidem ob eam causam, ut ij qui Christum per ministros & verbum Euangelij susceperunt, eundem ut per Sacramenta, quodammodo sensibilius, & ut ita dicamus, appropriatius, ac iam sibi quisque per se suscipiant, ac sic ut eo fruantur in salutem. Siquidem illius sunt omnes istæ administrationes, ac ipsemet solus, pro suo in nos valido amore, proque nostro inæstimabili commodo ea instituerit, recto ordine, Principio ministros, deinde Euangelium, tandem quoque & Sacraméta, Has vero omnes administrationes, ad unam eademque salutem recta tendere. Ipse vero idem est in omnibus favore suo, hoc est favore suo in nos, hac declaratione & efficacia virtutis suæ salutaris, qua efficaciter salutē in nobis operatur, Cuicunque autem administrationi Christus modo iam dicto non adfuerit, salutifera esse minime potest, nec quicquam in id cooperatur, Nam sine Christo omnia sunt nihili. Verum ubi ille adfuerit, inibi per eum omnes illæ administrationes sanctæ, efficaces & salutiferæ sunt, & omnia efficaciter operantes, ad quemcunque & cuiuscunque rei gratia a Christo institutæ sunt,

ut patuit de Baptiſmo.

Euidentiſſimum enim eſt quod Chriſtus in Baptiſmo preſens ſit, Niſi enim eſſet, non adſequerétur illic fideles ſaluté, peccatorumque remiſſionem, neque baptiſarentur in Chriſtum, aut eo induerentur, Neque una cum illo ſepelirentur, reſurgerentque a mortuis per Baptiſma, quæ omnia tamen ſacræ ſcripturæ Baptiſmo indubitatiſſime adſcribunt, de quo ſuperius, cum de Baptiſmo ageremus.

De altero verò Sacramento panis ſcilicet & vini, expreſſiſſima ſunt & clariſſima verba a Chriſto, ſub hanc extremã ſacratiſſimãque Cœnã, Accipite inquit & commedite. Hoc eſt corpus meũ quod pro vobis datur. Accipite & bibite ex eo omnes, Hic eſt enim ſãguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effunditur, hoc facite in me commemorationem.

Eorum autem clariſſimorum verborum teſtes ſunt tres Euangeliſtę, quod a Chriſto de pane illo & calice dicta fuerint, Quod quidẽ & Paulus ad Corinth. confirmat, dicens, Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Quod Dominus Ieſus in ea nocte qua traditus eſt, accepit panẽ, & poſtquã gratias egiſſet fregit ac dixit, Accipite, edite, Hoc eſt corpus meum, hoc facite in meã cõmemorationem. Ad eundem modum & ad poculum peracta cœna dixit, Hoc poculum novum teſtamentum eſt, hoc facite quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem. Et inferius Quicunque comederit ex hoc pane, aut calicem Domini biberit indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini, Et item, Calix cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Domini

eſt?]

est? Et panem quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? &c.

Ex ijs apertissimis scripturis, quivis fidelium evidentissime intelligere potest, quod Christus in hoc panis & vini Sacramẽto, corpore & sanguine suo adest, Nisi enim adesset, quo pacto verba illius defendi possent? Quomodo quis ederet panẽ, biberetque Calicem Domini indigne, reus fieri possit huius, quod ibi non esset, corporis scilicet & sanguinis Domini? Atq; hinc sequeretur inevitabiliter, quod in Cœna Domini non aliud a fidelibus dignisq; sumeretur, quã solus panis & vinum, idque citra omnem salutis fructum, Et indigni quoque non haberentur rei, Quod Paulus constanter asserit, corporis & sanguinis Domini, Nã ut quid? si non adsit, sed tantũ solius panis & vini.

Verum cum ist hæc impia, phanaticaque & impudens (quæ toties iã ab Ecclesia profligata & pudefacta) opinio ex diametro cum verbis Christi tam expressis, cumque Pauli doctrina, ac etiam totius Orthodoxæ Ecclesiæ fide, pugnat, ictibusque suis istis imbellibus nequicquam hinc firmissimo saxo fidei incommodat, nos exturbantes eam, cum omnibus fidelibus Christũ in sacramento credentibus cõsentimus, ut & maiores nostri sẽper, ac dicimus ut credimus eadẽ fide quod Christus adsit in Sacramẽto, non corporaliter ac sensibiliter corpori nostri, sed modo essendi suo spirituali, sic, ut pro salutis nostræ requirebat necessitas, & prout pani & vino possibile est, ut vi & efficacia institutionis Christi caro & sanguis illius fiat, Equidem corporali essendi modo, ut iam toties corporaliter ac sensibilter, ut adfit post paractam redemptionis, salutisque nostræ

dispensationē, non egemus iam hic in terris, sed egemus illius humanitatis etiā præsentia in cœlis, ut scilicet humanitas illius pro nostra, perinde atq; iam unus ex nobis, Caro enim nostra & frater noster est, stet apud patrē confratrum suorum, hoc est, nostri intercessor, contra perpetuū nostrum hostem & accusatorem Diabolum.

Hic vero apud nos spiritualis essendi illius modus, de quo toties omnibus fidelibus perneccessarius est ad usq; finē mundi, ita ut opus videretur Christo, huius certissimos reddere, ac scientes suos omnes, Clare enim dicit, Vobiscum sum omnibus diebus &c. Non hoc intendens, nam neque id, vel uno iota, iniecit, ut nobiscū esse velit corporaliter ac sensibiliter, quo illo participaremur, Vt quid enim, si id participatio requirebat, summoveret à suis ipsius videntibus, qui etiam antequam abiret, atque corporaliter mundum relinqueret, huius suos toties præmonebat, se scilicet mundū relicturum, adq; patrem redituru, nimirum ob id, ut apud nos iam alio longe nobis utiliore manendi sive essendi modo esset, hoc est, spirituali, & se nobis ne dum iam in spiritualibus ac mentibus nostris, Verum etiā corporibus & mēbris nostris, de quo Paulus sępius, & apud Ephesios prȩcipuo fruendum per spiritum sanctū exhibeat, mediantibus scilicet exterioribus ritibus sensibilibus, hoc est, per administrationes, verbi Euangelij & Sacramētorū ab se constitutorū. Hinc videre licet, quomodo urgēte summa intelligendi hoc sacrum nostrum necessitate cogimur, velimus nolimus, de duplici essendi modo & sētire & loqui, de corporali sive personali scilicet & de spirituali hic in cordibus fideli-

delium, miniſtris ſub hæc, nec nõ etiã in verbo & Sacramẽtis, ac ſpecialiter in panis & vini Sacramento. De quo quidem ſacro, iuxta verba Chriſti, ijs ſimpliciter credentes profitemur, Corpus Chriſti & ſanguinem eſſe, non corporaliter & ſenſibiliter, verum ſpiritualiter, in præſentiſſimũ uſum, ſpiritui noſtro & cordi manifeſte ſenſibilem, per hos ſenſiles externoſque ritus, ſeu media ipſius. Et ſi aliter ſentiendum eſſet, hoc eſt, quod tranſmutatio eſſet ſubſtantiæ panis in ſubſtantiã corporis Chriſti, aut ſi ipſemet panis, abſque corpore Chriſti eſſe hic crederetur & confiteretur, Aut etiam ſi teſtamenti ſeu fœderis novi nullus eſſet uſus aut ſenſus in Sacramento, Aut denique ſi cum pane & vino ſimul non communicaretur corpori & ſanguini Chriſti. Quicquid ex ijs omnibus eſſet hic omiſſum, neglectum aut etiam negatum, iam fieri non poſſet, ut ſimul panis & vinum eſſet corpus & ſanguis Chriſti, novum teſtamentum, communio corporis & ſanguinis Chriſti. Et fides hic omnis fidelium in fumum ac ventos abiret, Scripturæ denique omnes ſacræ, hæc ſuaviſſima conſtantiſſime teſtificantes, meræ fabulæ & impoſturæ eſſent, quod eſt, vel in cogitationem admittere horrẽdiſſimum, quæ hæc omnia credenda exigunt, imo ad amplectenda tanta bona, gratuito exque profuſiſſima erga ſuos bonitate Dei oblata, & hoc pacto porrecta, invitant amiciſſime ad cœnam ſcilicet hanc magnã, in qua omnia parata ſunt, aliud non ſupereſſe, quam ut invitati veniant, fide ſua hic epulaturi magnificentiſſime. Quod ſi nõ venientes & negligentes tanta pœna maneat, ut promulgata eſt contra ingratiſſimos hos contemptores,

quid sibi polliceantur irrisores, calumniatores, & huius sanctissimi convivij eversores, epulantium que calumniatores, ipsi viderint &c.

Et quanquam sic iustissime de Sacramentis sen tiamus, non tamen tenemus, ut quis indignus, & qui particeps Christi per fidem vivam in eo agen tem non fuerit, ob solum externum illius visur citra mentis & intentionis Christi, institutor illius sacri, cognitionem, dignus haberi, & remiss onem peccatorum ac vitam æternam adsequi de beat, quin tenemus, quod omnis dignitas, ex reno vatione cordis per spiritum sanctum, perque at tractionem patris ad filium, & susceptionem m nistrorum, cum toto & integro Euangelico, per deat & procedat, Et plane recta huc fertur illu Esaiæ 53. Et notitia sui servus meus iustus multo justificabit, ipse enim portat peccata eorũ, Quar quorumque omnium notitiam unde quis, quar in Ecclesia, ubi notus est Deus & Christus, habe re possit.

Itaq; cum hæc quis principio consecutus fueri posthac in ijs seipsum probat, exercet ac perma net stabilis, is semper dignus habetur, & est & cõ sequitur quoque ea omnia, quandocunque un cum alijs fidelibus Sacramento huic communi cat, ad quæcunq; Christus illud instituit, & sumer dum etiam præcepit, tam scilicet amans est nostr ut etiam cogat ad sua dona amplectenda. Qui ve ro eam dignitatem nondum sic assecutus est, au etiam adsecutus, si in ea non permanserit, & ta men accedit, Sacramento participaturus, is nõ dum non assequitur dignitatem, verum etiam i maiorem accusationem & damnationem in currit. Ea propter de ijs, quæ ad præparatio

nem

em & usum huius Sacramenti attinent, hic a-
emus.

DE LEGITIMA ET INTEgra huius Sacramenti praxi & fruitione.

SI SACRO hoc quis riteparticipare debeat, hæc tria requiri necessario, Ministervere Christianus, Populus, Denique mens seu intenio Christi. Principio tenemus, quod Sacramenti huius administratio, æque ut alia nemini concrelita est, neque alius vere & salubriter hoc Christi itu testari, sumentibus salutem potest, nisi quis Christo, Sacramentorũ authore & institutore, ut ab Ecclesia ipsius vocatus esset, nisi frustra miistrorum constitutio esset in Ecclesia Christi, cuus ipse solus & primus author est, Deniq; Apotoli omnes & nisi itidem, nihil opus esset quicquam ordine geri in Ecclesia, quod est impũdeniissimum asserere. Hic quoque ministeri, ut habeat mentem & intentioné Christi in salutis negotio compertissimam, de quo latius supra, cum de iniiandis constituendisque ministris egimus.

Iuxta quem ritum, quicunque in ministrum non fuerit subrogatus, atq; sic populo Dei legittime præfectus, oret is quantumvis velit, quantumvis religiose complosisq; manibus & ex imis præcordijs, suspirabundus hæc verba Christi eloquatur, glorietur etiam se tantam fidem habere, qua vel montes transferat, nihilominus ijs omnibus hic nihil promovet, littus arat, ac ministeria huius, semina humanæ saluti nihil conferentia,

conſcientijs profutura nihil, mandat harenæ. Quandoquidem iſthæc omnia ex humano commento, ac citra Chriſti intentionem fiant, Deinde retur ſe ac palpat ut libet hoc nomine, promoveatq; eouſq; & Apoſtolus, ſingulis diebus communicet, cum aberratum eſt ab intentione Chriſti, ſcopo illiuſq; uſu ſuaviſſimo, retia iſtorum nihil trahunt. Nihil hic ſuffragari, quod quis egregie credat, quandoquidem multa alia, etiam mõſtroſiora & abſurdiora tam egregie creduntur & tum non minus pulchre & plauſibiliter imponunt, & ſunt quoque errores manifeſtiſſimi.

Secundo tenemus, quod Sacramentum hoc non debet adminiſtrari, niſi ſolis comparticibus Chriſti per fidem illius, hoc eſt vere Chriſtianis fratribus ſororibuſq; Chriſti, Eſſe quoque eos, qui Euangelium audiverunt, ſuſceperunt, reſipuerunt que ad illius prædicationem, poſthac ſerio, fœdus cum Deo in Baptiſmo ſuſceptum, per manuum impoſitionem renovarunt atq; inierũt, ut ſupra. Ad pacificandã, mole ac horrore peccatorum, ab ira Dei proſtratam & exanimatam cõſcientiam, inq; remiſſionem peccatorum, deinde fidelem ac diligentem, cuſtodiendi ſemetipſos in ſalutem, navant operam. Præterea numerari in hac populi Dei claſſe, & eos qui a pueritia educati, ſincero Dei uerbo, ubi ad annos diſcretionis pervenerint, ipſam doctrinam Euangelicam, ipſimet iam ſuapte amplectuntur, publiceq; profitentur, atque illi ſeſe totos iam dedicant Chriſtoque offerunt.

Sed nec minus & illos, è participibus Chriſti habemus, qui quamquam clementiſſimum hoc

c Dei fœdus violaverint, tamé resipiscunt, ad
ue ipsos, non secus atque prodigus ille filius
patrem suum benignissimum reversus, Itaq;
& eiusmodi tantum Christus Sacramenti hu-
ritum administrationemq; instituere & dedi-
e dignatus est, Ministrorum proinde interesse,
quos próprie administratio pertineat, ut eius-
odi agnoscant, ac tales iuxta sacri Euangelij vo-
m, hoc sacro reficiant & corroborent, atque
spem æternæ vitæ certissimam conflituant ac
stituant, securasq; illorum conscientias ob la-
us assiduos assidue labantes reddãt, Scilicet q
rtiticipes ac cohæredes Christi sint, Ecclesiæ
us & omnium bonorum eidem ab illo collato-
m, atque hoc ipsum esse sanctorum communi-
ıem ipsissimam.

Porrigere autem non debet diffidentibus aut
on credendibus & notorie flagitiosis, ne con-
rmaretur eorum malitia, sed neq; ijs qui cadunt
:ccantes, & nihil eos pœnitet, scortatoribus,
ıœchis, idololatris, raptoribus, temulentis, vis-
ilionibus &c. Nihil enim ijs cum Christo con-
:nit, quos neq; Ecclesiæ suæ adnumerari susti-
et, Itaq; ministri esse, quantum illi possibile sit
dniti, ut à fructu cognoscat arborem, atq; modis
mnibus advigilet, ut ritũ & institutioné Chri-
i, velut fidelis, prudens, vigilantissimusq; œco-
omus illius legitime administret, ne Euangeli-
m illius secus ac adversum eum interpretetur,
e Sacramentis abutatur, & aliter quã fieri de-
et administret, Qui si alium se gesserit, sciat se
um princeps pastorum suorum advenerit, rigi-
lissimam & exactissimam rationé illi redditurũ.

Tertio tenemus, quod Sacramentum hoc,

neque

neq; elevari adorandum,neq; circumferri vic
tim,aut cancellis seu vitris includi ac imponi d
bet ,cui ibidē cultus & supplicationes exhibe
tur,Non enim ludicrum è tanto sacro suo Chr
stus haberi voluit,aut ut quis colat, aco ret, si
Dei loco habeat,& eo ad hos dictos abusus ac
ministret,Verum ad alios incomparabiles , pra
stantiores magisq; venerabiles & adorandos u
sus,scilicet,ut Sacramento hoc fideles certissim
salutis suæ symbolum ,quod illis in corpore &
sanguine illius offertur,recipiāt,habeāt,ut quo
securissima ac pacatissima corā Deo conscient
perfruantur,Quo fit ut toti in gratiarū action
resolvantur,Deoq; dignissimas exhibeāt cord
bus & spiritib⁹ suis,ac modis omnibus veras s
riasq;adorationes.Et audiat orbis tot⁹,quod h
Christus constituerit ac iusserit,Accipite,inqui
comedite & bibite,Hoc est corpus meum , H
est sanguis meus,Non audis quod dixerit,elev
te,circumagite,vicatim currite,adorate,prosta
facite,vicissimq;recondite,cancellis recludite,s
crificate,ac vice mei habetote.Equidem non
Sacramento hoc,sed in cœlis, cum patre in e
erta iam mundo sua divinitate,id sibi deberi,
bi cū patre residet, suamq;met humanitatē p
nostra illi assiduo offert.

Præterea tenemus , quod utraq, Sacramen
huius pars,porrigi ac accipi debet, Sic enim il
instituit & tradidit sumendū,integrū scilicet
non dimidiatum vult , proinde etiam sic hau
dubio practicari , Seorsum enim panem habe
voluit,& vocavit corpus suum,& seorsum ca
cem sanguinem,in protestationem scilicet,quo
ist hæc in cruce,cum pro toto mundo offerret h
stia

m,ab invicem ſeparanda erant,ac ea propter
umq; ſumendum,panem ſcilicet edendum &
culum bibendum.Diſerte enimPaulus hic cõ-
morationem mortis, mortis inquam & non
æ,cũ utrumq; in utroq; maneat, ingerit,Neq;
it,hic ſum aut alias,integer vivus,totus ſub u-
q;,colite,orate,ſacrificate,& id genus ſexcen-
ta commenta,Sed hoc,inquit,eſt corpus meũ,
c facite in meam commemorationem. Iam ſi
n liceat,puri hominis morte confirmatum,in-
ngere aut immutare teſtamentum (Paulinum
hoc)non licetq; aliter agere, quanto minus
itas Chriſti Domini teſtamentum violare ac
vertere licebit,verũ intactum coſtodire, ſiqui-
em non tangendum ius ſibi tenet,

Quarto tenemus,quod omnibus fidelibus, u-
nimiter ac ſtato tẽpore congregatis, debere
eri huius ſacri adminiſtrationẽ, non autẽ ut is
odie,ille craſtino aut perendie, alter ab altero
iunctus,citra iuſtã cauſſam petat,Non cõveni-
e hæc huic omnium communionis miſterio in
num,Verum omnes ſimul, & ipſe miniſter,de-
ent huic ſacro communicare, Atq; id quidem
x inſtitutione Chriſti,& primitivæ Eccleſię ob-
ervatione videre licet. Nam unde id Paulo ad
Corinthios?Cũ convenitis, inquit,in unum,&
undem locum &c.alius alium expectate,Et ca-
ix benedictionis,cui benedicimus nos, cõmuni-
catio ſanguinis Chriſti eſt &c.His vero non hoc
prætendimus,ut in adminiſtratione huius Sacra-
menti,unum panem,unum calicem, ſive unum
& eundem etiam ſtatim diem,omnibus fieri o-
porteat,Siquidem tot fieri poſſint & haberi, q;
requirantur.Nam ſi parum fuerit unus dies,con-
ſtituan-

ſtituantur plures, modo quicunque ad diei huĩ praxim pertinuerit, adſit præſens, ac paratus ſit, nemo ſe temere ac ſuperbe ſubducat. Qui ſecus fecerit, is Chriſti decretique illius, nec non & Eccleſiæ contemptor, ſuimet vero ipſius Pontifex eſſet, & ſuimet ſolvendi ac ligandi poteſtatem ſibi vendicaret.

CVR FREQVENTARI debeat praxis huius Sacramenti, quidque hinc boni promanat.

HIC TENEMVS, Quod Chriſtus frequenter hoc ſacrum practicari iuſſit, principio ut quicquid antea per Euangelij verbum, perque Baptiſma ratificatum, conteſtatumque ac donatũ habuimus, in remiſſionẽ peccatorum, ut hoc idẽ per eſum & potũ, panis & vini in corpus ſanguinemq; Chriſti inſtituti & conteſtati, commemoraretur, & pro inſtitutioni huius negotij modo adpropriaretur, atque frequentatiſſime refricaretur. Ea propter miniſtri ſeu diſpenſatores Chriſti, debent in praxi huius Sacramentis deprædicare, ac commemorandam adnunciare, ingentem illam & inæſtimabilem benignitatem & favorem Dei. Et quibus medijs Deus, per mortem ſcilicet filij ſui, perq; ſanguinis illius, non autem iam taurorum & hircorũ, id prius præſignantis effuſionem, liberas ſuorum à peccatis & erroribus reddiderit conſcientias, velut ex profundiſſimo inferorum antro extraxerit, & in filij ſui Regnum aſſeruerit. Et item, Quo pacto, iuxta novi teſtamenti ſive fœderis initi rationem, filiorum

ſum

n loco,ac filij ſui comparticipatorum,ſimul & æ æterne cohæredum, clementiſſime adſeru-

t.

Secundo ob eam cauſſam frequentandum hoc rum in ſui cõmemorationem inſtituit,ut ſit in timonium fidelibus certiſſimũ, ac vice firmiſi ſigilli, quod quicquid illis ex imbecillitate turę eorum corruptiſſimę acciderit, delictorũ t ſemper fit) nihil iſtorum ob Chriſtum imtari ad damnationem, ſed iſthæc omnia in rpore & ſanguine,atque adeo humanitate Chri-,has humanitatis noſtræ corruptiones aſſiduo oleri, Quodque cum caro & ſanguis noſtra, oc eſt tota natura noſtra,cum omnibus ſuis viris ac potentijs,nec non membris ſuis impotenſima eſt,ad reddendam Deo debitam juſtitiam, Chriſti fratris & redemptoris ſui juſtitia, quæ corpore & ſanguine illius ſita eſt,fruatur, eaq; redimat,ac Deo per Chriſtum ſatisfaciat,atque uic ut indubitato inhæreat & incumbat, Ac ſibi ertiſſima fide,per corpus & ſanguinem Chriſti in anis ac vini externis ritibus a Deo teſtari credit, Novit enim ille perinde atque clementiſſimus ac xercitatiſſimus Pontifex, quod & ſui, ob legem eccati in carne manentem,imbecilles infirmiq; int, Quapropter etiam aſſiduis egent auxilijs & nedijs per omnem vitam ſuam.

Et quanquam adſecuti ſint peccatorum reniſſionem, quin & omnia ea,quęcũque ad ſaluem neceſſaria eſſent,per fidem Euangelij, perque Baptiſma, tamen in eo perſeverare, & conſcienię pacem uniformiter, ob lapſus frequentes reinere,abſque hac Sacramenti adminiſtratione,ob præſentiſſimam corruptionem minime poſſunt,

contra

contra fœdus initũ & suã ipsius consecration assiduo peccantem. Fœdus autem illud, in quo fideles Deo consecrantur, requirit, ut qui Christi participes facti sunt, fortes fide Diabolo & suggestionibus illius resistant, carnis suæ desideriis non serviant ac succumbant, cumque concepta fuerit iniquitas, post eam non abeant.

Quoniam vero norint se per Christum Iesum redemptos, & spiritui illius per Euangelium & Baptisma in id consecratos, ut scilicet quisq; pro sua conditione & vocatione bono ac candido animi proposito, iustitiæ incumbat, voluntati divinæ sese per omnia, tanto suo bono adtemperet, digne vocatione sua ambulet, Inter omnes, bonæ vitæ conversatione sit conspicuus, inque hoc mundo vivat iuste, sobrie, pie, ut sic doctrinam salvatoris nostri Dei in seipso exornet in omnibus. Ante omnia vero ac cum primis huius fœderis initi exigit ratio, ut fideles omni cura advigilent, ut in fide Euangelij, dilectione Iesu Christi, fraternaq; charitate cõcordes, unanimesq; ac vere unũ sint, in pace quã ordo ac ritus isti Ecclesiastici conciliant ac custodiunt, sufferant semetipsos adinvicem, condonantes sibimetipsis offensas, si quis adversus alterũ habuerit querelam, quemadmodum & Christus ipsis omnia condonavit. Vt quoq; nemo, quæ sua sunt quærat, Verum ut sese totum commodis aliorum impendat, eo tactus affectu, quẽ cognoscit in Christo Iesu, ad seipsum & ad omnes, Qui tamen cũ omnium esset Dominus, factus est, omnium abiectior servulus, ut sic lucrifaceret omnes.

In ijs siquidem omnibus iuxta Apostolicæ non nostræ doctrinæ normam ac præscriptum,

fideles

fideles exercere se debent diligentissime, atq; id assiduo. Denique vitam suam omnẽ in omni iustitia & sanctitate trãsigere, facta omnia & verba, in Dei gloriam servatorisque sui Iesu Christi referentes.

Quod tamen ob vitiatam suam malã, corruptissimamque naturã, Nec nõ infinitos atque eos quidẽ astutissimos ac latentissimos Diaboli astus, impulsus, suggestiones, iã in mũdo iam in carne præsentissimos & parati simos, nullatenus perficere possũt, adnitatur iustus advigiletque utut possit ac velit circũspiciatque sese, vel ipso Argo diligentius, ab omnibus partibus, utut libet utut satagat, nihilominus vel septies ad minus per diem cadit. Et Deus quoque hæc fieri permittit, ut humiliet deijciatque hominem, atque ut eidem declaret, quod caro & sanguis, legi peccati obnoxia sit, quove propẽdeat, & quam belle iustus esset & permaneret, si Deus cum homine iusto iudicio contendere, & ad calculum violati fœderis seu testamenti, adque vivum omnia exigere velit.

Verum in ijs omnibus non agit Iudicem censorem, sed benignissimum servatorem, ac non subducit sese, Sed manum suam suavissimã supponit, & largissimo administrationis suę favore, medio verbo Euãgelij ac huius sacri sacrosanctissimi ritu sublevat, ne in ijs tot tamq; fœdis lapsibus pereat ac desperet, Itaq; de ijs omnibus ante cõmunionem, sed maxime in ipsa hora praxis hui⁹ Sacraméti, ministri Ecclesię tota opera suo & officio adhortari & huius cõmonefacere, ob oculos ist hęc omnia statuentes, debẽt fideles, ut scilicet iuxta normã prædictã, conscientias suas

excutiant,probent,ſeque ipſos dijudicent, utque tantã ſuam imbecillitatem ac peccabilitatẽ agnoſcant ſerio,ſuoſque defectus & enormitates, quibus obnoxij ſunt Deo,proximis, quin & ſibi ipſis, ut ijs cognitis inardeſcant, & quanta poſſunt iuſtitiæ Ieſu Chriſti cupiditate, quæ eſt gratuita ac liberaliſſima, omnium noſtrorum tantorum admiſſorum malorum, ſeu etiam debitiſſimorum bonorum obmiſſorum condonatio & dilutio, excitentur & permulceantur,ut in corpore & ſanguine eius, per panis & calicis Dominici communionem,ſaturentur & reficiantur.

Et qui ſemetipſos ſic ac in hunc modum, tum in ratione fœderis,tum etiam ſuæ conſecrationis Deo omni tempore, potiſſimum vero, mox hoc ſacro communicaturi.excutiunt,evoluunt,revoluunt, probant & dijudicant, atque ſic coaptant,ij ſemper pane & calice Domini digni habẽtur,& neque inter communicandũ fiunt corporis & ſanguinis Domini rei, Quin potius certiſſimũ favoris ac miſericordiæ divinæ ſuſcipiunt teſtimonium,in corpore & ſanguine Chriſti, quod ſcilicet nulla eorum delicta ac defectus, aut etiam tranſgreſſiones, ad damnationem illis cõputantur,Qui vero hęc parvi æſtimant, fiunt debiliſſimi & languidi,aut in totum mortui, Atque ij ſunt, quiin pane & calice Domini perditionis,ſibi edunt & bibunt iudicium,atque adeo habentur rei corporis & ſanguinis Domini, Ea propter,quod non dijudicant corpus & ſanguinẽ Domini,ignorantes,cur ſcilicet,quomodo, in quem finem & uſum data ſint, ut ſcilicet eo ſic rite ac legittime,adque hunc modum, iuxta iam dictos eſ-

ctos essendi sive operandi illic Christi modos perfruantur,

Tertio instituit hoc Sacramentum Christus, in ministrorum etiam sive dispensatorum subsidium & auxilium, in politico Ecclesiæ ordine efficatius exercendo ac servando, ut scilicet eo facilius moderarentur, regerentque ac in officio bonaque pace, ordine ac disciplina ecclesiastica membra Ecclesiæ retinerét, ut quoq; haberét occasionem iustã, protervos refractariosq;, ac eos qui data opera, exq· pura malitia peccant, quique rixas, lites & seditiones studio exercent atque serunt, inque fraternã charitatẽ obdurata cervice peccant, ab Ecclesia eliminandi & exigẽdi, Sed nec minus & illos, qui erroribus obnoxij, peccatisque sunt divincti & adobruti impœnitenter ut explo-derent, ne scilicet salutiferum hunc cibum ac potum, quoad manifestam ac solennem agerent pœnitentiam, cum Ecclesiæ membris sumerét. E-converso, ut bonis, Ecclesiçque devotis, hac huius sa-cri administratione cõfidenter, ac sũma cũ iucũ-litate & alacriter inservirent, atque hoc Christi emissionis peccatorum, ac vitæ æternæ privilega-ionis, per corpus & sanguinem Christi sigillo & symbolo, conscientias illorum pacificarent & ex-hilararent, salutisque certissimas redderent.

Itaque ijs de caussis certũ populo decernimus iem, prçmonentes illos hoc pacto, ut alias sẽper, im sub id tempus potissimum, tanto impensius c diligentius pro modulo illorum, semetipsos ex-utiant atq; adeo diiudicent, gratiamq; seu favo-em hunc Dei, per fidem Euangelij, perque Ba-ismа susceptam in memoriam reducant ac refri-ẽt, inque hac renovatione suscipiãt. Et si quid in-

terim conſcientias illorum peculiarius degravet ſive deijciat,ut iuſtam cum Deo reconciliationem ineant.Eodem quoque tramite, ſi cum fratribus ſimultates interciderint,diſſidia aut rixæ,ut amice rem hanc inter ſe cõponant,pacemque & concordiam priſtinam reſarciant.Item,ſi quis aduerſus aliquem habuerit querelam,ut ſibimet mutuo cõdonent ac ſatisfaciant etiam, iuxta exceſſus offenſioniſque rationẽ. Hoc enim mandatũ Chriſti exigit.& quæ remiſſibilia ſunt,ut ex animo remittant,quandoquidem hanc a conſumatiſſimo omnium Magiſtro ſuo doctrinam habeant, ut recte orare poſſint, Et dimite nobis debita noſtra &c.

Vbi vero iam in conventu adminiſtrationis hora adfuerit, hic populus una cum miniſtro ex imo cordis, ſub Domini Ieſu nomine orat pro ijs, quæ preſentis neceſſitatis ſunt, Deinde panis & calix Domini benedicitur, Tandem vnanimiter,certoque ordine & reverenter, cũque omnimoda fiducia &gratiarum actione cõmunicant, atque ſic beneficiorum Chriſti memores, cum gaudio ſimul & laudibus ijs bonis, quibus eos reddidit hoc ſacro Chriſtus certiſſimos remiſſionis ſcilicet peccatorum ac vitæ æternæ perfruuntur.

His autem omnibus obtineri a fidelibus, certiſſimum ſcilicet ac firmiſſimum remiſſionis peccatorum non ex animo admiſſorum teſtimoniũ credimus,ſimul & eorum, quæ illis a pleno in ratione fœderis initi deſunt, ut plane ſunt non parum multa. Et cum tot ſunt membra, unum tamen corpus Chriſti myſticum, hoc eſt unius religionis, unus Chriſtus caput eſt, efficiuntur &

tur & permanent. Item quod adoptivi filij Dei sunt, familiaresque ac domestici Dei, fratres & comparticipes ac cohæredes Christi cum patre, filio spirituque sancto unum effecti, & Templum Dei facti.

Præterea esse omnium bonorum, orationum vero potissimum, quæ sub nomine Iesu Christi ab omnibus fidelibus, per universum orbem fiunt participes, Deinde ius habent & authoritatem, omnibus bonis fruendi, quæcunque Christus Ecclesiæ suæ pro salute illius instituerit. Adhæc confidentiores multo efficiuntur ac redduntur, quod scilicet Deus, perinde atque iam filijs in futurum ac semper adesse, providere, orationes illorum exaudire in tentationibus, auxilio esse, custodire in periculis, atque e medio omnium malorum eos eripere, & velit & paratissimus semper sit.

Adde quod Christus, frater, Pontifex, mediator, reconciliator & intercessor illorum, apud Deum patrem sit, quodque opera illorum, quantumcunque etiam exilia videantur, meritis suis condiat, consecret, suis adponat, ac ea justificet, delicta vero & peccata admissa sacrificio suo resarciat ac emumdet.

Hæc nimirum sunt, quæ pavidas conscientias supra quam dici possit exhilarant & confirmant, Hæc sunt, quæ corda contrita, hoc est, exanimata & perter refacta ac deiecta, hoc est, humiliata reficiunt, adeo ut se sibi plusquam denuo nasci, inque vitam iam ad inferos demersam revocari videantur, præstantius longe ac incomparabiliter, quam si sola ac nuda mortis Christi commemoratione, quod scilicet Christus mortuus fuerit,

esset vivatius etiam & efficatius multo, quã si solum hoc, quod scilicet illic corpus Christi sit crederetur, imo si ipsis corporeis oculis videretur, manibusque contrectaretur, Quid inquam conferret, si personaliter ac etiam omnibus videntibus adesset.

Nam quid Iudæis & alijs incredulis, id olim profuit. Quid item alijs fidelibus obfuit, de quibus dicitur. Beati qui non viderunt & tamen crediderunt, Quid & commemoratio sola, scilicet quod Christus olim fuerit mortuus, quo expurgatissimos ac fideliſſimos haberi putant, paniſtæ, Christi hic in hoc sacro præsentiam pernegantes, & alios ob id irridentes, quandoquidem & Dæmones id vivatius memoria retinent, ac suo perpetuo malo haud dubie dolentesque commemorant, hamum adhuc habentes quem in cruce deglubuerint in ore suo quem evomere æterne non poterint. Quid denique & id solum, quod panis ille Christi sit verum corpus illius vinumque sanguis eius putamus id, & Dæmones non tantũ credere, sed etiam certo scire. Nihil enim istorum omnium tantũ gaudij ac pacis conscientijs, quorum solum negotium hic agitur, ab ira Dei, absque mole tanta peccatorum oppressis, & assiduo in peccata labentibus adferret, quantum isthæc à nobis recensita, & è sacris scripturis, absque Christi institutione, accepta adferant.

Experti norũt quæ dicimus, omni vero verior a omni quoq; iucundo incundiora esse, scilicet quod nobis, nobis inquã mortuus esset, Quodq; corpus illius ac sanguis, atque adeo mors ipsa sua, quin & omnes illę passiones in quibus victor evasit, Nostra nostra inquam vere sunt, ac si per

si per nos ipsos facta essent, quandoquidem nobis ab eodem ipso Christo fratre & servatore nostro proscripta, attributa, imputata, adq; id quidem ijs sensibilibus ac exterioribus, panis scilicet & vini, ab eo institutis adhæc ritibus, tanquã sigillis illius certissimis tam propensam illius erga nos benignitatem, omnium certo certius testificantibus & firmantibus, donatam, ac iã in manus evidentissime traditam, Quod nusquam alias, neque alio medio ac testimonio factum a Christo legimus, quam sub hanc extremam cœnam, quam ob id dubio procul, desiderio desideravit celebrare cũ suis priusquam pateretur, Cum scilicet hac remissionis perpetuæ assiduo peccantibus ob corruptionem suam, conderet nobis testamentum, & vitæ æternæ, pani suo sacro & calice, mortis suæ scilicet applicaret, sigillum aut symbolum si mavis.

Hic hic licet hoc Davidicum exclamare, atque arrepta Lyra succinere, Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ tribuit mihi, vota mea, laudes, gratias, adorationes spiritus & cordis ac corporis, Domino reddam in conspectu omnis populi eius, sacrificabo illi semper, omnis generis laudes, tantorum bonorum ubique prædicationes ac suavissimum hoc, & omnibus hominibus dignissimum, nomen Dei mei servatoris mei, invocabo & celebrabo. Lauda anime mi Dominum, & noli oblivisci eorum, quanta fecit mihi Dominus. Lauda anime mi Dominum, & omnia quæ intra me sunt, nomen sanctum eius, quid simile hic habent negociatores Christi, in hoc sacro sese offerentis & dantis.

Ex ijs omnibus evidentissimum fieri, quam

ſimpliciter,quãque Chriſtiane, iuxta Chriſti ver
ba credamus,Dominicæ cœnæ panẽ, eſſe corpu
Chriſti,quod erat tradendum, & vinum ſangui
nem,qui erat effundendus,ac etiam quare, & i
quem finem ac commodum ſic credamus,nec n
& id contemptores ne ſimus, an veri fideleſqu
tanti ſacri adoratores & imitatores.

Et tamen cum tã pie tamq; rationabiliter, ad
que,mentẽ ſcripturarũ & Chriſti Domini, ſed &
maiores quoq; noſtri ſemper crediderint & pro
feſſi fuerint,demiramur,qua fieri potuit,ut eſſen
ſemper,ſed nec hactenus deeſſent,quorum men
tes tam miſere malus dæmon exagitaret, ut nihi
vereantur tã impudentia tamque aperta mẽdaci
ſtudio contra nos conficta orbi obtrudere,ut eti
aliqui Epiſtolis,famoſiſque libellis,imo etiam hi
ſtorijs infulcere iſthæc audeant, eſſe ſcilicet nos
qui tanta ſacra,tam perdite nihili faciamns & ex
plodamus,blaſphememus,proque nudis tantum
ac mortuis ſignis habeamus, praxim quoq; han
venerabilem, quod contemptiſſime ac leviſſime
eque cachinnis ruſticis,fœdis ac fictilibus parum
quod non è matulis dicant,idque porcorum mo
re rapientes exerceamus,Atque id genus ſex mil
lia,probrorum in odium noſtri, impudentiſſime
atque aſſiduo,ſpargunt paſſim.

Videant boni cordatique viri ac iudicet quoq
Deus inter nos atque hos perfrictæ frontis Chri-
ſtianos, Videant inquam pij omnes,in quam mi-
ſeram hic delati ſumus ſortem,ut verum confite-
ri ſine culpa non poſſimus, qui etiam non confi-
tentes ſine culpa evadere non poſſumus,nam ſi,u
par eſt,de Sacramentis,quod ſcilicet ſalutem con-
ferant,pie confitemur occlamamur eſſe Antichri-
ſti,idq

i,idololatræ,novi papistæ, & quid non? Quod-
ıe rebus externis,mortuis, & nihil in anima fa-
entes,operibusque ijs carnis,sic enim illi vocant,
quod solius Dei sit,adscribamus. Rursum cum
cimus,quod itidem nos cogunt scripturæ,tanto
ostro bono, & credere & confiteri,quod quan-
ıam ab Sacramentis salus pendeat, non tamen
l ab ijs solis nudisque, seu, ut ipsi vocant, ex o-
ere operato, quin potius ab istorum symbolo-
imSacramentalium,simul rebus essentialibus si-
e substantialibus, de quo supra, plenis faucibus
blatrant,nos Sacramentis nihil tribuere,sed tan-
ım signa nuda & solum Christianismum isthæc
estantia habeamus.

Quocunq; nos hic vertamus,imo quãtumcun-
ue vere & Christiane profiteamur,in cornutum,
t aiunt,Syllogismum impellimur,de utroq; scili-
et,ut par est,quæ ad integritatem concurrantSa-
nenti,externæ scilicet & internæ res, sive ut qui-
lam de Sacramento & de re Sacramenti, quan-
loquidem alterũ ab altero in operationẽ salutis,
juod ad hoc sacrum attinet, separari non possit,
rofiteremus,non effugimus vel istorum vel illo-
um dentes,atque id quidem, quo magis demire-
is,soli inter omnes Christianos isthæc patimur,
& tam impie exagitamur, siquidem solis nobis
nostra eripitur & invertitur,ac in contrariũ inter-
pretatur confessio,tam Christiana, ut etiam non
desint,qui cum eam calumniare non audeant,au-
deant tamen impijssime asserere, quod licet Chi-
stiane profiteamur, tamen quod in cordibus no-
stris aliter credamus.

Æquanimiter ferant obsecramus omnes boni
viri,has nostras tã iustas querelas, quas nobis in-

gens cordis noſtri dolor extorſit. Sed iam contrahimus hæc triſtia vela, cum ſciamus omnium eorum olim iudicem adfuturum Deum, Ad inſtitutum, redimus, & de hoc ſacroſanctiſſimo ſacro Chriſti, claudentes cœptum ſermonẽ, dicimus. Quod ſi quis adhuc mentem noſtram in ijs requirat audireq; velit, dicimus, credimus & aſſerimus, corpus Chriſti hic eſſe vere, ſpiritualiter, efficaciter, Sacramentaliter, ſed non corporaliter ſive ſenſibiliter corporibus, ſed bene ſpiritibus ac mentibus noſtris, de quo latius egimus ſuperius, cum de Sacramentis in genere habita fuit à nobis mentio.

Hanc fidem noſtram, mentem, uſum ac finẽ, ob quem ſacrum hoc inſtitutum eſt, haberi à nobis probatiſſimã, atq; ſic per Eccleſias noſtras docemus, & in uſum noſtrum redigimus.

Quoſt ad varias nomenclaturas, quibus hoc ſacrum appellatur attinet, nos nihil morari neque ęgrius ferre, vocetur utut libet, ſive corpus, ut par eſt, ſive Sacramentum aut menſa Domini, commemoratio, Symbolum, communicatio, Euchariſtia, Teſtamentum ſive fœdus, vel etiã adminiſtratio ſeu miniſterium &c. modo in eum finem ac ſenſum audiatur vel intelligatur ac ſumatur, in quem Chriſti mens & intentio ferebatur, & cuius gratia panis & vinũ inſtituta ſunt, atq; humanę ſalutis exigebat ratio & neceſſitas. Nomẽclaturę ſeu vocabuli occaſione, nemo vel ſibi ipſi vel alijs faceſſere negotiũ debet. Namq; & Apoſtoli varie hoc Sacramentum appellabãt, puta, panem & calicem Domini, corpus & ſanguinem Chriſti, miſterium, Teſtamentũ ſive fœdus, communicationem corporis & ſanguinis

Domini

Domini &c,tamen ſub hac appellationum varietate,in fide ac ſenſu,participatione illius ac uſu nihil variavere.Sic & nos appellationum iſtarū diverſitatem æquanimiter ferre poſſumus.

Quod ſi quis clarioribus,quam nos hic potuimus,magiſq; propriis vocabulis poſſit id deſcribere aut exprimere, perquā gratum id nobis ex animo futurum ſciat,ut etiam dilucidius iſthæc explicata,avidiſſime ſumus lecturi,audituri, veris ſubſcripturi,exoſculaturi, & ut aiunt,expāſis manibus ac ſumma cū voluptate ſuſcepturi, ſalvis tamen ſemper ijs conditionibus,ut mandatū eſt,inſtitutio hæc ſanctiſſima Chriſti intacta maneat,ut quoq;illi nihil,nec adſuatur nec abradatur,quod ſcilicet ad huius ſacri veritatem neceſſarie requiritur.Id nos apud benigniſſimū illum miſericordiarū abyſſum,Deum patrē, ardētiſſimis votis precamur,ut ſcilicet omnes in Eccleſia Chriſti docentes,fide vere Chriſtiana, intelligentia ſolida & recta illuſtrare dignetur, ut legittimo huius Sacramenti uſu & fruitione, deprędicare & ſcribere,pro ut tam ſacri negotij, requirit,tū dignitas tū maieſtas tum etiā neceſſitas & vtilitas,adnitantur,ac etiam poſſint,quo omnia quæcunq; hic officiunt,errores ſcilicet & multiformes illi abuſus,erga hoc ſacrum principio depræhendātur & agnoſcantur, ac tandem iugulentur & exigantur.

Oborti vero iam hoc nomine per Eccleſiam tumultus,ſciſmata,odia,ſimultates,& contemtus alter alterius,atq; illæ itidem apud multos, non parū multę quęſtiones inutiles,ſed & periculoſę addubitationes,ut è medio auferantur ac reſecentur,fideles quoq; & recto corde ad Deū, ut cum

ut cum gaudio ſummaq; cum confidentia, idque unanimiter, hoc ſacerrimo ſacro Chriſti participare, atque ſic ſaluti ſuæ cum meritiſſimis gratiarum actionibus conſulere valeant.

QVINTA PARS LIBELLI, DE CONSTITVTIONIBVS, CEREMONIIS ſeu ritibus humanis.

CONFITEMVR Ceremonias & conſtitutiones humanas, quæ auxilio ſunt fidei, verbo Euangelij & Sacramentis Chriſti, Item, quę vero cultui Dei, & quæ ad mutuas orationes ſeu etiam priuatas adiumento ſunt, ſed nec eas minus, quę bonorum morum, reverentiæ, diſciplinæ ac pietatis ſunt indicia & occaſiones, idq; citra hypocriſim, deniq; quæ charitatem & concordiã, pacem quoque & comitatem amicam alunt ac detinent, eas nos tenere, cuſtodire ac ſervandas docere.

Quæ autem ceremoniæ ſive ritus inſtituti ſeu mavis politiæ Eccleſiaſticæ, obſunt ac incommodant fidei, ſunt quoque adminiſtrationibus divinis impedimento, hoc eſt, Sacramentis Chriſti, præceptis Dei, & quæ obſcurant, tum Chriſtum, tum etiam ſalutem omnium, in eo conſtitutam, Potiſſimum vero cum idololatriæ fovent addũtque occaſionem, ſpe vana illectant ac detinent, falſam & impiam religionem corroborant, peccata & iniquitates pariant, adque ſolam perſonatam

atam pietatis imaginem ac ſpeciem,in veſtibus
:ilicet,cibis,diebus,orationibuſq; conſarcinatis
ε longum funem trahentibus, lactant , quibus
ıulti multa tribuunt, ijs iuſtificari ſe credunt,
ıq; peccatis ac errorib⁹ ſecuriſſime in utramq;
uré ac velut Mandragorę indormiũt.Adde quæ
ıominues mire adgravant & ingentibus ſumpti-
ɔus & expenſis,pro ſuperfluis templorum ædi-
icijs,atq; id genus inutilibus ſtructuris, inq; il-
orum ſplendorem ac magnificientiam & infi-
ıitam illam ſuppellectilem templariam , veſtiũ,
/aſorum,& aliorum ornamentorum,ad cultum,
ıt ipſi loquuntur,divinum , magnifice ab mini-
:tris peragendum expilant. Præterea ad tam nu-
meroſam otioſorum hominum iſthuc confluen-
tium claſſem alendam &c.

Has & eius generis ceremonias ſepoſuimus & ablegavimus,non hoc titulo , quod humana inventa ac conſtitutiones ſint,ſed ne iratum ac parum propitium nobis reddamus Deum , has impoſturas,cũ vero illius cultui ſunt impedimẽto,execrantem, neve contra conſcientiam agamus,ac ſic per illorum obſervationem ,cum tot ſecum malorum trahant catervas,&Deo adverſentur,graviſſime in Deum peccemus, Denique ne pœnas horribiles,ad tremendum iudicij diẽ, nobis prẽmiorum loco colligamus , Et ut ſemel dicamus,Quiquid in ijs conſuetudinibus , ritibuſque receptis ac ceremonijs humanis,non refragatur Euangelio,ſacris ſcripturis charitatiq; Chriſtianæ,eas tenemus,& in eiuſcemodi rebus offendiculum & ſcandalum,pro noſtra virili cavemus,maxime vero ne ab ea ſciſmatis alicuius aut tumultus occaſio fiamus,& vehemẽter adtẽdimus

mus,Siquidem pro ceremonijs digladiari, non alit pietatem,quin potius hominum irritat malitiam & peccata multiplicat, tum vero potiſſimum,cum ob ea hæc fiunt,quæ adiaphora ſunt, quæ ut in ratione ſalutis nihil conferant,ita etiam nihil adimant.

E diverſo,quæcunque ex ijs ſunt, quæ Deo ſacriſq; ſcripturis adverſantur, ijs in totũ valedicimus,& ob id potius multorũ odia & contemptum,ſpe illius auxilij ſuſtinemus, quam veritatem iſtorum obſervatione lederemus.

Ceremonijs autem ſive ritibus,per omnes Eccleſias noſtras,ijs univerſaliter utimur.

Primum,quolibet die dominico,ſummo mane in locum ad id deputatum, tota Eccleſiæ noſtræ communitas convolat,Atq; inibi protinus,ut in omnibus alijs noſtris congregationibus fit,laudes divinę ideomate omnibus intelligibili,concinnuntur,quibus mentes humanæ admonentur & in Deum excitantur,adq; ſancta deſideria inflammantur.

Finita concione,ad orationes concionator Eccleſiam inhortatur, ubi omnes unanimiter pro ſuis proprijs,ſuorumq;neceſſitatibus flexis genibus,tacite & quiete & abſq;quovis impedimento,ſumma cũ reverentia orant,quo ad is qui admonuit,ab orando primus adſurgat,quo facto, omnes itidem eriguntur.

Sub hæc concionator,accepto libro Euangelico, Euangelium huic diei deſtinatum,ſive aliud quodcunq;thema aptum & neceſſarium è ſacris ſcripturis,voce clara,omnibus ſtãtibus prælegit, quo finito ſuccinitur nonnihil, tum omnes ſubſidunt,ſe quoque audiendæ concioni parant.

Conci-

ōcionator vero concionãdo procedit, iuxta præ
ctionem prius factam, quam cum absoluerit i-
um orationis admonet, oratione peracta erigũ-
t, is vero verbis divinis illis benedicit, hoc est,
na illis precatur, populus vero adponit Amen.
c subinde nonnihil cantillat, & tandem ad
opria remeant, Cum autem dies longiores sunt,
s convenitur in die, ac totidem concionatur,
ractis prandijs æstatis præcipue tempore, pa-
ntes & compatres congregantur in idem loci,
ia cum pueris suis, ac principio hymnũ gratiarũ
o refectione a Deo liberalissime donata cantil-
nt, deinde & alios pro arbitrio addunt.

Tum pueri in Catechismo instituuntur, quo
nito, brevi conciuncula, quo pacto pueri ad lau-
em Dei & gloriam, atque Ecclesiæ utilitatẽ, nec
ō & parentum solatium essent erudiendi & edu-
ndi, admonentur, atque inibi pro illis proq; om-
ium Christianorũ pueris oratur. Oratione, ritu
: supra, perfecta, unum aut duos carminis alicu-
s versiculos, ad propositum facientes, succinunt,
: in priora, quibus libitum fuerit, repetunt. Pueri
ero illic remanentes, ab Diaconis & subdia-
onis examinantur & explorantur, in ijs quæ ad
lutem illorum, juxta ætatis rationem eorum spe-
tant, quo modo scilicet proficiant, num quoque
robe intelligant illos, concernentia pro illorum
tate & capacitate, tum etiam abire permittun-
ir,

Instante posthac vesperorum hora, iterum
ecurrit tota Ecclesia, atque itidẽ cantillat primo,
ab hæc cõcionator paucis resumpta matutina cõ-
ione, Epistolam huic diei adiunctam, aut aliud
uiddam pro tempore hoc, populo conveni-
ens, præle-

ens,prælegit,& ſuper eo concionari pergit, finita concione oratur more ſolito, deinde iterum ſuccinitur,tandem abeunt.

Sub occaſum vero ſolis adhuc advolant ad modicam horam,laudandi divini numinis gratia, ac interim bonam ac quietam ſibimet quiſque ſuiſque,ſed & alijs,nec non & loco ſive commutati ubi commorantur,precati, ad domos ſuas revoluuntur.

Nihilo ſegnius & in alijs diebus cuiuslibet ſeptimanæ, quotieſcunque facultas & oportunitas datur,congregatio Eccleſiæ fit ,laudum divinarum , audiendi verbi Dei,ac mutuarum orationum gratia.

Patres vero familias cũ ſuis privatis , domeſticiſq; familiarum Eccleſiellis ſingulis diebus mane & ſub crepuſculum, quin etiam ad menſam cibos ſumpturi,per domos ſuas idem faciunt , niſi aliqua ſingularis, prępedierit interveniens occaſio.

Earum vero concionum ſeu hymnorum , ſive in publicis Eccleſiæ congregationibus, ſive etiam in privatis,perque domos ſingulas fratrũ , æditus eſt a nobis iam pridem libellus, quem etiam curavimus in germanicum ideoma traduci , per quendam Michaelem Weis,unum ex noſtris,ſub cuius nomine in germaniam pervenit. Item maior,in ideomate noſtro eiuſmodi hymnorũ liber, per Eccleſias noſtras omnium manibus teritur.

DE DIERVM AC TEMPORUM delectu.

PRINCIPIO omnes totius Anni dies, ex æquo nobis ſacros haberi , atque ſic docemus itidem

itidem & tenemus, Quo ad enim, ut cum Apostolo dicamus, hodiernum nominatur singulo die, omnes debere fieri bonos, sanctos ac iustos in Christo; ac illi per omnia obsequentissimos, per omnem vitam suam, Et id exigere verbum Dei, quod Paulus citat ad Corinthios, In tempore accepto exaudivi te, & in diebus salutis adiuvi te. Ecce nunc dies salutis, Ecce nunc tempus acceptum.

Alterum, separatos & constitutos dies certos sive tempora ad feriandũ præcipue, quæ ad cultum Dei, gloriamque Christi conducant, habemus pro bono, eosque observamus, & in eis omnem nostram pietatem, in divinarum laudum canticis & verbo Dei audiendi in cœtu nostro, iuxta temporis & occasionis rationem exercemus, & beneficiorum Dei, quæ nobis in Christo collocat ac contulit, memores cum gratiarum actionibus participes reddimur. Festa vero divis sacra, in quos cultus Deo solo debitus transfertur, & ad merita illorum respectus convertitur, ut quoque illis petatur & speretur, quod ab solo Christo & petendum seu quærendum & sperandum sit, Denique ob hoc illis ieiunatur, ob hoc dies consecrantur, ob hoc in eorum nomine eleemosinæ fiunt, Quin etiam illos apud Deum advocatos habent, nec nõ etiam illos supplicissime invocant, Quæ quidem omnia manifestissime, imo simul & impijssime Christum obscurant, & in illius cõtemptum fiunt. Merita quoque illius perversissime elevant, tũ etiam illius solius sufficientississimã, ac Deo patri gratissimã intercessionem, ac cultum hunc soli Deo & Agno debitum, evacuant, Ea propter eiusmodi festa à

nobis profana obominanda & idololatrię refertiſſima haberi.

DE IEIVNIIS.

QVæcunque Ieiunia De neceſſitate ſalutis ſunt, & ſacræ ſcripturæ de: ijs memorant, ea reverenter tenemus, & religioſe cuſtodimus, juxta modum debitum ac pro poſſe noſtro, quin & alios ſervare docemus. Primum ut quivis fidelium juſtum in cibis ac potibus modum ac temperamentum, inque ſomno itidem ac in omnibus huius vitæ ſuavijs ſervet, proque virili ſua fugiat, crapulam, temulentiam & huius ſeculi curas, a Chriſto abalienantes & ſecludentes.

Secundo, ieiunandum docemus, cum tentatio ingruerit, ebulientibus carnis concupiſcentijs, & regnum ſibi in corpore vendicantibus, quæ voluptatum occaſione maxime effervescere ſolent, ob nimium ſcilicet luxum ac rerum abundantiam &c. Aduerſus quã homo Chriſtianus rite pugnare debet, ſubtracta ijs materia & fomento, hoc eſt ſaturitate cibi ac potus, ſomni quoque, adeo ut etiam ad debitã refectionem, ſtomachum repleri non ſinat, Quatenus ieiunij oblationeque incentivorum aliorum quorũcunque, etiam orationis præſidio armatus, facilius ac fortius huic tentationi reſiſtere, diabolumque repellere poſſit.

Tertio, ubi etiam toti Eccleſiæ noſtræ, vel in aliqua ſui parte imminuerit periculum ac neceſſitas, tum unanimi omnium conſenſu ac ſuffragio, fit ac conſtituitur ex profeſſo tempus, quo-

pus, quo ad Deum omnis miserationis parentem, recurramus, ieiunijs & prædicationibus hunc sibi propitium facturi & placaturi etiam, ac favorem illius, stridentibus ac substollentibus se horribilium tentationum procellis & tempestatibus in auxilium evocaturi.

Quarto, Si acciderit in quenquam è ministris ob Euangelij prædicationem, sive etiam in quēvis alium e communitate fratrum, unum aut plures, oboriri persecutionem ab impijs, sic ut etiam illi, vel illis manus injicerentur, aut e sedibus suis extruderentur, inque carceres, fame illic ac siti alijsque malis macerandi traherentur, aut etiam proscriberentur, vel bona illorū diriperentur aut infiscarentur, sic ut iam omnibus exuti, cogantur nudis exertisque pedibus, omniumque egeni vicatim oberrare, quin etiam extrema ac vel usque ad internitionem pati, ij vero potius quam ipsam veritatem Euangelicā negarent, constituerunt apud semetipsos quævis alia, etiam longe atrociora, quo ad ultimum exalaverint spiritum, perferenda, in ijs atque similibus pium & Christianum a nobis haberi, liberum Christianumq; constituere ieiunium, seu etiam quamvis aliam carnis adflictionem, pro Christi nomine, proque fratrum amore, ex fide Euangelica, ac ob eam desumptum, & quo ad visū fuerit & necessitas docebit, retinēdum ac tandem seponendum. Equidem nos id a Paulo mutuatos esse, qui sic Christicolas in id subinuitat, In omnibus, inquit, exhibeamus nos ut Dei ministros, in multa tollerantia, in adflictionibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs &c.

Iam in ieiunijs seu de salutis necessitate ex

fide celebrandis,nullam apud nos esse esculentorũ differentiam,ut scilicet quosdam mũdos sanctosque, immundos ac prophanos alios habeamus, sed omnes ex æquo, quoscunque in huius vitæ subsidium,necessitatemque creavit Deus,mundos & sanctos in Christo fidelibus esse tenemus. Nihilominus iuxta regionum consuetudines,hominumque quibus cohabitamus rationem, quibuscunque illi utuntur esculentis,quocunque tempore & nos esse contentos, non ob eam causſam, ut sic hominibus placeam⁹,at ne pusillos debilesque in fide & alios,ob tam levem ciborum causſã, offendamus & scandalisemus, & ut Pauli verbo dicamus, ne ob cibum frater, pro quo Christus mortem oppetijt, pereat, Atque etiam ne cuiquã vel minimo simus offendiculo, aut tumultus vel seditionis alicuius(idque citra omnem pietatis fructum)occasio, ac potissimum cum etiam sub aliorum constituti simus potestate, Non ignari,quod Regni Dei negotium non consistat in cibis ac potibus,sed in justitia, pace,gaudio, & spiritu sancto,

Præterea eiusmodi ieiuniorum, nullum apud nos certum ac statum haberi tempus ac diem, sed quocunque tẽpore,ac quotiescunque occasio sese obtruserit,ac necessitas ingruerit, nos in id accingi,sit quadragesima,Paschatis aut Pentecostes dies solennis,vel quævis alia.

Quod vero attinet ad ieiunia ab hominibus cõstituta, ad dies certos,sub etiam eduliorum religioso delectu,pro ut iam hæc parum Christiana inolevit cõsuetudo,ac nõ tangendũ sacrum, de ijs nos aliter decernere ac pronunciare, quam sacræ scripturæ habeant ac decreverunt,non possumus.

Et vi-

Et vis audire,quomodo commendent tanta sacra illorum? Constitutiones,inquit, hominum vanæ sunt.En habes e cœlo encomium hoc,cui nos credentes tantopere, huius solius nomine persecutionẽ tantaque patimur, ab ijs qui ea adeo urgent,cumque divinis æqualiter existimari velint, & hæc sunt quibus miser populus falso innititur, ifthuc non solum persuasus, quam etiam impulsus,& in ijs superstitionibus,(quas Deus mire execratur) multi etiam vi detinentur. De alijs vero, an non luce clarius est, quod cum quis eiusmodi ieiuniũ certo die absolverit,abque certis cibis velut ab aconito sibi interim temperaverit, quos nõ Deus sed peccator homuncio interdixerit, & in mundum pronũciaverit, probe se iam perfunctũ suo Christiano munere æstimat, & iam se sibi sanctulus,iamque cęteros præcellere, iam peccata abrasisse, Deum quoque sibi iam multis devinxisse nominibus,fingit ac somniat.

Et ut semel dicamus, iam maiore multo conscientiæ pace ob ea gaudet, quam ob Christi glorioſissima illa & superabundantissima, & sese nobis vel invitis in manus trudentia, merita, Hinc fit,ut multi ex istorum malitia, cum eiusmodi ieiunij tempus ingruerit, nec etiam minus, ubi hac ieiunij opera perfuncti fuerint,tum solito plus resoluuntur in peccata, & habenas ingluviei, temulentiæ,omnisque generis libidinum, rapinarum, furtorum, maledictionum, deierationum, scurrilia repagula resoluunt,sed & abijciunt,ac nihil non audent ac designant,ut videre est in fine carnispriuij,ieiunijque stati adsumendi,atque etiã eo persoluto,paschalib⁹ ferijs,hac scilicet malesana freti persuasione ac suppodiati,quod eiusmo-

di ieiuniorum ſmigmate, omnia iſthæc peccata eluerint,& quod maius eſt ,quod ultra hæc uberrimam,ac etiam ſuperfluentem gratiam Dei promeruerint,Cum interim alij boni viri,operis viventes manuarijs,multis cum ſudoribus , graviq; laborum mole oppreſſi , eiuſmodi eduliorũ conſtitutorum genere leviſſimi nutrimenti, neq; etiam boni chimi miſerrime adgravãtur aut potius opprimuntur,Intactum enim hoc illorũ ſacrum ius tenent,quod illi ab ſuis præfectis,eque illorum doctrina inbibêre. Siquidem id perſuaſiſſimum habent,ſi vel ad latum unguem,ut dicitur,ab ijs deflexerint,ſe plus Deum offenſuros, quam ſi omnia illius prçcepta tranſgreſſi fuerint, quodque ob hoc certam ſibi perditionem aſciſcerent.

Ediverſo,cum fœliciter, cum hac ſua ieiunij merce ad littus adplicuerint, nihil ſibi non hoc titulo apud Deum polliceri,Iam inæſtimabilem favorem Dei,iam maxima tantorum ſuorũ meritorum præmia,atq; omnia omnium cœlorum gaudia,plus quam æterne duratura,& quid non? Adde huc perpetuam corporis,omniumq;bonorum incolumitatem, incrementum & perpetuitatem. Quo(proh Deum immortalem)factũ eſt, ut ijs,ac ijs ſimilibus innumerabilibuſq; perſuaſionibus falſi, ijs quoq; tam monſtroſis & malefidis conſtitutionibus,miſerrime miſerandi homines adgravari,nunquã veri ac legittimi ieiunij rationẽ,qualeDeus approbet conſtituitq; nedum adſecuti ſunt,ſed ne intellexerint quidem, aut unquam ſunt intellecturi , tam abeſt ut vel minimum illius fructum ſint unquam deguſtaturi,interponentibus ſe ac impedientibus earum humanarum,

humanarum, tam receptis & obfirmatis constitutionibus & persuasionibus, ac solo vsu ac procerum Ecclesię negligentia inductis & robur adsecutis. Authores vero ipsi eiusmodi ieiuniorum, scilicet legiferi, miseræ plebeculę, perpetuis laboribus attritæ, isthæc imponentes onera, ne vel minimo digito suo isthæc attingunt.

Quin in ieiuniorem suorum, quos illi ieiunant, diebus, lautissimis & oppiparissimis utuntur cibis, potibus Deorum, nectare & Ambrosia refecti, Egregij scilicet illi ieiunatores, ieiuniorumque soli vindicatores & defensores, qui nisi sic ieiunarent, actum esset in Ecclesia Christi, De ieiunijs abisse constitutis, tamen proh istorum ieiunia, possent esse pauperũ lautissima convivia & sympolia. Quid enim pauperculus iste, assiduis exhaustus laboribus diurnisque nocturnisque, si adigeretur summa famis tyrannide, bis per diem aut eriam semel, levibus illis ac domesticis esculentis reficeretur, quæ Deus optimus, citra quemvis superstitiosum delectum, in usum hominum creavit, mirum dictu, quantum miserorum conscientias, ob tam inexpiabile facinus excarnificent, perinde atque in spiritum sanctum peccaverint, tametsi eiusmodi ieiunia nunquam fidelibus in Christo, Deus nec Apostoli ipsi, sed nec primitiva Ecclesia instituerit, Alias Christi iugum non esset leve, neque onus illius suave.

Quid quod neque populus ijs oneribus ferendis, par esse potest, nisi forte Phariśei seu Anachorothei, & monasterijs inclusi, atque id genus ociosorũ hominum, in angulis ac rimis torpentium, qui cum hominibus in labore non sunt, quique maiorem vitæ partem somno egregie detenunt.

runt, Quin esse quoq; ac reperiri nõ paucos, tam raræ sanctimoniæ viros, qui facies suas extenuãt, Cathonisq; personam induant, ut vel hoc etiam fuco, magnæ sanctimoniæ laudẽ de se obtrudãt, ut hac ratione evincant, quã longe præstent ijs, qui solis divinis incumbant præceptis & cõstitutionibus, quibus omnẽ navant operam, posthabitis & neglectis istorum futilibus ieiunijs, in quibus etiam ij illi ipsissimi Pharisei, miserrime sibi imponant, Sępius namque accidit, ut ad cõtentiones & rixas, atque malo suo ieiunent. Et age ut aliquibus eiusmodi ieiuniorum recte cadat alea, bonoque illis cedant, quid isthæc ad nos, Nam per nos sane licet, hic quidvis illis obtinere, modo possint quicquam, tantum ne leges ex ijs, conscientias aliorum transgressione istorum excarnificantes, sanciant, in legis divinæ contemptum & in ieiuniorum, quæ Deus præscripsit ac adprobavit, è cordibus fidelium eque memoria abrogationem.

Et quanquã hanc humanorum ieiuniorũ constitutionẽ, etiam rationibus tactis, custodiamus, non tamẽ id earum facimus intentione sive potius superstitione, verum eo animo ac fine, quo proprie ieiunandum est. Interim vero docemus, quid leges humanæ sint, & quorsum per eas ob inscitiam & negligentiam præsidentium in Ecclesia deventum est, & quomodo earum occasione, & nec minus etiam festorum dierum, anni quoque temporis variatione, populus seductus esset, à legittimo ac integro salutis suæ in Christo, fructu ac usu, subinde ob tam multas superfluasque constitutiones, quibus tam vehementer addicti sint, ut ne vel minim° apex aut iota ex ijs,

quo

quo minus omnia fiant, depereat, idque superstitionis magis quam cuiusvis utiliatis respectu, de Christo ac germano illius usu fere nihil adsequi possunt. Hic huius conscientiæ, tum illorum qui præsunt, tum etiam aliorum, qui subauisculant ac luci se paciuntur, excutiendæ essent, hic adgrauandę, pungendę, coarguendæ, & sub Christi iugum non hominum cogendæ. Verum hic Mandragoræ altum itidem indormiunt, non autem exagitandæ eorum nomine, quæ Deus in vitæ huius subsidium creavit, ut faciant. Hactenus de ieiunijs.

DE CEREMONIIS IN Baptismo.

PRINCIPIO, Cum in votis est parentibus, ut Christo in Ecclesia natos suos offerant, exemplo etiam olim suos eidem offerentiũ, quæruntur compatres, id enim pium & Christianum videri, igitur affertur sub hæc puer ad Ecclesiæ ministrum, qui protinus è verbi Dei pœnu, proponit illis, quem in usum seu finem Baptisma puero petendum sit, quove studio post Baptisma in fide & disciplina Domini educãdus & instituendus sit puer, ut in ea crescat & adolescat, & in disciplina Domini iustis auctibus proficiat, ac eosque promoveat, ut ipsemet etiam posth ac puer per se claram & evidentem salutis suæ, simul & mediorum quibus eam adsequitur, habeat & intelligat certitudinem.

Itaq; post ubi parentes simul & compatres, selecti ex animo & serio, ac salutis puerorum Chri-

stiano desiderio, quæ & pueris in Christo parata est, curaturos sese receperint hoc negotium, & suapte ac voluntarie, hanc tam piam administrandam provinciam obierint. Tum ubi cum eis pactum fuerit quod ad eos attinet, pangitur cũ illis alia iam in loco infantis conventio, & ab Baptista principio patentes inquiruntur, nũ plenam compatribus in infantem hunc authoritatẽ tradant, ut ij verbo & opere, eum ad verũ Christianismum (ad quod tota Baptismi Christi fertur ratio) erudiant. Annuentibus illis, idem Baptista quærit an compatribus, num hanc parentũ authoritatẽ, ac ius illis traditum suscipiant? Num quoq; vos, inquit, adstringitis huic tam pio muneri fideliter & Christianè exequendo, idque ex charitate Christiana? Respondentibus, sic, subdit Baptista, firmetis ist hæc pacta iunctis dextris. Quod cum fuerit factum, Baptista in loco Christi & Ecclesiæ suscipit illos, & hanc quoque illorum suimet ad negotium hoc obligationem id fieri, quandoq; solis verbis, interdum etiã data acceptaq; dextra cum benedictione.

Celebrata igitur sic & in hunc modũ Baptismi conventione, Baptista protinus ad orandũ pro puero commonefacit, ac flexis omnium adstantium genibus, orationem voce clara peragit, populus vero ijs intentus, una cum illo religiose orat, ut Deus pater vnicuiq; sic illi oblato infantulo, sanctissimæ huius regenerationis Domini, ex participatione Christi per spiritum sanctũ donare infantemque acceptare, ac eum in unum Christi corpus, omnibusq; fidelibus adiungere, atque sic digne ac in salutem, ut Baptisma externum suscipere possit sub nomine suo favere digne.

gnetur. Surgentibus ab oratione admonentur
› eodem Baptista seu ministro, ad certissimam
tauditionis orationum earum suarum confi-
entiam, per Iesum Christum habendam, Popu-
s vero ad hæc adponit suum Amen.

Tum protinus ad baptisandum componunt
fantem, Minister vero baptisat perfusione aquę
mplicis ac recentis, sub nomine Trinitatis
eatissimę, Patris Filij & Spiritus sancti. Peracto
aptismo commendatur infans Christo & Ec-
.esiæ consecratus, tutoribus illius hoc est com-
atribus, nec non & parentibus, ad diligentem
uram & eruditionem sive institutionem si su-
ervixerit, omnium quæcunque pactum Baptis-
ni exigit habendam, scilicet ad fidem & virtuo-
am Christianam vitam. Admonentur præterea,
.t fidem promissorum inviolate custodiant, prę-
niaturi haud dubie à Deo, Atque super ijs om-
ibus benedicuntur verbo Dei in nomine Do-
mini, finita benedictione populus respondet
Amen.

Fit etiam apud nos loco, tempore ac iustis ad
d datis occassionibus, ut Baptista populo com-
nemoret & inculcet, quare nos ab omnibus Ba-
tisticis Ceremonijs hic supersedeamus, puta in-
ufflationis, exorcismorum, luti, salis ori iniectio-
nis &c. quod scilicet ob id potissimum, ut quan-
o propinquius fieri possit, ceremonijs proprijs &
implicibus, quibus primitiva Ecclesia usa est, cō-
nunicemus, ut quoq; ab ijs multiplicatis & su-
›erfluis ceremonijs, ab hominibus consarcinatis
iupersedentes ad ea quæ seria sunt, cuius quoq;
Baptismi ratio odmonet, in quoque tota Baptis-
mi vis dependet, reducantur, utque in ijs

populum

populum retineamus, Atq; hoc pacto omnes illas falso confictas opiniones, in ijs ceremonijs è populo evellamus, mirum enim in modum ijs populus incubuit, ac sibi certissime persuasit, si contingat aliquem ex ijs Papisticis ceremoniis obmitti, quod verum & integrum Christi Baptisma non esset, atq; hinc fieri, ut eiusmodi multiplicatis inutilibusq; ceremonijs, vis tota sacri Baptismi, quod quidé euidenter contra institutionem Christi est, adscribatur.

Quin & hinc etiam id evidens fieri, Nam cum nos ea humanas scilicet adsutas ceremonias seponeremus, essentialibus ritibus ac ceremonijs Christi, nec non etiam primitivæ Ecclesiæ, nobis relictis, tum erga Baptisma, tum vero potissimũ erga Dominicæ huius sacrosanctissimæ Cœnæ sacrum salutiferum, tam pessime audimus & mẽdacissime traducimur, fidem veram Christi scilicet nos abnegasse, & omnia Sacramenta venerabilia conculcasse, & id genus multa alia, quandoquidem ediverso hic evidentissimum fiat, orbiq́ue testatissimum, quod cum nos ob posthabitas tantum humanas constitutiunculas, ijs sacris additas, tantopere proscindant, ut nos fidẽ abnegasse dicere audeant, quod illi non verbis & sacris institutis Christi fidem habeant, sed & adsutis consarcinatisque undecunq; suis ceremoniunculis, ob quorum neglectum, quamquam omnibus verbis Christi, sacris quoq; scripturis, ac etiam Sacramentis venerabilibus indubitatissimam nos fidem habere, iam fere ab centum annis toti mundo occlamamus ac profiteamur, nos tamen exosissimos omnibus reddere conantur, sed Deo propitio frustra, vincet enim veritas,

itas,& ſuos cultores & liberabit & olim glorificabit certo.

DE CEREMONIIS ET RITIBUS cœnæ Dominicæ.

Tametsi Populus noſter doceatur à nobis,ſed & ipſo etiam facto ac diligenter in ijs retineatur,ut omni tempore aduigilet, ut quod Euangelica Chriſti doctrina exigat ab omnibus,in ea paratiſſimus quiſq; ſit, Verum ubi Eccleſia tota corpori Chriſti communicando ſeſe accingit, tum Eccleſię huius miniſter ex paſtorali ſuo officio,idoneũ huic praxi tempus ac diẽ eligit,quandocunq; ſeu quotiescunq; id exigat occaſio,ut populus libere & abſq; impediméto mentiſque diſtractione adeſſe, & tranquillo ac pacato animo tantorum bonorũ particeps effici, in fide,charitate & ſpe,atq;cum ſumma reverentia accedere poſſit.

De tempore vero illo antea populum præmonet,ac interim concionatur de ijs rebus,quod illos ſub id tempus audire referat, & quod ſummam Chriſtianiſmi contineat, potiſſimum vero de amiciſſimo illo, quod unusquiſq; cum Deo, cumq; illius Eccleſia in Baptiſmo pangit, ut ad huius fœderis Regulam ſeſe, ſua quoque omnia quæ apud illum agantur & ſunt, excutiat, ſeq; ipſum probet,num in eo ſtet, non deflectens alio,numq; ſe immaculatum à peccatis mortalibus cuſtodiat in ſalutem, iuxta huius fœderis rationem.

Deinde

Deinde si qui sunt, quos conscientiarum pungant stimuli, confitentur atque inibi ab pastore suo illis consulitur, & de ijs quæ ad pœnitentiam atque conscientiæ pacẽ pertineant, docentur, prout vniuscuiusq; & ratio & cõditio requirat, & qui eguerint ea aut quibus debetur absolutio, fit per verbum Dei manuumque impositionem, Vsu etiã venire quandoque, ut tota Ecclesia ad id cogatur ac privatim etiam quisque exploratur, viri, uxores & tota œconomica familia ad Ecclesiam pertinens.

Quandoque etiã visitantur per domos & familias privatas ab visitatorib⁹ huic muneri destinatis idoneis, ubi si quid deprehendatur quod correctione egeat, sive in ijs quæ ad fidẽ sive quę ad vitam Christianis dignam pertineãt, fit isthæc suavis ob charitatẽ per verbũ Dei institutio, favoris quoque ac timoris Domini admonitio, ut diligentius sibimetipsis rebusq; suis post adeptam divini favoris gratiam, in qua & crescere & perseverare debent, aduigilent, Tum deinde ijs constitutis & excussis, administratio Sacramenti corporis & sanguinis Christi fit.

Item, Si etiam aliquos ardor is cœperit, ut seorsim communicent huic sacro, ut accidit infirmis aut etiam itineri accinctis, Minister talibus istorum votis alacriter satisfacit, accersitis etiam adhæc nonnullis e fratribus alijs. Iam cum præfata dies tempusque prædictũ affulserit, fit totius populi nostri unanimis ac religiosa congregatio in Dei nomine, atq; inibi nihil morati, hymnos ad rẽ aptos & facientes, lingua omnibus nota & familiari succinunt, Reliquus vero populus, ijs quæ canuntur intentus, sancta sua vota & desi-

deria,

deria,quisque pro modulo suo, Deo interim tanquam suave redolentia sacrificia per Iesum Christum affert,finitis ijs presbyter seu alius e ministrorum albo assurgit reverenter, tandem conscenso suggesto, ante omnia plebem ad sanctas fidentesque Deo orationes gravi persuasione,iam præceptis divinis, iam etiam fidelissimis promissis extimulat ac pellicit, ut ipse omnium bonorum latgitor benignissimus Deus & pater, adesse illis præsentissime ac per Spiritum sanctum suum ipsemet, itidem ministrare ac in omnibus benedicere dignetur,in filij sui charissimi Iesu Christi nomine. Eo peracto procumbunt in genua, minister scilicet atque populus universus, ac interim iuxta admonitionis huius rationem oratur religiosissime.

Subinde prælegitur aliquid e sacrarum scripturarum penuario, ad negotium hoc sacrum quadrãs,super quo tandem concio fit,ea absoluta adsurgit totus populus,& cantionẽ orationis personam referentem, succinit, Et interim presbyter una cum ministris ad mensam seu altare, munda superstratum syndone, in quo panes azimi, calix quoque aut calices adposita sunt,iusta cum reverẽtia accedunt veste communi,qua viri graves ac religiosi in Ecclesia utuntur indutus, ac tum vinum calici infundunt,deinde conversus ad plebem,inhortatur ad humiliter religioseq; supplicãdũ pro condonandis admissis, proque supplendis ijs quæ nobis ob imbecillitatẽ, corruptionemque nostrã desunt,a pleno & debito quidem, item pro renovatione & confortatione per spiritum sanctum, in fide ac vita Christiana, quin etiam & pro eo, ut panis & vinum præsens huic sacrosancto negotio destina-

tio destinatum, corpus ac sanguinem filij sui, iuxta constitutionem, in præsentissimam populi sui necessitatem & commodum, efficere dignetur. Tum totus populus admonitionibus eiusmodi inflãmatus ac fervens procidit in genua, Presbyter vero flexis genibus altaque voce ac reverendissime orat, simul & populus provolutus in terram, atque presbyteri orationibus pendentes, una cum illo religiosissime sub Domini nostri Iesu Christi nomine supplicant. Tandem quoque tota illa oratio Dominica oratione finitur & sigillatur. Porro ad singulas ibidem orationes, potissimum vero ad Dominicam orationem, tota congregatio, sublata in altum voce, addit (ut semper) suum Amen, ac protinus duo plus, minusue alicuius hymni carmina cantillantur ab omnibus.

His omnibus peractis, minister seu presbyter, totusque populus assurgit, Is vero conuersus ad illos, admonet indubitatæ confidétiæ adhibendæ, quod omnes istæ orationes mutuæ, pro condonatione culparum ac delictorum, proque renovatione nostri Christianismi, Deo oblatæ, admissæ, ac exauditę sint, filij sui dilectissimi, nec non & promissorum suorum, tam liberalium respectu, atque inibi super ijs omnibus solennis & universalis datur ex authoritate legationis huius Iesu Christi absolutio, quam populus summa cum gratitudine a Deo suo acceptans, confidentissime succinit Amen, in unam integramque carminis certi formam reductum.

Tum posthac presbyter, ritum Domini nostri Iesu Christi, quem in noviissima in hoc mundo sua cœna servavit, servandumque statuit, commemorat & recensęt, iuxta

Euangelistarum

Euangelistarum descriptionem, Ante omnia autẽ verba illius sanctissima, ea scilicet, quæ inter porrigendũ discipulis suis, seorsum panem seorsumque calicem, circa unamquamq; hanc speciẽ proloqui dignatus est, idque facit voce sonorosa altaque ideomate toti Ecclesiæ notissimo, religiose ac summa cum reverentia eloquitur, Eo finito ad plebem conversus iterum hortatur illos ad plenam indubitamque fidem ijs omnibus adhibendam, ut iuxta orationum oblatarum rationem, iuxtaque Christi & constitutionis & verborum, ac illius mentis vim & efficaciam, omni certo certius credant, quod panis ille sit verum corpus illius, pro omnibus nobis morti traditum, Vinum quoq; quod sit sanguis illius, qui pro nobis itidem omnibus effusus est in remissionem peccatorum, inque præsentissimum communemque usum refectionis, refocillationis, consolationisque conscientiarum exanimatarum suis peccatis & imbecillitatibus, sed & confortationis vitæ Christianæ noviter regeneratæ.

Commonetur quoq; iam populus, ad confidentem communionem, cum actione gratiarum, ac interim certo accedunt ordine, ac quisque flexis genibus in suo loco se collocat, atq; inibi Presbyter principio una cum comministris suis cõmunicat, deinde omnibus ordinatim viris & fœminis, senibus ac iunioribus, parvis ac magnis, quicũque idonei sunt, & huic sacro destinati, adsuntq; praxi, ministrat, Inter vero porrigendum hymni, laudes divinas continentes de Christo, deque corpore ac sanguine illius, ad suaviorem consolationem, atque Christi mortis & omnium quæcunque in redemptionem ac restitutionem nostram,

ſtram,ab hoc omnium miſerrimo,a ſua deinde & cõditione,lapſu fecit,ſubijtq; laborũ & dolorum atq, anguſtiarum refricationem cõmemorandã, Sed & omnium hinc nobis præſtitorum, ac ſemper prodeuntium bonorum ac datorum.

Peracta praxi,iterum adhoratur ad agendas & habendas gratias,atque laudes divinas , pro tam amplis Dei in nos,hoc cœnæ ſacroſanctiſſimo ritu ac medio,beneficijs collatis, Et iterum ad orandum quoque admonet,pro conſervatione & perſeveratione,in eo divino favore , proque cuſtodienda divinitus bona conſcientiæ & vitæ ætetnæ ſpe certa & indubitata, tum etiã pro Eccleſiæ neceſſitatibus,nec non itidem pro totius Chriſtianitatis plebe , denique pro ſtatibus , ordinibus , poteſtatibus item ſublimioribus,proq; politicis omnibus,pro amicis & inimicis,pro lapſis in peccata, & maxime non pœnitentibus,proque pœnitentiam agentibus,pro infirmis ac pro omnibus, qui quacunque ex parte benigniſſima ac manu Dei ſublevatrice & defenditrice egeant, & hæc omnia ſub nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti petaguntur.

Poſtremo miniſter populo benedicit per verbum Dei, citra tamen cuiuſuis ſignaculi crucis ceremoniam,& iterum tantorum beneficiorum, gratuito nobis a Deo collatorum,ſemper memorandorum admonet,utque,ijs tantis bonis cum ſerijs gratiarum actionibus,hoc eſt cum animi veris gratitudinibus,ſummaque cum voluptate perfruantur,laudantes Dominum. Itaque ijs omnibus, ſic ac in hunc modum abſolutis & exanclatis , reditur in propria cum gaudio , pace ac letitia conſcientiarum.

De

DE QVIBVSDAM CONstitutionibus in moribus & conversatione, tum Presbyterorum tum etiam populi nostri,

EPiscopi, presbyteri, diaconi, Subdiaconi &c. inferiores superioribus, atque universi alteris subditi sunt, idque ex charitate, ac suapte salutisque suæ respectu. Episcopi sive Presbyteri temporibus certis convolant, atque inibi juxta pastoralis sui muneris exigentiam, de rebus Ecclesiarum necessarijs consultant, sive fuerit publice ad omnes Ecclesias de pari pertinentes, sive etiam ministrorum &c. Et quicquid decretum fuerit, prosequuntur hæc concordibus animis, fieri etiam ut Presbyteri, Diaconi & subdiaconi, quoque ad certa loca & idonea, pro regionis alioque loco dissiti euocentur ab Episcopis, tum ibi ex Episcoporum officio conciones seu institutiones illorum, fiunt e verbo Dei, in ijs quæcunque noviſſe illos referat.

Denique prælleguntur in id muneris sactæ scripturæ, officijs & operis illorũ proprie adiacentes, ac interim super ijs declarationes pro eruditione illorum fiunt, quin etiam Sacramento corporis & sanguinis Christi administratio celebrari inibi solet, ut consolati & confortati resumerent vires, & conscientijs ac mentibus suis vividius & alacrius, nec non & confidentius ijs quibus præsunt, administratione in nomine Domini. Præterea presbyteri certis temporibus Eccle-

 sias invi-

sias inviſunt , per regiones conſtitutas & collectas, quibus verbo Dei & alijs adminiſtrationibus iuxta cuiuſque exigentiam inſerviunt. Atque interim diſpiciunt & explorant, quæ illic aguntur, quoq; pacto ſeres huius Eccleſię haberẽt. Quod ſi opus eſſet, ſive totius huius Eccleſię ſive etiã cuiuslibet alijs e fratrũ numero, fueritq; ſive cõſcientiarum ſive converſationis externæ negotiũ, id corrigunt, & eos qui opus habent inſtituũt. Prȩcipua vero inquiſitio fit ſuper Præsbytero ſeu Parrocho huius Eccleſiæ , non modo ex eo ipſo ſolo , verumetiam ab alijs fide dignis viris prudentibus & oculatis , Quo ſcilicet pacto apud eum haberent ſe vel doctrinæ illius proceſſus ac profectus, vel etiam in exequendo munus ſuum , induſtria & diligentia erga populum, nec minus etiam de converſatione vitaque illius, ſit ne Chriſti miniſtro digna , id fieri de familia quoque ipſius.

Quod ſicubi contingat hunc ſuo munere deficere, ſeu etiam quacunque parte obeſſe , id corrigunt & reſtaurant, Sin vero ut par eſt , adminiſtrationis ſuæ operam exequitur , in populo cui prælatus eſt, is conſolatur & corroberatur, ſed & ut perſeveret in cœpta opera, velut fidelis Ieſu Chriſti miniſter eiuſque Eccleſiæ , in tam omnium laudum genere digniſſima militia, quam vita æterna maneat , admonent ac calcar addunt.

Subinde eſt, quod omnes e miniſtrorum ordine & ſinguli , ad has etiam leges inſtituuntur , ne diverſoria domorum exterarum inviſant ac perãbulent, niſi id juſta & rationabilis ſuadeat neceſſitas , Quinetiam quocunque & quandocunque extra ha-

extra habitationem ſuam alicui egrediundi fuerit data occaſio,id alteri alteris denunciant.Habitatio vero uniuſcuiusque inibi eſt,ubi ſeniorum decretum præſcripſerit, Adde quod citra ſcitum citraq; conſilium alter alterius, ac potiſſimum iunior ſenioris,nihil adgreditur. Quod vero ad victum attinet,in commune ac ſuis operis vivunt miniſtri. & alteri alteris provident,ac nemo illorum quicquam ſibi ex ijs adpropriat.

Deambulationes autem illas ocioſorum hominum leves & temporis precioſiſſimi fures, ſed & ignaviam illam fœdam,luxationeſq; morũ, unde omnia mala ſcaturiunt,pro virili cavẽt & fugiũt, horis quoque deputatis ſcripturis ſacris incumbunt,& reliquum temporis operis manuarijs utilibus pro victu parando conſecrant.

Veſtis illis honeſta, & vocatione ſeu officio iſtorum digna eſt, viciſſim ſemetipſos ſimul commorantes admonent de exceſſibus, ſcandalis & ignorantijs incommodantibus, ac ubi quis & in quo deviaverit,ac opus habuerit emendatione, digito commonſtratur id, inſtruitur & ut ab ijs ſibi poſthac caveat,admonetur, quod quidẽ mutuo fraterne ac aſſiduo ſervatur, quod ſi quis contumax pervicaxque deprehẽſus fuerit,qui neque admonitorem neque reſipiſere aut corrigi velit,in hunc Eccleſiæ vibratur cenſura, hoc eſt excommunicatur juxta exceſſus ſeu peccati rationem.

Populus autem noſter ſedilia ac manſiones, victus rationem ſeu modum quibus vivit, non mutat temere,neque ſe alijs implicat, ſed nec ad eos qui in ſublimitate conſtituti ſunt, ſuo arbitratu ac leviter confugit, niſi prius communica-

to & accepto cõsilio eorũ,qui huic muneri omnium suffragio lecti & constituti sũt,ne scilicet hinc aliquid, quod non bene illi posthac cedat, eveniat scandaloque sit,aut infamiam quandam adferat,cuius tandem sero pœniteret. Tabernæ quoque seu domus ejusmodi, ubi commessationes ac symposia publica frequentia esse solent,quos quidem manifesto Apostolus nec non & Christi doctrina interdicit,nostris prohibẽtur, Amores preterea inhonesti,choreæ,impudici & libidinosi tactus & amplexus,ludi item chartarum, taxillorũ & id genus alia, unde infinita ac horrenda mala peccataque,iã in Deum iam etiam in proximum prosiliunt,prohibentur, sed & vestium illa multiformis ac monstrosa varietas non admittitur.

Qui vero se alio transferre ac commigrare,hoc est mutare sedilia velit,ijs testimonium fidei & obedientiæ Christianæ illorum Epistolare datur ad alium scilicet huius loci,quo se conferre & inibi agere constituerit,parrochum nostrum.

In summa,omnes in universũ patresfamilias & familię quoque docentur,ut in locis ubi cõmorentur,sed & alias quocunq; diverterint,scilicet in omni vitæ ætatisque cõditione,bonos honestosq; atque adeo Christianos mores retineant ad invicem,ut comes sint ad exteros quoque,benigni itidem in omnibus exornantes Domini nostri Iesu Christi doctrinam. Transgressores vero & scandala facientes,ad resipiscentiam ducuntur, & in obsequentes clementia, in refractarios ac infrunitos,censura Ecclesiastica fit.

Veruntamen omnes hæ supra memorate cęremoniæ ritusque politici,non habentur apud nos legis vice ac immobiles perpetuo,Sed in potestate

Ecclesiæ

Ecclesiæ manent, e locis suis movendę & immutandę pro necessitatis ædificationisq; in Ecclesia opportunitate, non tamen quibuslibet ac levibus ex caussis moventur loco & antiquãtu, Et quidẽ utimur illis concordibus animis, Quandoquidẽ utiles nobis eas esse in Christi sacramentorum administratione, ipsa experientia scimus, tum etiam Ecclesiæ ædificationi in fide & veritate, cõducere non parum.

DE POTESTATE SVBLIMIORE.

OMNEM Sublimiorem potestatem seu præsidentiam, per quam regantur, & in officio detineantur homines, in terris a Deo ordinatam esse necessario, & magno humani generis bono dicimus, id vero eam ob causam, quia citra hanc nihil in rebus humanis aut recte geri ac perdurare potest. Eam vero bifariam dividi, Vnam esse Ecclesiasticam ad regendas animas, hominumque conscientias, in ijs quæ ad salutem spectant, Secularem alteram. De Ecclesiastica deque forma eius ac politia, iam dictum superius, De potestate vero Dei huiusmodi, sive in rebus huius vitæ, tenemus quod a summis usque ad infimos, omnes denique in ea constituti servi Dei sunt, ac in eum finem ab eo constituti & ordinati, ut mundum hunc in iustitia & pace ordinarent, regerent & gubernarent.

Volens namque Deus, ut hominũ genus, per peccatum corruptissimũ ac modis omnib⁹ vitiatũ, possit in vita corporali cõservari ad cõstitutũ terminum, paterna cura erga illos habita, dignatus est tutores illis & gubernatores, quatenus

in potestate eius ac sublimitate cõstituti & collocati, alios in rebus terrenis & corporalibus ac tẽporalibus, huic eorũ vitæ à Deo concessis, moderarentur, atq; bonorũ laudem, ac eorum a malis defensionem ut essent, constituere. Ediverso ad vindictam ac condemnationẽ malorũ, quiq; prohiberent illos iustis ac bonis nocere, sive in fama, sive in bonis, seu etiam in vita corporis, quinetiam super omnem iniquitatem, puniẽtes maleficia quoque & rebellionẽ, pro ut uniuscuiusque facinoris exigat conditio, quatenus verbum Dei præceptumque rite ac plene in ijs impleatur, quod quidem rigide ac evidenter, ab iudicibus terræ ac gubernatoribus, Deus fieri vult & exigit. Itemque docemus, sublimioribus potestatibus esse obediendum, ac omne opus bonum & mandata eorum esse debere paratissimos in ijs, atq; Deus in tãta sublimitate eos cõstituerit, id vero non tantum timore, sed etiam ob bonam conscientiam. Quisquis vero huic potestati refragaretur, is ordinationi Dei refragaretur, & perditionem sibi adciscceret. Nam non est potestas sublimior terrori bonis sed malis. Et qui bona operatus fuerit, laudem habiturus est ab ea, siquidem ad hunc finem a Deo ordinatam esse.

Quod si qui è sublimioribus, adversum fidem cultumque Dei seu quiduis aliud, contra summũ omnium sublimioremque Dominum, Deum scilicet, mandaret, in eiusmodi nemo illis obedientiam debet, ac priusquã aliquis è fidelibus contra Deum, aut ea quæ salutis sunt, designare quid debeat, urgeat id quãtumcunq; velit sublimitas, insidere potius debet in manus hominum, quam in con-

in condemnationem Dei, sustinenda potius illa
sit famæ probra bonorumque dispendia, imo
spitis discrimina, post ubi isthæc compertissimũ
beat, tantum abesse, ut hac pia rebellione, quic-
quam peccet, quod non faciat ea quæ non licet fa-
re, ut etiam hac erga Deum religione ac obedi-
tia, gloriam & honorem coram eo in die iudi-
sit reportaturus, & è manibus Dei coronam, si
rseveraverit in fide Iesu Christi in perpetuum
recepturus. In eiusmodi enim casibus, recta cõ-
a Deum tendentibus, potestatibus sublimibus
bellasse & Apostolos cõstat, qui isthæc magna-
ima in faciem potestatibus seviẽtibus ausi sunt
icere, Non possumus inquiunt non loqui &c.
.&orum 4. Obedire enim Deo, inquiunt, plus
portet quam hominibus, & quanquam ab ijs
otestatibus multa ob id paterentur, nihilomi-
ius per obedientissimam illam eorum inobedi-
ntiam magnum apud Deum, sed & in Ec-
lesia Christi, honorẽ simul & laudem sunt con-
ecuti.

Iam illud exploratissimum haberi, quod fides
dono Dei habeatur, & quod ad Christum nemo
pervenire potest, nisi pater cœlestis illum gratuito
adtraxerit. Proinde sublimiorem potestatem de-
bere, aut ad fidem aut à fide urgere vi, persecu-
tionibus, proscriptionibus, exilijs, eculeis, sup-
plicijs, mortibus, id non esse illorum muneris,
sacræ scripturæ evidentissime docent. Tanto mi-
nus Ecclesiæ ministris ac proceribus Christique
vicarijs ea ipsa tentanda sunt, ut scilicet fidei do-
minari velint, non enim dictum unquam ad eos
est, Cogite vi, carceribus, compedibus, ferro, igni,
ac id genus sexcentis supplicijs, imo in totum

hæc illis interdicta esse, Et en tibi testem Christum, Inter vos autem, inquit, non sic, hoc est, ut dominemini sine fide ac salutis occasione, opprimatis alteri alteros aut etiam plebem meam.

Ne quid hic commemoremus, à fide Christi repelli, & ad errores suos urgeri, & ob non susceptos & adoratos tanto pere seviri contra illud servatoris: euntes, inquit, in mundum deprædicate Euangelium, hoc est inserviatis omni creaturæ, benignissimi Dei efficacissimo ac clementissimo verbo, & annunciate profusissimam illã & insuperabilem atq; indicibilem Dei in Christo misericordiam, qui crediderit & voluntarie salutis propriæ avidus, hunc baptisate, atq; interim ad hæc omnia, quæcunq; præcepi vobis servare, docete, posteaquã enim id violenter obtrudi homini ab homine, quod solius Dei ac verbi illius est, non possit, sed cui ille gratuito id conferre velit, adderet, fides saluſq; in ipsius solius Dei salvatoris potestate relinquantur, Ea propter, quicunq; in sublimiori potestate, ad gubernãda regendaq; temporalia ordinati & cõstituti sunt, ij corporaliter tamẽ regere debent bonos, iustos, pacificos amare, tueri ac promovere, ac cõtra iniquorũ vim bonis nocere molientiũ defendere.

Qui si populum à Deo sibi subditum fideliter & diligenter curaverint ac moderati fuerint, iudicia quoque & alia, quæ ad eos pertinent, ex officio executi fuerint, gratissimam Deo rem sint facturi, veluti germani illius ministri, Si quod vero inique egerint, iudicia inverterint, potestate hac Dei fuerint abusi, non effugient horribile Dei iudicium pœnasq; atrocissimas, ultraque

omnes

aq; omnes alios supplicia sunt graviora apud
iferos passuri, juxta id sacræ scripturæ decretũ,
otentes, inquit, potentissima sustinebunt tor-
ienta, Enimuero quemadmodũ inferiores obe-
ire, subiectique esse in sublimiorib⁹ vocationi-
us stantibus debent, atq; sic a nobis docentur,
:a etiam potestates ad obediendum Deo astrin-
untur. Ea propter quicunque sublimioribus in-
er nos amplectuntur & amant serio verbum
)ei, docentur a nobis ut agnoscant, cuius essent
ninistri, quodque illorum officium sit, ad quidue
:onstituti.

Præterea ne quẽ opprimãt aut iniuria adfici-
int, ne subditos parvis occasionibus ac citra cul-
pã, puniant, atterant, adgrãvent, neve pecorũ lo-
:o abutantur, ad quævis suorum tantum priva-
torum commodorum gratia, Verum ut memori
mente teneant sciantque, quod & ipsi æque ho-
mines ac filii Adami sunt, nihilo in hac parte na-
turæ cęteris pręstantiores, quodq; & illi æque ut
alij Dominum supra se habeant in cœlis, quãdo-
quidẽ hoc solo eos ab alijs hominibus discrevit,
ut alijs inservirent, & eos ad defensionem alio-
rum, non autem contemptũ constituit & sic su-
blimavit. Quapropter de seipsis minimum hic
sapere, & homine quiddam maius desomnia-
re seu fingere, ac ob id superciliũ attollere, alios
nihilifacere, & ex alto despicere, quin & male
tractare, Quorũ attinet sub Christo omniũ uno
atque eodem servatore, veri Domini illorum
benefici ac clementissimi esse, humaniter ac pa-
terne tractare, curare, providere, atque a grassa-
toribus illorũ, alacriter & diligenter tueri & de-
fendere, Sed & in bonis tẽporalib⁹, commoda il-
lorum pro-

lorum procurare modis omnibus debēt ac sunt quoq; obnoxij, atq; sic debitum cultū Deo graviter ac fideliter prosolvere, ut pacto potestatis & sublimitatis eorum, suavis ac dulcore conditus fructus, iustis ac bonis citra omnem de ipsis querelam proveniret, ac ut par esset dignis vehereetur laudibus in laudem & honorem omnium sublimitatum, sublimissimi ac dominorum dominatoris maximi Dei, qui tantam in terra sublimitatem & potestatem suam collocavit, pro cōmodo bonorum temporalium, ab se hominibus præstitorum.

Quibuscunque autem in potestate constitutis, divino munere datum est, ut corde vero ac ex animo fidem, fœdus ac Testamentum Euangelij amplectantur & susceperunt, & in eo ut per fidei doctrinam promoverentur, átque ad illius regulā ac gnomē sese adtemperarent, ac non segniter gererent, quodque illis ex debito sui officij, a Deo delegati ac concrediti, faciundum est incumberent & exequerentur diligentissime, ac interim defectus ac excessus etiam suos corrigerent & resarcirent & emendarent, tales potestates tenemus pro veris Christianis compartícibusque Christi, cū omnibus fidelibus Deoque dilectis, in pari gratia & favore Dei constitutos, & quoniā iustificati sunt per fidem Iesu Christi esse illos Deo gratissimos, qui se in ea gratia & favore Dei,, ad finem usque vitæ perseverant, beatam resurrectionem & vitā æternā, cum omnib⁹ sanctis habituros, non sub limitatis potestatisque ratione hic in terris, etiam si optime & iuxta omnem Dei voluntatem, munus suū administraverint. Tametsi & is eorū labor & opera suam mercedem

nercedem & laudem habeat àDeo,verũ primarie & ante omnia ob fidẽ Euangelicã, fœduſque Euangelij clementiſſimum,nobiſcum pactum & cõfirmatum,à nobis quoq; & ore ſolenniter cõfeſſum,ad quod gratuito favore Dei vocati ſunt, ac in eo verbo Dei ac doctrina ſeſe dirigunt, & Chriſti regis ſui omnium ſublimium principis maximi aduentum diligunt. Hactenus de poteſtatibus ſublimioribus.

In cauſſis vero forenſibus,ac rerum temporaliũ adminiſtratione,& ob has litium cõpoſitionẽ inter Eccleſiæ noſtrę domeſticos,hoc inſtituto procedimus. Principio ad id muneris cõſtitutus eſt per omnes Eccleſias noſtras magiſtratus,è cõmunitate fratrum lectus & inauthoratus, plures paucioresve,iuxta Eccleſiarum maiorem aut minorẽ numurum fratrũ. Itaq; ſi contingat aliquid inter fratres diſſidij(ut fit inter Adami poſteros peccato corruptos)& rẽ inter ſe componere ipſimet nõ poſſint, aut etiam modũ ignorarent, ad hos deputatos & huic negotio ſelectos fratres, cauſſam deferunt,qui utraq; parte accerſita, diſpiciunt, & litẽ hãc inter fratres hos dirimunt & tranſigunt. Atq; hoc pacto in Chriſtianam concordiam & pacem reducunt,ut in mutua fraternaq; dilectione perſeverent,citra quam Chriſtiano nomine eſſent indigniſſimi.

In hoc autem dirimendarum litium inter noſtros domeſtico foro,nõ proceditur iuxta humanarum legum rigorem,Verum hic omnia fraterna condiuntur charitate,ab Chriſto eiuſque Apoſtolis,& in primitiva Eccleſia tantopere commendata,quæ excellit ac ſuperat omnes leges. Quod ſi quis extrarius habeat adverſus aliquem

Ego non sum locum de illum

ther such like) the patient is to be purged, a
person and strength of nature. Further,
ymselfe like a woman in Childbed.

After the purgation, he is to take a good warme drau
which is before described. Hauing taken the same, then i
lay sweate well, euen so much as his power may well p
ith warme clothes: and it were very good that the cloth
ould be washed euery time, and that he put on a cleane
epe him warme and cleane, then may the potion haue he

At meales, and throughout the whole day may he d
inds and *Guaiac*, lay them to steepe as before, and seeth
to the third time, and then to mixe all the three decoctions
quarts of the very strongest decoction, then must he set a
to the end that one may betimes haue more drinke in a re
any outward sore or scabbednesse, then is he to wash thi
lay it vpon it with a cloth: and if so be that the sore be som
layd into it, which be made wet in the dregs of this decoct

This is so to be done in the morning after sweating,
supper.

And if so be that these pledgents were baked therein, li
be wetted with a little of the warme potion, and then to la

The clothes wherewith his sores be once dressed, are r
Now when as these sores be almost healed, and the flesh

ich as you please: then take thereof three ounces at one

ith the infusions of Sene leaues, or water of Fumitor
or diminishing the same, according as you would haue i
to purge with Cassie or any other thing, according to th

4. Chapter, and 5. §. many kinds of things, which be al

spoken before, which also doth much good in this sickness
diminished.
be giuen, but you are to order your selfe therein accor-
lity of the person. But it is alwayes especiall good that
ey bléd not too much, then do they preserue one from the
t in the tenth Chapter, in the beginning of the 5. §.
Stricado be vsed, it is first exceeding néedfull that one so-
it, Calmus, Marioram, garden Mints, Horehound, Bay-
rottes, of each one M. cut it all together, and séeth it in well
consumed: with this decoction before and in the annoin-
e to be annointed, and afterwards with warme clothes
nt them: this is to be pursued, as long as the annointing
r fiue dayes, and vntill the paine doth come in the téeth,
oziateth, and the phlegme doth excessiuely begin to issue
ayed. For this be many kinds of salues prepared, and

chiefly

Violets one ounce, good Sug and that with Endiue water.

You may also take this deco certaine daies together, augm for to purge: this being done, quality of the cause aforesaid.

You haue also in the third pa good for the Pockes.

Of the letting of bloud we haue because that the bad bloud is there

But therein is no certaine order ding to the qualitie of the cause and the Hemorrhoides be opened: for i Pocks and Leprosie, as we haue ta

Before that now the inunction ment the ioynts, and that he take berries, Southernwood, and Doc water, vntill about the third part ting, foment the members which drye vp the sweate, and then an endureth, which is commonly for the mouth and the flesh of the teeth and run, then is the inunction to